D. MARII CVTELLI
DE
DONATIONIBVS

Tomus Primus, & Secundus.

D· MARII CVTELLI
SICVLI CATINENSIS V·I·D·

Ex Supremorum ipsius Regni Tribunalium Aduocatis.

TRACTATIONVM

De Donationibus Contemplatione Matrimonij, Alijsque de Causis inter Parentes, & Filios factis.

TOMVS PRIMVS.

Materias perutiles, & quotidianas explicans. Quamplures patrias, exterasque decisiones continens, iuris professoribus proficuas.

NVNC PRIMVM VENETIIS EXCVSSVS,

Cui in hac Impressione additæ fuerunt in fine operis quamplurimę Sac. Rom. Rotæ Decisiones, non antea euulgatæ, ad materiam conferentes.



VENETIIS, Sumptibus Bertanorum, M.DC.LXI.

SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIIS.

INCOMPARABILI HVMANI GENERIS CONCILIATRICI,
OMNIVM PARENTIS MATRI, VSQVEQVAQVE
VIRGINI

MARIAE

TER OPTIMAE, SANCTISSIMAE,
BENEFICENTISSIMAE.

Ob innumera accepta beneficia, ac plura ab eius Munificentia cumulanda.

MARIVS CVTELLI,
CATANENSIS.

SE SVVMQVE HOC OPVS DEDICAT,
CONSECRAT, OBSECRATQVE.
VT SIBI PERPETVO PATROCINETVR.

D. MARIVS CVTELLI
SICVLVS CATINENSIS
LECTORI BENEVOLO
SALVTEM EXOPTAT.

ME propera festinatione, breuiquè temporis interuallo rudia hæc, qualiacumque sint, luci committere, non immeritò miraberis, Humanissimè lector, nondum enim decimum confeci annum, postquam gradu accepto Iuri nostro operam dedi, exiguum sanè tempus, poterant enim multo intercedente temporis spatio longa meditatione, si non meliora, accommodatiora saltem offerri. Sed nè audaciæ culpam aliquam in me deprehendas paratam excusationem in medium proferam: vt per benignè humanitas tua illam excipiat, omnemque impudentiæ culpam à me transferas. Nostri in more positum esse, vt quis iuri profitendo operam daturus Mecœnatem aliquem inueniat, qui præcursoris officio fungatur, & obscuro loco delitescentem clientem ob omnium oculos intuendum, contemplandumque proponat, ac quasi e tenebris in aspectum, lucemque proferat, vt omnes illum intueantur, admirentur, venerentur. Hinc ego cum nuper in Ius primum pedem intulissem, Panormum appellere statuens, nullumque Patronum, in cuius clientelam confugere potuissem, me patrocinantem inuenire sperans, maiorum meorum vestigijs insistens Bartholomei scilicet, de Cutellis, qui qui sua doctrina, sapientiaque Regia beneficientia perpetuus M. C. Iudex fuit, & Antonini Aui mei paterni sæpius eodem officio functi, magnæque Curiæ fisci Patroni, totiusque Regni Visitatoris loco Marchionis Oriolensis suffecti. Horum in quàm vestigijs insistens totus me accinsi in aliquo operè conscribendo, quod in vulgus emissum meorum laborum, instar præconis, testis esset, & commendator, & adoptati Patroni vicem gerens, me meamque causam patrocineretur; pro certo affirmans, me quod alij fautoribus acquirunt meò studio, ac labore consecuturum, indè ex multis, varijsque opusculis, quæ successiuis horis ad mei instructionem, fallendique temporis causam conscripseram, vnum elegi, materiam frequentiorem, & recentiorem continens, quod fraudando me sæpius somno, horisque iouialibus composueram; Quantum enim cæteris, vt Tullij, vtar verbis, ad suas res obeundas, quantum ad festos dies ludorum celebrandos, quantum ad alias voluptates, & ipsam requiem animi, & corporis conceditur temporis quantum alij tribuunt intempestiuis conuiuijs; quantum denique aleę, quantum pilæ, tantum mihi ego met ad hoc volumen componendum sumpsi; fruere igitur eo vt cumque fuerit, iàm melius, & expolitor prodire non poterat, siue quia vires ampliores non suppetunt, siue quia nullum tempus sperabam superesse, vt politior ederetur; age meo fruere labore; & plaude, vt animus meus magis ac magis incendatur, vt cætera opuscula, quæ habeo de Patriæ attributis, & prærogatiuis, de Politici iuris consulti requisitis, de Grauaminibus Baronum reparandis, de verborum deniquè, & rerum Iuris feudalis significatione, non dum expolita, quàm citissimè expediam, & in lucem edam. Vale.

ME-

METHODVS TOTIVS
OPERIS TAM PRIMI QVAM POSTERIORIS
VOLVMINIS PRO LECTORIS Instructione.

OPVS hoc particulariter tendit ad enarranda naturam, qualitates, specialia, pacta, & actiones contractus donationis contemplatione matrimony, qui moribus introductus est fieri sponso pro securitate Dotium, & commodiori substentatione matrimonij; Diuisum in tres Tractationes, quarum qualibet habet suos discursus, & discursus suas particulas. In prima tractatione, qua integra inspicitur in hoc primo volumine, agitur de personis, qui donare, & quibus donari potest; hac diuiditur in tres discursus quorum Primus continet definitionem originemq; huius donationis, & an sit contractus nominatus, velne, cum aliquibus effectibus ex hoc resultantibus. Hic integer aliam sub diuisionem non patitur. Secundus Discursus, qui in quindecim particulas diuiditur, includit omnes donationes qua inter patrem, & filium sustinentur, tamqua initio non valent, sed ex post facto confirmationem recipiunt, quàm qua à sui initio valida sunt. Primi generis est confirmatio, qua euenit per parentis mortem naturalem, ciuilem, & Spiritualem. Inde quibus modis donatio per mortem spiritualem confirmata, possit de nouo retractari; per emancipationem deniques & per iuramentum confirmari donationes ostenditur. Secundi generis sunt illa qua fiunt ex causa remissionis vsusfructus aduentitiorum, emancipationis, study, Clericatus, seu ordinum suscipiendorum, meritorum, legitima, Alimentorum, & postremò contemplatione matrimony, de quo specialiter tractatur. Tertius verò discursus loquitur de donationibus à matre, & ab extraneis occasione matrimonij factis, cum nonnullis quastionibus, que circa eas occurrere possunt, diuiditur in sex particulas.

Secunda tractatio continet materiam Rerum, qua in donationem deduci possunt, qua diuiditur in tres itidem discursus. Primus concludet omnia specialia, siue dicamus priuilegia huius donationis, secundus erit de rebus corporalibus, qua donari possunt, idest de feudalibus, de officys, de Emplitheuticis, de fideicommisso subiectis, & de cateris corporalibus liberis, stabilibus videlicet & mobilibus in sex particulas diuisus: Tertius loquetur de bonis incorporalibus donatis, reditibus videlicet annuis, nominibus debitorum, & cateris iuribus; non amplius quam tres habens sub se Particulas.

Tertia tractatio erit de actionibus, tam respectu donantis, eiusque haredum, quam donatarij primi; & caterorum; prouenientibus vel ex natura ipsiusmet contractus, vel ex pactis, vt puta de restituendo alteri, ad instar fideicommissorum, vel ipsi donatori; quodquidem pactum reuersionis potius dicitur; Hac etiam in tres scinditur discursus, in Primo agemus de istis pactis, & de prohibitionibus alienandi, qui habet sub se sex Particulas.

Secundus Discursus dictabit omnes actiones personales, reales vel mixtas, ab huiusmodi contractu orientes, in tres particulas distributus. In tertio tandem consequeris libellum, Exceptiones, Replicationes, Dilationes, Conclusum, Sententiam, Appellationem, Desertionem, Reuisionem, integri Restitutionem, Nullitatem, trium conformium effectum, Compromissum, & transactionem, Duodecim habens particulas, in quibus vniuersus penè modus agendi breuiter concinneque enucleatur, & nilintactum quod ad Regni modernissimam praxim attinet relinquitur.

SE

SERIES
ARGVMENTORVM
Huius Primi Voluminis.

TRACT. PRIMAE DISCVRSVS PRIMVS
Particula Vnica.

DONATIONIS propter nuptias antiquæ origo, & effectus traduntur. Eius abolitionem fuisse Causam donationis intuitu matrimonij faciendæ ostenditur, de qua est tractatus: Item an sit contractus, & ille nominatus discutitur: Nominatas conuentiones vnde nomen acceperit disputatur: Plura de donationibus in genere, & de illis causa mortis factis miscentur: Pœnitentiã habere locum in nominatis conuentionibus sustinetur, & exceptione rescindi posse propter non implementum: Plura demum traduntur de statutorum interpetratione requirentium consensum consanguineorum in contractibus mulierum & minorum; maxime ex Catinensi Consuetudine.

EIVSDEM TRACTAT.
Discursus secundus Particula prima.

Persona an sit peculiare subiectum iuris discutitur: Pater promptius donat filijs quam Mater: Patria potestas vnde originem trahat, & qui sint eius effectus: Naturalis obligationis origo, & proprietas traditur: Donatio an iure naturali teneat inter patrem, & filiũ disputatur: Ciuilis obligatio quæ sit demonstratur. Donatio morte parentis cõfirmata an retrotrahatur ad tempus donationis, & an specialis approbatio requiratur in morte; & quando & in quibus casibus cẽseatur reuocata, ad hoc vt nõ videatur morte cõfirmari Clausulę Cassans, &c. effectus traditur; Donatio confirmata quomodo retrotrahatur ad tempus ipsius conditæ.

Tractat. Primæ Discursus secundus Particula II.

Bannum quale operetur mortem Ciuilem, ad hoc vt donatio confirmetur; Donatio in casum deportationis facta quando valeat; Fiscus quando hæredis loco habeatur: Quantitas reseruata in donatione an fisco quæratur vel donatario; Ius adeundi ad fiscum nõ transit neque legitimæ, detrahendæ, sed an in hæredes trasmittatur: Bannitus restitutus quãdo dicatur nouus homo: Reseruatio vsusfructus quid importet: Viro Bannito vxor quãdo petat dotes & dotarium, & quãdo quartam: Praxis ciuiliter agendi contra bannitos refertur, & quis nam citandus sit in Iudicijs exequutiuis & summarijs: Statutum continuans possessionem an operetur fauore fisci.

Tractat. Primæ Discursus secundus Part. III.

Donatio inter Patrem, & filium an consumetur per ingressum Religionis, & an annulletur si ingressus exeat, & habitum dimittat: Per quas causas professio nulla dici possit. Et quid de eo qui profitetur in Religione Iesuitarum, & quid de nouitijs an bona donata recuperent; Religiosus effectus Episcopus quæ bona recuperet. Aliqua de incapacitate Religiosorum ad feuda, & an illa rehabeant si habitum dimittant, & quid de Cardinalibus, & Episcopis.

Tractat. Primæ Discursus 2. Part. IV.

Societatis Iesu instituta referuntur, ex quibus generibus personarum constet, & quas domos habeat; an scholares professi eorumque nouitij sint feudorum capaces; & an bona etiam in tertios translata recuperẽt si habitum dimittant. Fœminæ quare in regno ad feuda admittantur, & quid de clericis beneficiatis, & an seruitium sit personale domino feudi præstandum. Quando Princeps censeatur dispensasse cum inhabili in agnati præiudicium. Via executiua ad feudum quando agi possit. Causa quando dicatur feudalis. Filij ingressi & amissi in acie an feudum admittantur.

Tractat. Primæ Discursus 2. Part. V.

Eiectus ob propriam culpam quando bona recuperet, & an votis solutus remaneat, & quid si nulla ex causa eiectus esset. Et demum quid dicendum hodie attento decreto Sanctissimi D.N. Vrbani VIII.

Tractat. Primæ Discursus 2. Part. VI.

Pontificis Maximi potestas traditur circa absolutionem votorum in præiudicium donatariorum; & de potestate in beneficialibus; Secularium Principum potestas ad quæ extendatur, tam circa contractus, testamẽta, quam circa priuilegia officia, Iudicialia; De remedijs gratiosis, Indulgentijs, dilationibus, guidaticis; Regis nostri Catholici encomia & in subditos amor sparsim recitatur; De Regalijs aliqua traduntur; & quomodo in eis agendum sit: Et de diuersis gratiosis prouisionibus, quid & quæ operentur hæc omnia in tertij præiudicium.

Tractat. Primæ Discursus 2. Part. VII.

Donatio inter patrem & filium emãcipatione confirmatur

firmatur, quæ quibus modis contingere possit tradi-tur; & quando reuocari: Et de matrimonio an operetur emancipationem quo ad omnia. Pater emancipato filio quid possit, & quid quando est minor. Donatio perfecta per patrem quando reuocari possit.

Tractat. primæ Discursus II. Particula VIII.

Donatio confirmatur per Iuramentum inter patrem & filium; Cuius efficacia traditur, statuti de continuāda possessione aliqua traduntur, an requirat declarationem, & procedat contra cohæredem, & quanto tēpore duret, & operetur. Clausulæ solitæ apponi quādo habeantur pro appositis in instrumento. Donatio cum Clausula reuocandi, cuius sit naturæ, & quando censeatur reuocata. Clericus, vel alius quando dicatur stare in quasi possessione exigendi franchitias. Facultas reuocandi an possit ad libitum exerceri. Et an transeat ad hæredes, & quando per hypothecam censeatur reuocata donatio.

Tractat. Primæ Discursus II. Particula IX.

Pater in aduentitijs rectè contrahit cum filijs: Remissio vsusfructus an valeat in præiudicium creditorū & fisci: Legitima an possit ad eundem effectum per filium renunciari: Clericus an possit quis effici animo fraudandi gabellas.

Tractat. Primæ Discursus II. Part. X.

Donatio ex causa Emancipationis inter patrem, & filium an valeat discutitur, & an pater teneatur illam facere. Statuti de continuanda possessione vis traditur. Donatio simplex an ob causam sit prædicta disputatur, & subsequenter an imputetur, vel conferatur. Aliqua de inæqualitate vitanda inter filios aduertuntur. Minorum Donationum vis traditur, & de obligatione dotandi penes fratrem. Vsusfructus acquisiti huius donationis titulo remissio quid operetur. Et an liberet patrem ab oneribus super dote, & vsufructu debitis, vbi illa soluere sibi accollauerit. Maritus quādo executiuè teneatur pro oneribus super dote debitis; Cessionarius Vxoris an possit maritū cogere personali actione, & eum carcerare; & de cessionario ex causa onerosa, & lucratiua. Et de compensatione, quando obijci possit cessionario, & quid si cessio sit cōtenta in scriptura priuata. Demum an bona donata, vel propria hæredis possint fideicommisso supponi, & quando illud teneat. Et an quis possit esse hæres indiscretus, & teneri pro viribus hæreditatis.

Tractat. Primæ Discursus II. Part. XI.

Studij causa publicum fauorem, & causam piam continet: eius causa valet donatio à patre facta à principio; Priuilegia concessa scholaribus non comprehendunt vagabundos. Pater an cogatur filium alere in studijs; Data in eius causam non computantur in legitimam, nec conferuntur, quia censentur donata, etiā ab extraneo. Tacita hypotheca, & antelatio ei competit. Auth. *resque* ad causam studij extēditur, insinuationem non exigit, nec vitio litigiosi irritatur. Scholares expellunt conductores domorum, & aliquando ipsi expelluntur. Minoris bona cum decreto alienantur studij causa, & bona Ecclesiæ. Alia priuilegia studij referuntur, Patriæ encomia traduntur. Origo studij, eiusq; depressio ex duplici capite. Homines Illustres Catinenses in legali disciplina, qui fuerint. Nobilitatis Vrbis prædictæ Origo, & progressus; plurium eius priuilegiorū, & dignitatum fit commemoratio. Iuuenes nobiles Catinenses exhortantur ad studia, vt Catinæ splendor reuiuiscat.

Tractat. Primæ Discursus II. Part. XII.

Donatio ex causa clericatus, in quibus casibus valeat inter patrem, & filium. Patrimonio quando Clericus opus habeat. Quando verò Pater cogatur illud assignare. Articulus Spiritualis qualis dicatur. Donata huius causa an imputentur, & an conferantur: Patrimonium clericorum an inter bona Ecclesiæ computetur. Retrodonatio patrimonii facta a filio patri non tenet, & quas pœnas incurrant committentes fraudem in materia patrimonii. Episcopus quando teneatur prouidere ordinato, & an si ordinauerit ad literas alterius. Alimenta illa qualia esse debeant in quibus patrimonium constituitur: Simonia an incurratur in materia ipsius, Feudalia & fideicōmisso subiecta quādo ex hac causa alienētur. Dos data pro moniali quādo ad fideicommissum reuertatur. Alienatio Patrimonii quando, & quomodo fieri possit, & quid de permutatione. Rescripta an debeant præsentari in banca toties, quoties. Hypotheca super Patrimonio antecedat. Episcopus an petat decimam de bonis assignatis pro Sacerdotio clerici.

Tractat. Primæ Discursus II. Part. XIII.

Donatio inter patrem, & filium propter meritā an substineatur: & quæ debeant præcedere seruitia, & quid inter virum & vxorem, inter subditum & Principem; Obligatio ad antidora quæ sit & quos obliget; Assertio meritorū quando & inter quos sufficiat, Donatio a viro sene & ignobili vxori iuueni, & nobili an sustineatur, & de aliis effectibus donationis remuneratoriæ Officiales an possint aliquid eius prætextu accipere, a litigantibus, & an pro gratia obtinenda. An pro ea detur euictio etiam contra Principem.

Tractat. Primæ Discursus II. Part. XIV.

Donatio facta per patrem filio ob legitimam an valeat & quid si pro alimentis fiat, legitima quo iure debeatur. Filius an cogatur eam recipere viuente patre. Legitima assignata an sit iterāda si rectè assignata non fuerit, Dos incongruè assignata an possit peti vt augeatur inspecto tempore mortis, & quæ sit Dos congrua Dos quando & in quibus casibus loco legitimæ succedat; Dos de paragio ad quam rationem taxanda sit & quomodo valuetur feudum; Fructus dotis de paragio, & legitimæ à quo die debeātur, & quid contra tertium possessorem; & quid existente de medio renunciatione: ius petendi supplementi dotis an transmittatur, & quid de iure parilitatis. Dos ex fideicommisso subiectis quanta esse debeat. Confiscari an possit

possit legitimā viuente patre; item quantā sit illa filiō debita attenta confiscatione bonorum patris. Pater an cogatur prestare de non barrattandis bonis in preiudicium filiorum uel assignare legitimam; & an legitima detrahatur de immensis donationibus, Augmentum quale augeat legitimam post mortem patris. Pater an cogatur nouam assignare legitimam vel dotem filijs, qui eas perdiderunt. Renuncians habetur pro mortuo nec debet institui. Pater quando existente legitima sobole possit naturalem in totum instituere.

Tractat. primæ Discursus II. Part. XV.

Donatio contemplatione matrimonij inita valet inter patrem & filium. Intellectus ad *l. pomponius Philadelphus 35. D. famil. ercisc und.* traditur: Matrimonia inter nobiles rarò fieri sine donatione ex parte viri obstenditur. Dos donata viro censetur per prius donata vxori, vt viro tradat, & quid de dotibus transeat penes virum; quid viro pœnes vxorem remaneat durante matrimonio.

Tractat. primæ Discursus Tertius Particula Prima.

Mater quare validè donet filijs etiam sine viri consensu, & quid si donationis emolumentum in virum redundat; Vsusfructus an possit patri prohiberi, & per quæ verba censeatur prohibitus, & quid pro concurrenti summa legitimæ. Mater quare pro matrimonio filij ei legitimè donet, & quid pro eius alimentis, vel filiæ dote: Vxoris & viri donatio in aliquibus casibus hic positis valet. Donatio pro vsufructu quando trahat ad se proprietatem.

Tractat. primæ Discursus III. Particula II.

Mater an cogatur donare filio nubēti propter nuptias: Eadem dotando dicitur proprium debitum satisfacere. An iuuetur Velleiano obligando se pro dote nurus. Fideiussor dotis repetit à fideicommisso quod soluit. Matris bona Vinculata possunt pro dotæ filiæ & vlterioris descendentis alienari donatio per eam facta ob matrimonium filij dicitur ob causam. Filius in certo casu tenetur matrem dotare: Aui materni, & fratris bona non possunt alienari pro dote nuptis, & sororis, vbi eorum mater est diues.

Tractat. primæ Discursus III. Partic. III.

Donatio inter virum, & vxorem substinetur ex causa onerosa. Mulier; quæ habuit à viro titulo oneroso, non tenetur reseruare filijs: Dodarium an dicatur ex causa onerosa constitutum? an detur matrimonio nō consumato? an viduæ? an dote non soluta? an habeatur pro constituto? an de eo possit mulier in vnum ex filijs disponere, si ad secundas nuptias non transit? Grauatus restituere an possit vnum quem malit eligere, & quando electio censeatur facta? Dodarium ad quam summam possit constitui.

Tractat. primæ Discurs. III. Partic. IV.

Mater an reuocet donationem factam filio ex causa matrimonij, si ingratitudinem committat. Donatio ob causam ex eodem capite an reuocetur? & quid de dotis datione? Pœna suos debet tenere authores in hac materia. Pactum de non reuocando ex hoc capite quando teneat. Pacta in præiudicium dotis quando teneant. Mater an volens transire ad secunda vota reuocet donationem factam filijs ob eorum matrimonium; & quid de hæreditamento ad fauorem primogeniti: lucra nuptialia an possint effici deterioris conditionis per mulierem, Facultates, & iura declarandi quando transeant in cessionarios.

Tractat. primæ Discur. III. Partic. V.

Dispositio *l. hac edictali* an procedat in donatione de qua est tractatus, discutitur, & in alijs quam pluribus causis vbi cessat secundi viri vel vxoris interesse; & quid in dote; & quid vbi alias mulier non inueniret virum? nisi melioraret filios nasci turos ex secundo matrimonio, & de statuto derogante dictæ legi.

Tractat. primæ Disc. III. Partic. VI.

Extraneus donans ob causam matrimonii an dicatur ob causam donare; & quæ dicatur causa finalis vel impulsiua in donatione. Dos quandoque respectu patris donantis est lucratiua. Clausulæ ex nunc pro tunc & constituti effectus traditur. Insinuatio an pro donatione ob matrimonium aliquando requiratur. Conditio casualis quando retrotrahatur quo ad dominium, vel hypothecam. Possessor reuocabilis rem alienat de materia *l. si vnquam C. de reuoc. donat.* aliqua traduntur; Extraneus dotans an possit paeisci de dote reddenda in omni casu; Vxor quando possit occupare bona mariti pro dote eo mortuo; & quæ retinere. Causa dotis alienatio an possit per extraneum prohiberi, vel transuersalem, & quid pro restitutione dotis filii naturalis. Dos data filiæ spuriæ an ad fideicommissum reuertatur, & quid si pro alimentis filii fuisset assignatum prædium: Dos ex perpetuo fideicommisso quando debeatur, augmentum dotis an possit per extraneum hæredem vel cessionarium peti? legatum vnicę summæ pluribus relictum an debeat diuidi, vel omnibus integrum assignari. Legatum pro maritagio an debeatur moniali manenti in domo. Pactum de hæreditate viuentis quando teneat, & quando iuuet. Extraneus dotans an gaudeat beneficio deducto ne egeat & quo iure.

TRA-

TRACTATIONIS SECVNDÆ
DISCVRSVS PRIMVS
CONTINENS SPECIALIA.

SPECIALE PRIMVM.

DOnatio contemplatione matrimonij an valida sit, facta de omnibus bonis, vel de hereditate, & an dos in hoc aliquid fauoris obtineat, & an saltim censeantur reseruata iura, & an ad minus firmetur iuramento, vel illud efficiat vt valeat omni meliori modo: iura an veniant appellatione mobilium & stabilium, & quid de intribus redituum, maxime interminis obligationis, obligatio quæ dicatur generalis, quæ specialis, quæ indiuidualis, hæres quando super negotio hæreditario censeatur obligasse se nomine proprio.

SPECIALE II.

Quærela inofficiosi an detur contra hanc donationem, vel quamlibet aliam ob causam, si legitimæ aliorum diminutæ fuerint? & an possit iudicium institui matrimonio perdurante, & quid si agat cessionarius filij vel hæres extraneus, an in hoc ad imparia iudicetur, sicuti in multis alijs, onetis videlicet super legitima appositi, conditionis impedientis vitam religiosam, quę valent respectu præiudicii extraneorum. Dos datæ filiæ spuriæ an in excessu reuocetur constante matrimonio: legitima quomodo detrahatur de donationibus inofficiosis.

SPECIALE III.

L. si vnquam C. de reuocand. donat. an habeat locum in donatione ob matrimoninm, & an procedat tantum in terminis liberti *L. cum auus D. de Condit. & demon. & L. cum acutissimi C. de fideicom.* an procedant vbi substitutus est filius testatoris; item an conditio sub intellecta ex dictis iuribus procedat institutis extraneis; dispositioni dictæ *L. si vnquam* an possit renunciari, & quid in foro conscientiæ, & an requiratur in ea sententia.

SPECIALE IV.

Insinuatio an debeat interuenire in donatione ob causam matrimonii de iure communi, item atteotis statutis locorum, & quid de causa dotis, & quid hodie in hoc Regno, inspecta nouissima pragmaticali constitutione Illustriss. & Excellentiss. Comitis de Castro §. 2.

SPECIALE V.

Donatio ob causam matrimonii facta simplex sit an ob causam latissime disputatur, numeratis, & ponderatis omnibus pro vtraque parte scriptoribus, & de distinctionibus quando fit pro certo matrimonio, quando excedit causam, & quando matrimonium solutum iam inuenitur: Pater an cogatur hanc donationem non conscribere.

SPECIALE VI.

Matrimonio non sequuto, repetantur vel ne donata eius causa, disputatur; tam si ex parte donatarii quam si fortuito casu id eueniat, & quid si nubere debens efficiatur Monachus vel clericus.

SPECIALE VII.

Pœnitentia an in hoc contractu (quem diximus nominatum esse) possit locum habere, stantibus condictionibus faciendi in eo appositis, si donatarius legi impositæ non pareat, saltim soluto matrimonio cessante interesse vxoris.

SPECIALE VIII.

Ingratitudinis causa an reuocari queat saltim soluto matrimonio morte vxoris, vel in vita parentis si filius intersit non reuocari.

SPECIALE IX.

Retrodonationes, antapocæ, & albarana tam ante, quàm post matrimonium initum confectæ an preiudicent Vxori, & filiis, & quid si ipsa consenserit vel parentes ipsius, qui contraxerunt, si pro filiis non sit stipulatum, vel deficiat corum acceptatio; & demum quid respectu fructuum durante matrimonio.

SPECIALE X.

De donatione ex hac causa constituta ad honorem, scientibus omnibus contrahentibus, & an pater si confessus fuerit recepisse aliquam summam teneatur filiis illam restituere, & quid de genero qui fassus est dotem habuisse à Socero, qui fecit aliam obligationem, an teneatur restituere vel liberetur cedendo actiones, Mulier absque cessione an agat soluto matrimonio.

SPECIALE XI.

L. *hac edictali C. de Secund. nupt.* Non habet locum in hac donatione vt sepius, remissiuè.

SPECIALE XII.

Donatio ex causa matrimonii facta ex nunc pro tunc sequuta morte, an sit donatio inter viuos, vel causa mortis, & an interim possit reuocari per hypothecam, vel alienationem dominii, & quid dum dicit ab hodie cum constituto adiuncto dictæ clausulæ, ex nunc, vel puro.

SPECIALE XIII.

Si fuerit conscripta in capitulis matrimonialibus matrimonio contracto cum aliqua condictione, vel in sponsalibus de futuro; an hypotheca oriatur à die capitulorum, vel à die matrimonii, & de condictione dispensationis obtinendæ, vel consensus alicuius, quæ deficiant.

SPECIALE XIV.

Tacita hypotheca, siue mauis legalis an sit fauore huius donationis inducta, & de per multis aliis tacitis, an procedant si lege destituantur.

SPECIALE XV.

Priuilegium prælationis siuè ante lationis an huic donationi tribuatur, & quid operetur in Dote, & in aliis casibus, & de conuersione probanda.

SPECIALE XVI.

Tacita stipulatio an sub intelligatur in ea, fauore absentis, tam si primus donatarius absit, quàm cæteri qui sequuntur, ita vt ex stipulatu agi possit contra donantem, vt promissis stet, si nemo pro filiis acceptasset.

SPECIALE XVII.

Donatio hæc vel alia in reuocabilis inter viuos an possit fieri in testamento, & an sit iudicanda prout contractus, vel vti legatum, & an hæredes teneantur, & cogi possint in solidum ad eius præstationem, pro vt in Dote, & Alimentis, & an statutum de continuanda possessione procedat fauore hæredis, vel nostri donatarii.

SPECIALE XVIII.

Bona fideicommisso subiecta an possint pro hac donatione facienda alienari, & an vna vice alienata durent perpetuo libera, & de augmento dotis, an pro eo bona vinculata alienentur, si est excessiuum, vel per Virum vxori constitutum, & quid si est factum, æqualationis gratia.

SPECIALE. XIX.

Velleianum cessat fauore illius remissiuè ad particulam 2. discus. 3. tract. primæ.

SPECIALE XX.

Vitium litigiosi an incurratur donando hoc titulo, & quid titulo dotis, & an extraneo donanti, vel dotanti hoc concedatur, & quando executio fiat contra possidentem bona litigiosa nulla interueniente citatione, & de alienatione facta pro causa præcedente iudicium.

SPECIALE XXI.

Gabella, vel laudimium vel decima, si feudalis res sit, ex hac causa an debeatur; & quid si pro dotis restitutione mulieri assignentur bona donata tàm per iudicialem ad iudica-

tionem

A.

rionem quàm per insolutum dationem, & plura in materiæ laudimii.

SPECIALE. XXII.

Donatarius ex hac causa an patiatur retractum, iure sanguinis si extraneus sit, vel vicinitatis, & quid de consuetudine Neapolis si donatario huic donentur res retractui subiecta, & an consequatur quod pluris prætio remissum fuit.

SPECIALE. XXIII.

Textus *in l. de his D. de transact.* an habeat locum vbi transactum sit super fideicommisso in contractu instituto, accepta quando veniens contra transactionem restituere teneatur, & quid si semper erit in tali summa creditor.

SPECIALE. XXIV.

Factatitio absolute, absque mentione suorum vel hæredum, an soluto matrimonio reuertatur ad donantem, & suos, an remaneat pro filiis, & quid si non ad fine, an vadat ad hæredes donatarii; & quando dicatur personalis, quando verò realis, vel sub nomine dignitatis facta.

SPECIALE. XXV.

Stipulata pro filiis an censeatur pro eis vti filiis, an vti hæredibus, & quando dicatur contemplata qualitas natiuitatis ex matrimonio, & de verbo hæredibus an ratione subiectæ materiæ intelligatur de sanguinis, an de hæredibus bonorum, ad hoc vt qualitas illa interuenire debeat, & quid si copulatiuè dispositio loquatur de filijs, & hæredibus, circa, quæ, aliqua in terminis feudorum douatorum discurriuntur.

SPECIALE. XXVI.

Donatarius ex hac causa tẽpore posterior an præferatur anteriori ex causa pœnitus lucratiua, & de intellectu *l. quoties C. de rei vendicat.* an procedat vbi traditio ficta interuenit, & quid si in prima adsit hypotheca generalis vel specialis pro eius obseruatione, & de creditore, qui habet meram personalem ex chirographo vel alia causa, & an soror creditrix fratris pro dote de paragio præferatur creditoribus anterioribus hypothecariis.

SPECIALE. XXVII.

Donatarius ob casum matrimonii an præferatur fisco contra administratorem rerum fiscalium, & quando hæc donatio vti fraudulenta argui possit, & de aliquibus fisci priuilegiis, an huic donationi anteponatur, & de debito primipilari.

SPECIALE. XXVIII.

Pactum legis commissoriæ an in ea reiiciatur, pro vt in pignore, & an & quando dicatur conceptum per verba directa, vel obliqua, ita vt opus sit sententia vel minime, & an si est adiectum fauore descendentium in casu alienationis, vel delicti, an tanquam pœnale reiiciatur stante Regni capitulo, aliqua demum ad eius interpetrationẽ, & de pacto commorandi in aliquo loco, an donationem resoluat.

SPECIALE. XXIX.

Euictio an in ea præstetur, tàm si incipiat à traditione, quàm si à promissione, & an si res donatæ inueniantur hypothecæ affectæ hæres donantis teneatur luere, an donatarius ad intellectum *l. si res obligata D. delegat* 2. & quid si euictio non immineat, sed speretur, & quid de Euictione dominii.

SPECIALE. XXX.

In eius iudicio an veniant fructus pro vt in dote, tam si ad euictionem agatur, quam si pro eius implemento, & quando veniant si summa donata consistat in pecunia, & ad quam rationem taxari debeant, pluraque ad intellectum nostri *Ritus*. 189. & de interesse conuento à principio an debeatur, & de nouissima reformatione censuum ad quinque pro quolibet centum.

SPECIALE. XXXI.

Contractus est nominatus, & speciali nomine nuncupatur, remissiue ad Discurs. primum P. tract.

SPECIALE. XXXII.

Via executiua competat, an nè huic donationi insertæ in capitulis matrimonialibus, datis notario ad conseruandum; & quid de cæteris pactis executiuis de non opponendo, & ad discursum, & an possint astringi hæredes ad eorum publicationem.

SPECIALE. XXXIII.

Onus in ea adiectum an substineatur infra legitimam filii, si donatio longe superet legitimæ summam, & quid si adest pæna, vt in casu quo detrahere velit, cadat à donationis emolumento; & quid si adsunt alia bona hæreditaria, & an fructus imputentur in sortem, & quando oneri censeatur acquieuisse ex approbatione tacita vel expressa.

SPECIALE. XXXIV.

Donatio hæc an possit alienari in præiudicium dotis, vel Vxoris, & an ex hoc quod mulier tali alienationi consenriit dicatur læsa, & quale tempus attendaturr alienationis, an dotis restitutionis, & quid si in tota dote non lædatur, sed in parte tantum: item aliqua de permutatione, si corpus permutatum euincatur.

SPECIALE. XXXV.

Confundantur an ne matrimonio contracto ad vsum Regni, si vocati sint filii, & an subiaceat statuto de lucro dotis, & quomodo in dubio censeatur contractum matrimonium in Regno hoc, & de more magnatum.

SPECIALE. XXXVI.

Donatio hæc facta pro filiis ex matrimonio, an compræhendat filios primi, & vlterioris matrimonii, & quid si fuerit celebrata in secundis nuptiis; & de ea, quæ fit per parentem filiis propriis nascituris.

SPECIALE. XXXVII.

Donationis huius emolumentum an transmittatur per filios, & subsequentes donatarios, ante agnitam, in hæredes suos vel extraneos.

SPECIALE. XXXVIII.

Trebellianica an detrahatur de hac donatione, vel aliis translationibus inter viuos, & an si esset facta in vltimis; an possit prohiberi filiis primi gradus, & quando censeatur prohibita, & acceptata prohibitio, & quando fructus eam extinguant.

SPECIALE. XXXIX.

Donatio hęc an prescribatur, hodie in Regno, vbi præscriptiones paruifaciuntur, & quid attentis substitutionibus, an in præiudicium vocatorum requirantur tot præscriptiones, quot personæ.

SPECIALE. XL.

Reseruata in donationibus huius modi, an vadant àd donatarium, vel hæredem, si donans ad sui fauorem reseruationem conscribat; & quid è contra de facultate concessa donatario, vt possit de aliqua summa disponere.

AD LECTOREM MONITIO

MONITVM te esse vellem Lector optimè, adhuc sub incerto esse an specialia omnia, quorum argumenta impressa sunt, intrent in hoc Primo Volumine, forsan enim aliqua supererunt pro secundo, ne primus modestiam excedat, quod si eueniet, compositoris imperitiei adscribas, cui certum id esse debet, inspecta caracteris qualitate operisque quantitate.

TRA-

TRACTATIONES PRIMÆ

DISCVRSVS PRIMVS

PARTICVLA VNICA.

ARGVMENTVM.

DONATIONIS propter nuptias antiquæ, origo & effectus traduntur: Euis abolitionem fuisse causam donationis intuitu matrimonij faciendæ ostenditur, de qua est tractatus. Item an sit contractus, & ille nominatus discutitur; Plura de donationibus in genere, & de illis causa mortis factis miscentur. Nominatas conuentiones, vnde nomen accepere disputatur, aduersus Hoctomanum, & alios, pœnitentiam aliquando habere in eis locum sustinetur, & exceptione rescindi posse propter non implementum etiam excipiendo; Plura demum traduntur de statutorum interpretatione requirentium consensum consanguineorum in contractibus mulierum, & minorum; maximè ex Catinensi consuetudine.

SVMMARIVM.

1 *Donatio propter nuptias, quare fuerit introducta.*

2 *Hypothecam, & dominium in re donata propter nuptias vnico tempore mulieres habebant.*

3 *Mulier donationi propter nuptias renuntiare non poterat, nisi vir doti etiam renuntiaret.*

4 *Donationis propter nuptias priuilegia enumerantur.*

5 *Donatio propter nuptias antiqua abijt in desuetudinem, quasi in omnibus regionibus, & n.6.*

Donatio propter nuptias antiqua, in quibus differat à dodario.

Donatio intuitu matrimonij successit in locum antiquæ donationis propter nuptias, & n.11.

Donatio prædicta fuit introducta ad eundem effectum illius antiquæ, & est contractus frequens inter nobiles.

10 *Donationis huius definitio à Cuiacio, quæ per auctorem probatur.*

12 *Differentia, quæ est inter hanc donationem, & illam propter nuptias antiquam.*

13 *Dotis fauor applicatur donationi, de qua auctor tractare intendit.*

14 *Donatio an sit contractus, & an sit nominatus, vel ne dissensio est inter antiquos, & modernos.*

15 *Ratio quare donatio non sit contractus assignatur per Cuiacium, quem sequitur Antonius Faber.*

16 *Testamentum sicuti, & donatio, aliquando inter contractus referuntur.*

17 *Conuentio de donando est contractus secundum Corasium, qui communiter recipitur, & n.18.*

19 Donatio quatuor modis confici possit.

20 Constitutum licet fictam traditionem operatur, tamen vera per eum trasfertur possessio.

21 Donatio, quæ fit stipulatione transfunditur in contractum stipulationis.

22 Donatio, quæ fit per pollicitationem, an sit contractus, distingue, & an sit nominatus vide num. sequent. pro, & contra.

24 Obligatio omnis pro contractu habetur.

25 Conditio apposita, in donatione aliquid faciendi per donatarium facit, vt sit contractus nominatus.

26 Actio innominata, quæ oritur ex donatione conditionali descendit ex contractu, & non ex donatione.

27 Donatio causa mortis, an sit contractus distinguitur per auctorem.

28 Donatarius causa mortis non potest agere ad res donatas nisi donantis morte secuta.

29 Donatarius causa mortis non tenetur capere de manu hæredis, licet falcidiam patiatur.

30 Traditio an requiratur in donatione causa mortis, an verò conficiatur nudo pacto, & n. 34.

31 Dispositio l. si quis argentum 15. §. sed si quidem. C. de donat. an habeat locum in donatione causa mortis discutitur & resoluitur.

32 Hæredes donatarij per l. si quis argentum, habent eandem actionem ipsius donatarij, quod esse non possunt in donatione causa mortis.

33 Donatio causa mortis expirat præmoriente donatario, sed an idem sit, si simul decedant.

34 Stipulatio sicut traditio in donationem cam mortis, an requiratur.

35 Donatio simplex (concesso non sit contractus) non debet tractari sit ne nominatus.

36 Donatio propter nuptias antiqua contractus est nominatus, & n. 38. ratio num. 42.

37 Sponsalitia largitas, quandoque accipitur pro donatione propter nuptias.

39 Contractus donationis propter nuptias similis est contractus dotis.

40 Contractus donationis, an sit iuris gentium, an ciuilis, & quid de alijs contractibus.

41 Auctor disputationem hanc in lectura super institut. de iur. nat. gent. & ciuil. §. ius gentium Deo donante absoluet.

42 Donatio propter nuptias quare sit contractus nominatus.

43 Contractus nominati, qui sint, & vnde proueniant.

44 Permutatio quare non sit contractus nominatus latè discutitur.

45 Contractus qui consensu perficiuntur, an omnes sint nominati.

46 Fortunius Garsia in l. iur. gent. refellitur.

47 Permutatio vnde originem habuerit traditur.

48 Permutatio quare sit contractus innominatus discutitur ex Antonio Fabro.

49 Franciscus Ottomanus hæreticus excutitur, & refellitur.

50 Contractus non ex actionibus nomen obtinuerunt, sed potius actiones ex contractibus habuere.

51 Donatio contemplatione matrimonij, an sit contractus nominatus.

52 Contractus introducti per consuetudinem, an sint nominati, & n. 54. & 57.

53 Actio qualis oriatur ex contractibus introductis per consuetudinem.

55 Contractus censualis iuxta formam bullæ, an sit nominatus, & quid si est vitalibus, & 65.

56 Feudum, an sit contractus nominatus, & an admittat pœnitentiam.

58 Contractus donationis intuitu matrimonij an sit contractus, do, vt des, vel do, vt facias.

59 Actio, quæ datur donanti contra donatarium pro conditionibus implendis, an sit præscriptis verbis.

60 Donator an possit conducere res donatas in donatione ob causam.

61 Subrogatio quotuplex sit in iure.

62 Contractus similis nominati, an debeat nominatus censeri.

63 Simile vt dicatur non requiritur, vt sit idem, sed sufficit esse valde simile.

64 Similitudinis descriptio refertur.

66 Donatio intuitu matrimonij confunditur cum contractu dotis, & sunt correspectiua.

67 Potentior præualet in mixtis.

68 Infans non baptizatus, quando possit sepelliri in loco Sacro.

69 Causa mixta inter criminalem, & ciuilem, debet appellari criminalis.

70 Correspectiui actus quomodo cognoscantur.

71 Pœnitentia non habet locum in donatione ob causam matrimonij, quidquid sit in alia donatione ob causam & num. 75.

72 Bartolus ex quo moueatur ad dicendum donationem simplicem esse contractum nominatum.

73 Dotis fauore pœnitentia non admittitur etiam in contractu innominato.

74 Dotis contractus rei interuentu perficitur, & non indiget scriptura.

76 Pœnitentia non est licita, quandiu alter contrahens paratus est implere quod an verum sit in omni contractu vide num. seq.

78 Moræ purgatio, an admittatur in contractibus innominatis.

79 Donatio hodie consensu tantum perficitur aduersus Patrem Molinam.

80 Donationes reciprocæ, vel remuneratoriæ futurorum seruitiorum, an admittant pœnitentiam.

81 Agens ad implementum, an prius debeat ostendere se impleuisse ex parte sua.

82 Rescissio contractus nominati, an admittatur, & quid per viam exceptionis.

83 Emptor, quæ habeat remedia pro implemento contractus.

84 Dolus damnans causam contractui illum annullat, & qualis esse debeat.

86 Dolus præsumptus, an sufficiat pro rescissione contractus.

86 Mendaciũ quando vitiet contractum, etiam nominatũ.

87 Vendita re libera, quid agendum si onera inueniantur super ea deberi.

88 Venditor offerens redimere censum debitum super re vendita, an validet contractum.

89 Modus procedendi per viam præcepti executiuè pro molestia, quando emptori concedatur.

90 Vendita re fideicommisso subiecta, quomodo emptori succurratur.

Emptor

91 *Emptor non debent relinqui incertus de re vendita, an eam amissarus sit ratio.*

92 *Emptor per viam exceptionis potest rescindere contractum, si contingat a venditore conueniri.*

93 *Senteatia non est necessaria, quod pracedat, vbi quis excipiedo vult contractum rescindere, maximè stante pacto resolutiuo.*

94 *Emptor si de pretio constituat reditus iuxta bullam, an si res nõ sit libera, possit retardare solationem ceasus.*

95 *Subiugans, qui vice praty subiagauit, quando possit sibi retinere fructus census.*

96 *Emptor non cogitur stare contractui in multis casibus.*

97 *Exceptio resoluti contractus, an admittatur aduersus executionem contractus censualis.*

98 *Resolutio contractus, quando sequatur absque se atentia, distinguit auctor.*

99 *Rescissio contractus, quando fiat in executiuis.*

100 *Exceptio defectus capitalis admittitur aduersus executionem contractus censaalis.*

101 *Conductor qaando possit à locatione discedere.*

102 *Conductor volens discedere à re conducta, debet claues domino reddere, vel deponere.*

103 *Conductor antequam recedat, debet locatori denuntiare, vt possit remouere impedimenta, qua faciunt ne ipse fruatur re conducta.*

104 *Conductor staatibus litteris regijs soluendo pensionem, vel residuum. quod debet, euadit executionem census bullaris, modo statim recedat, & num. 106.*

105 *Marius Mata Regius Consiliarius multum, & multa scripsit.*

107 *Marij Muta opinio num. 296. super bulla est nimis dara.*

108 *Creditor censualis exigens à conductore pensionem iuxta litteras regias, fungitur iure locatoris. lim. vt in num. sequent.*

109 *Debitor non dicitur, qui soluit, quod debebat.*

110 *Dominus rei census obnoxia, quando possit detentionis renuntiare.*

111 *Possideas rem ceasualem iure proprio, eamque alienans, noa tenetur amplius ad ceasum; dummodo personaliter obligatus non sit.*

112 *Conductor recedens ob molestiam illatam debet dimittere rem conductam vacuam.*

113 *Remissio mercedis ob pestem, quando peti possit remissiuè.*

114 *Lesio non desideratur, quaado impedimentum prouenit facto locatoris pro remissione mercedis.*

115 *Casus inopiuatus non venit sub quacunque renuntiatione pro petenda remissione mercedis.*

116 *Conductor propter dignitatem adeptam an possit à locatione discedere.*

117 *Condactor in quibus casibus non teneatur stare locationi.*

118 *Curiales ob recessum Curia possunt à domibus conductis discedere.*

119 *Curiales possunt facere vt expellantur conductores domorũ circum circa regiã Palatium vt ipsi inhabitent.*

120 *Domus circum circa Regium Palatium, qua sint, interpretantur.*

121 *Doaatarius agens ad implementum donationis potest etiam à iudice repelli, si non ostendat impleuisse ex parte sua, quaado donatio est conditionalis.*

122 *Donans tàm per viam actionis, quàm per exceptionem repellit donatarium non adimplentem ex parte sua.*

123 *Pactum resolutiuum debet apponi à peritis notarijs in donationibus conditionalibus.*

124 *Causa in donatione adycitur vel per modum causa, vel per modum conditionis.*

125 *Actio qualis accommodetur donationi contemplatione matrimonij facta, & remissiuè videas num. 129.*

126 *Libellus secundum hodierna tempora non est necesse, vt contineat nomen actionis, qua agitur maximè in hoc Regno.*

127 *Modus agendi per viam exceptionis non venit in cumulatione remediorum.*

128 *Stipulatio non immutat naturam contractus, cui adiungitur.*

130 *Donationi nostra competunt actionis doti tributa, quando in vnico contractu celebraatur.*

131 *Obligatio ciuilis & naturalis oritur ex contractu nominato ante implementum, secus in innominatis.*

132 *Naturalis obligatio licet ex solo facto astimetur, attamen ex sola promissione non inducitur sed consensus liber interuenire debet.*

133 *Accursij scholium in l. petens C. de pactis excutitur.*

134 *Naturalis obligatio, quare non oriatur in contractu innominato ante implementum, & quid de iure canonico, & hispanico vide num. seq.*

135 *Donatarius quod teneatur prius implere, an deroget, quin nostra donatio sit nominatus contractus?*

136 *Naturalis obligatio oritur ex contractu donationis ob causam, ad effectum tamen retentionis, verum actio à iure ciuili accommodatur.*

137 *Statutum prohibens contrahere, an prohibeat donare, affirmat Bald. sed vide num. seq.*

139 *Statutum prohibens contrahere, an includat donationem causa mortis, & num. 143.*

140 *D. Simon fitaiolus I.C. Panormitanus laudatur, fuit auditor Fachinei, einsque de eo indicium refertur.*

141 *Andrea Fachinei argumenta referuntur in quastione, an statutum de contractibus loquens comprahendat donationem causa mortis.*

142 *Donatio causa mortis omaino similis est vltima voluntati post Iustiniani constitutionem in l. vltim. C. hoc titulo.*

144 *Cosmus Nepita ad coasuet. Vrbis Catina notatur.*

145 *Donatio causa mortis tempore, quo conficitur contractui tempore verò quo perficitur, vltima voluntati aquiparatur.*

146 *Antonij Fabri rationes in proposita specie referuntur.*

147 *Donationes causa mortis, ita concipi possunt, vt difficilis sit reuocatio, saltim extra periculi cessationem, & num sequent.*

149 *Donationem causa mortis similem esse vltima voluntati, quomodo accipiendum sit.*

150 *Prohibitio contrahendi, quare fortias debeat extendi ad donationes.*

151 *Prohibitus contrahere, an possit fauore pia causa.*

152 *Quod datur Deo, datur ad vsuras centesimas.*

153 *Mulieri cessante deceptione, non subuenitur, & similiter si nobilis, & sagax sit.*

154 *Consensus, aut requiritur ad integrationem persona, aut ratione praiudicij, primo casu valet actus fauore pia causa, secundo verò non, si consensus deficiat.*

155 *Consensus in dubio censetur requisitus ratione integrationis persona, & non praiuditij.*

156 *Minor manu mittere volens seruum solemnitates requisitas in alienatione obseruare debet.*

157 *Statutum, aliquem prohibens contrahere fauore tertiæ personæ non excludit piam causam, nisi tertius ille consentiat.*

158 *Maritus præstans auctoritatem in contractu vxoris, an sibi præiudicet in iuribus suis.*

159 *Tutor auctorizans pupillum non sibi præiudicat nomine proprio super bonis in contractu deductis, idem in fideiussore.*

160 *Mulier prohibita contrahere, non prohibetur dotare filiam, vel aliquid secretò eius genero promittere, contra num. seq.*

161 *Auctor contrariam Spini sententiam tuetur, vbi consensus requiritur ratione præiuditij.*

162 *Consuetudo Vrbis Catinæ prohibens mulieres contrahere absque consensu viri, quomodo intelligatur.*

163 *Consuetudo Catinensis non prohibet contractus simpliciter, sed in illa acceptione, quatenus ex eis oritur obligatio.*

164 *Vxor, an possit fauore mariti se obligare, quando eius consensus requiritur, & num. 166.*

165 *Statutum de interuentu mariti, an procedat ratione præiudicij an verò pro integranda persona.*

167 *Maritus quando possit ad omnes actus auctoritatem præstare, ad hoc, vt vxor postea in eius fauorem contrahat.*

168 *Consensus pro integratione personæ est de forma, & debet interuenire in ipso actu.*

169 *Consensus ratione proprij præiudicij præstandus potest superuenire etiam post litem motam, sed an valeat, vt nouus actus, vide num. seq. in fin.*

170 *Consensus præstandus de forma non præsumitur ex lapsu temporis. quia debet esse expressè in scriptis præstitus.*

171 *Pater non potest auctorare filium ad sui commodum etiam ad petendum à Iudice decretum pro alienatione.*

172 *Filius familias, quando possit donari patri cum eiusdem auctoritate, & an sit necessarium iudicis decretum, & quid stante statuto huius Regni.*

173 *Pater debet interuenire in donationibus per filium familias faciendis, etiam si non habeat vsufructum in re donanda.*

174 *Statuta fauore mulierum, an intelligantur in mulieribus honestis procedere, & non in meretricantibus, & numer. 176.*

175 *Curator dari potest mulieribus dissipatricibus sui corporis.*

177 *Contractus per mulierem facti absque consensu, an debeant continere læsionem tempore actus, vel sufficiat, quod possit superuenire.*

178 *Contractus per mulieres, vel filios famil. absque solemnitatibus facti, non firmantur iuramento stante statuto.*

179 *Filiusfamilias, quando habitare dicatur seorsim à patre vt possit tanquam pater familias contrahere.*

180 *Statutum circa sollemnitates adhibendas in contractibus an liget ciues contrahentes extra territorium, & quid si absit fraus.*

181 *Donatio, quæ hodie fit intuitu matrimonij, quare sit magis iuridica, quàm illa antiqua.*

DOTIS fauor semper, & vbiq; præcipuus à legislatoribus tot, tantisq; legibus atque integris titulis donatus, potissima iudicio meo fuit causa, & fere vnica donationis ante nuptialis per Imperatores inducendæ, quæ postea Iustiniani tẽpore magis propriè
1 propter nuptias fuit appellata † *§. est, & aliud instit. de donat. & l. cum multæ 20. C. de donat. ante nupt.* nam antiquitus, quando hæc donatio erat penitus incognita, tãtummodo mulieri prospiciebatur, vt pro dote hypothecam in bonis viri sui haberet, cui renuntiare poterat. *l. etiam 11. l. iubemus. 21. Auth. siuè à me C. ad velleianum,* per hanc verò donationem non solũ vno, eodemq; tẽpore de dominio, & hypotheca fuit ei prouisũ, ex quo bona sic donata in eius dominium transibant, *Authen. donationẽ C. de iur. dot.* & hypothecæ affecta remanebãt
2 † non obstante regula. *l. neque pignus 46. de regul. iur.* per rationes adductas à *Negusan. de pignor. par. 2. memb. 4. num. 66. & Tiraquell. de retract. lignager. §. 1. glos. 7. numer. 70.* sed etiam constitutum fuit, vt huic donationi
3 per mulierem renuntiari non posset † *l. si constante 19. §. sed si è contrario. C. de donatio: ante nupt.* nisi etiam maritus, doti renuntiasset *glos. in dict. §. est, & aliud* in verb. exequentur, quam *Bal. in d. l. si constãte.* paulo ante post principium dicit esse meliorem, quam in toto corpore iuris, & propter hanc causam multa alia priuilegia huic donationi indulta fuere ad instar dotis, licet non in omnibus doti sit coæqualis, vt scribit *Bald. Nouellus de dote part. 8. priuil. 6. num. 24. fol. 507. in paruis,* nam in eius fauorem fuit constitutum, vt insinuatione
4 non egeat, † licet summam quingentorum aureorum exeedat, Authen. *eo decursum est de donat. ante nupt.* quo ad mulierem loquendo, vt declarat *Salicet.* ibi paulo post principium, quando videlicet donatio fit per virum, sed non, vbi fiat per alium eius nomine, & post *Salicet.* ibi tenet *Paris. cons. 16. nu. 27. lib. 2.* nec non vt gauderet priuilegio tacitæ hypothecæ *l. fin. C. de dot. promission. Negus. de pign. par. 2. memb. 4. n. 65.* & defendit *Iason. de actio. §. fuerat num. 40.* Item, & tacitæ stipulationis, vt ait idem *Iason. in d. §. fuerat, num. 57. & Bal. Nouel.* loco citato, de quib. quidem priuilegijs seu specialibus, & alijs latius infrà nobis erit Sermo: Item hęc donatio cum dote pari passu ambulabant, vt in *Auth. sed iam necesse C. de donat. ante nupt.* in tantum, vt inter eas æqualitas seruari debuisse de iure *Authenticorum* ante, & post, vt in *Authen. de æqualit. dot. in princ.* col. 7. nam de iure *Codicis* hęc necessitas non merat, vt videri potest pęnes *Aretin. & Nicas.* cæterosq; scribentes in dicto *§. est & aliud Instit. de donat.* & de hac donatione 5
quatuor effectus notat *D. Abbas* conciuis meus *in cap. vltim. de donat. inter vir. & vxor.* vbi ait primum esse, quod pactum de lucrãda dote extenditur in fauorem mulieris, vt in ipsa lucretur donationem propter nuptias præmortuo viro, sicut vir lucraretur dotem præmortua vxore, secundo quod fortius ius habet mulier in his bonis donatis, quàm in alijs viris, ratione dominij, de quo supra. Tertium quod vergente Viro ad inopiam poterat vendicare, tam bona dotalia, quàm donata ad hoc vt deseruirent pro oneribus matrimonij sustinendis, & demum quod licebat mulieri viro adulterium patrãte lucrare donationem propter nuptias, sicut vir poterat, è conuerso lucrare dotem, muliere existente adultera, ex his concludit *Abbas,* quod hęc donatio erat multum proficua mulieri, sed quia illa

abijt

5 abijt in desuetudinem † in omnibus fermè mūdi partibus, vt testatur *gloss.in authen. æqualitatis verbo. Pari: de pact. convent.* & annunt. *Gomes in l.* 50. *tauri ante num.* 12.circa finem, *Monter.à Cueua decis.*10. *numer.*4. *Fontanella* vir insignis litteraturæ *de pact. dotal.claus.*4. *glos.* 1.*n.*6. & per currendo multas regiones, quod in
6 Hispania non seruetur † dixit *Gregor.Lopes ad l.*1.*vers. en espagna*, quem vna cum alijs Hispanis citat Pater *Molina de contract. disput.*290.*nu.*8. & de Regno Franciæ *Bereng.in l.in quartam art.*13.*c.*3.*n.*10. Cuiac. in loco statim citando: de Regno Neapolis. *Molfes. tit.de iur.quartæ quæst.*1.*nu.*18.*& quest.*2.*num.*3. de Consuetudine verò totius Italiæ testatur *Card. Mantic.* post quam plures *de tacit.& ambig.lib.*20. *tit.*4.*nu.*15.*Bimi. cons.*95.*n.*25.*tom.*1.& de hoc Regno ex nostratibus testatur *Marius Muta.* in suis curiosis repetitionibus *ad consuetudines Panormitanas cap.*43.*nu.*73.*vers.* & quidquid sit nouissimeque *Ioannes Franciscus de Castillo decis.*152.*num.*155. & de generali consuetudine totius mundi. *Nacta cons.*609.*num.*3.*vers.* præterea *Gratian. discept.forens. cap.*254.*num.*69.*tom.*2. *& cap.*498.*numer.*51.*tom.*3. in eius locum verè, & cum effectu successisse donationem contemplatione matrimonij, de qua noster erit tractatus, fatere cogimur, nec ex eo, quod plures applicent hos terminos donationis propter nuptias ad quartam, seu dodarium, vt Neapoli vocant antefatum, seu anti ferna, facit, vt illi potius, quam nostræ donationi eius nomen, & effectus conueniant, quia termini sunt satis diuersi, licet DD. in terminis dodarij vtātur quamplurimis legibus ex hoc
7 titulo desumptis, † donationem enim propter nuptias non lucratur vxor, nisi quoque vir dotem lucretur, vt dixi supra ex Abbate, sed dodarium, seu quartam lucratur mulier; absque quo vir aliquid lucretur. Item non est necessè, quod fiat æqualis doti in quantitate, sed statur pacto contrahentium, omitto quod in hoc Regno datur in recompēsationem amissę virginitatis, & debetur etiam dote non soluta, imò nulla dote existente, quia sunt rationes peculiares, de quibus mihi reseruo dicere inspeciali, quem de hoc institui tractatu, sicuti etiam per me tractum est hac eadem tractatione *disc.*3.*par.*3. vers. quod verò. Et quod satis differant inter se; obseruat *Cuiac. lib.* 5. *obseruat.* 4. *his verbis*, multum distat donatio propter nuptias à donatione quæ moribus nostris fit, respectu matrimonij, cuius fauor nimius est; nec iure Romano receptus, & ab eo, quod donarium vocamus(quod etiam iure Romano receptum non est &c.) aliasq; differentias norat *Gratian.discept.*498.*num.*44. cum plurib seq. *tom.*3.*& Vincent.de Franch.decis.*182.*num.*5.

Quod autem re vera, & cum effectu in omnibus regionibus in locum prædictæ donationis successerit do-
8 natio contēplatione matrimonij † firmauerunt *Guid. Papæ decis.*145.*num.*4.*&* 5. *Nacta cons.*609.*nu.*3. *Rol. cons.*44. *lib.*4. *Illustriss. Cardin.Mantic. de tacit. lib.*13. *tit.*4.*num* 12. quos ad hoc citat *Thesaur. filius lib.*4.*forens.quæst.*2.*num.*2. *Barbos.ad l.si cum dote* §.*transgrediamur num.*30. *D.sol.matrim. Surd.cons.*143.*num.*46. *Decian. cons.*41. *num.*12.*lib.*1. *Bertrand. cons.*97. ad euidentiam *col.*1. *vol.*6. *Berengar.ad l.in quartam cap.*3.*numer.*72. *D. ad legem falcidiam Menoch. consil.*261. *num.* 15. *&* 41. *Molin. de ritu nupt. lib.*3. *in prælud. num.*36. cum sequent. *Becc.cons.*20. *num.*26. nec negat *Coras.in l.filium, quem habentem num.* 235. *C. famil. ercisc undæ, & latè discurrendo* tenet *D. Faber de error. pragmat. par.* 2.*decad.*41. *error.*3. *num.*7. *&* 8. ex nostris *Intrigl.decis.*20. *Milan.decis.*19.*lib.*1. & legibus Hispanis attentis firmat etiam *Pater Molina de iustitia tom.* 1. *disput.* 238. *& de contractibus disput.*290. in finalibus verbis. Hi omnes in varijs casibus æquiparant hanc donationem cum illa antiqua, tàm quia tendit ad eundem ef-
9 fectum † assecurationis dotis, & quam quia deseruit pro sustinendis oneribus matrimonij, alendisque liberis.*Molinus de ritu nupt. lib.*3.*cap.*21.*n.*7.8. *&* 9. vnde hanc donationem esse frequētem dicunt precitati Patres, & experientia docet maxime inter nobiles, & diuites, inter quos nunquam, aut raro contrahi solent matrimonia, nisi huiusmodi donatio accedat, & inter nobiles loquitur dictus *Molinus de ritu nupt.quæst.*2.*nu.* 61.*lib.*3.

Ex quo existimaui non infructuosam assumpsisse materiam, si de donatione contemplatione matrimonij facta, inter alias quæ à parente filio fiunt peculiarem ederem tractatum, opus à nemine vsque ad huc rētatum, vt mihi prius, postea in foro versantibus pro modulo ingenij mei proficerer, & incipiendo à defi-
10 nitione † inuenio sic definiri à *Iacobo Cuiacio*,viro doctissimo, & ingeniosissimo *lib.*5. *obseruat. dicto cap.*4. donatio fauorem matrimonij est, quæ alterutri coniugum à parente, vel extraneo fit, coniugi, non coniugis nomine,dicit alterutri coniugum à parente,vel extraneo facta, quatenus participat cū donatione antiqua,quæ dicebatur ante nuptias,vel propter nuptias, dixit coniugi,nō coniugis nomine ad ostendendā differentiam inter illam,& istā, quam nos iam supra notauimus, & quia non intendo disputare de qualitatibus definitionis,nec meam proferre sententiam,cum hoc in iure nostro satis periculosum sit,melius mihi videtur inhętere vestigijs tanti viri,quam aliam adinuenire definitionem, quę semper remaneret correctioni subiecta; quare descendens ad alia magis scitu digna, quęro secūdo vnde originē sūpserit hęc donatio,& dico
11 quod ex consuetudine † in pluribus locis introducta, orta absq; dubio ex desuetudine antiquæ donationis propter nuptias,quæ in istam transijt: vti de consuetudine Regni Frāciæ testatur *Bereng.in prædicta l.in quartam c.*3.*n.*72.*& Cuiac. loco cit.* in finalibus verbis & in Hispania seruari testatur *Fontanella*, qui multa de ea scripsit in dicto *tractatu claus.*4.*glos.*1.*par.*1. & in Italia permulti per me citandi in sequenti *discursu partic. vlt.* vbi agetur de eius validitate, nec per hoc intendo firmare quod sit eadem hæc donatio, cum illa antiqua,
12 quia inter se satis egregie differunt † vt de per se patet, nàm hęc donatio est voluntaria, illa necessaria, hæc manet in dominio viri,illa transibat in vxorem,& in aliis per multis quę notantur per *Cuiac.* loco supra citato; nec quod aliquando ęquiparentur, vel aliqua inter se communicent priuilegia, facit,vt in omnibus dicantur eędem; dato quod ambę ex eodem fonte scaturierint,vnicaq; fuerit causa efficiens, videlicet fauor dotis, & matrimonij vt disertis verbis probat *Menoch. cons.*261.*n.*15.*&* 41.qui ex hoc motus firmauit,quod
13 huic donationi dotis fauor † nec nō antiquæ donationis applicetur,quodammodo .n. dos filij nubentis dici potest. *Franc.Molinus* etiā vtitur hac ratione *dict.tract. de ritu nupt dict.c.*2.*n.*19.*lib.*3. *& Gratian.discept.*297. *num.*3.

num. 3. *&* 5. *tom.* 2. nec dissentit *Cuiac.* loco statim citato.

Consequenter quæro, an hæc donatio sit cõtractus, & dato sit, an sit contractus nominatus, an verò inno-
14 minatus, † & quoad primum loquendo in terminis simplicis donationis res erat quondam expedita, vt iudicari deberet cõtractus, apud antiquiores, & planiores, vt ita dicam interpretes, ita enim testatur *Clar. in §. donatio quæst.* 1. pluresq. addit *Decian. respons.* 32. *num.* 44. *lib.* 3. asserens omnia iura hoc sibi probãtia & post alios. *Gratianus discept.* 781. *num.* 39. sed apud recentiores quæstio redditur dubia, nam subtiliores interpretes tenent contractum non esse; vulgares vero variant inter primos, *Cuiac.* defendit non esse *ad Nouell.* 119. *Imperatoris Iustiniani* post principium *tit. de donat. propter nupt. vel speciali, &c.* & ad *Nouell.* 38. *tit. de decu-*
15 *rion.* in principio, ratio † quæ ab eo super hoc adducitur, legitur *in paratitla ad C. tit. de neg. gest.* & est perpulchra, nàm definiẽdo contractũ, ait, illum dici per defectionem, cũ plena oratio sit negotij contractus, quia omnis contractus negotii cõtractus est, at nullũ inter donãtem, & donatarium geritur negotium, cum simplex donatio conficitur, quia à sola donantis liberalitate ortum habet, ergo contractus dici non potest; hoc genere argumenti vtitur subtilissimus *Præses Antonius Faber* splendor nostri sæculi, quem præsidem præsidum vocare solet eruditissimus, & ornatissimus *Antonius Xirotta I.C.* noster Siculus ille, inquam *in sua enuischiliade seu 2. parte de error. pragm. decad.* 45. *err.* 8. ex eo enim (ait ipse) contractus nomen sumpsit, quod post multos tractatus ad negocium, quod geritur pertinentes, quos præcedere necesse est, negotium tandem in pauca contrahatur, & restringatur, in donatione verò, nullus præcedit tractatus, vt cõtractus sequi possit, neque altercatur inter donantem, & donatarium, vt plus, vel minus donet, aut istud, vel illud; sed donatarius æqui boniq. consulit, quod ei donatur, etiam num minimum, cum ad aliquod donator cogi non possit; quod in tãtum procedit, vt si cum donatione aliquod negotium sit admixtum; puta si donator velit donatariũ in aliquo sibi obligari, non ex hoc tali casu obligatio contrahitur, dum donatio est, allegat *text. in l. si prædia* 59. *D. de don. inter virum, & vxorem* ibi *respondit secundum ea, quæ proponerentur negotium potius gestum videri, quam donationem interuenisse*. quo textu probatur donationem, & contractum adinuicem sibi contrariari: hoc idem tenuit ipse *in lib.* 7. *coniect. c.* 14. *col.* 3. post medium, & in fine, & melius in *lib.* 19. *c.* 2. *col.* 3. propè finem, & ante eum profitetur *Coras. in l. post contractum, D. de donat.* mouetur quia ex donatione nulla oritur obligatio, licet propter mutuam partium volũtatem sub generali conuentionis nomine cadat, cum, vt ait ipse, contractus alterius saltem agentium exigat
16 obligationem; neque secundum eum mirum † est, quandoque donationem inter contractus referri, quia aliquando per Vlpianum etiam testamenta inter contractus rediguntur *l. eandem* 9. *D. de duob. reis.* ibi, *quia non tantum verbis stipulationis, sed & cæteris fiunt contractibus, veluti emptione, venditione, locatione, conductione, deposito, commodato, testamento* & cætera; tenet tamen
17 ibi *Coras.* contractum esse cum conuenitur † de donãdo; & non re ipsa liberalitas exercetur, prædictis accedit, licet eos non alleget *Card. Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 13. *tit.* 3. *nu.* 1. *&* 2. vbi tenet neque contractum dici, si donatio a promissione incipiat, secutus *Facb. ne. lib.* 8. *contr. iur. cap.* 89. in finalibus verbis & nouiter referentes *Duarenum Donellum* & alios auctores maximi nominis *Moderni oltramontani addentes ad Clarum §. donatio quæst.* 1. *liter. C.* vbi in confirmationem huius opinionis hoc modo argumentantur, quod cum omnis contractus distinguatur in contractum bonæ fidei, & stricti iuris, & donatio non sit nequam bonę fidei; nequam stricti iuris, per duos *textus* expressos, quos allegant, sequi videntur secundum eos, nullo modo donationem esse contractum, & ante prædictos contra *Bart.* & alios, tenuit *Bal. in l. iur. gent. num.* 10. *D. de pactis* quem nemo ex prædictis citauit mouentur omnes *per text. in l. interdict.* 14. *D. de precar.* ibi *magis enim ad donationem & beneficij causam, quam ad negotij contracti spectat precarij conditio.* per quem videtur Iuris consultus donationem à contractibus secludere.

Ceterum distinguit *Corasius* inter donationem incipientem à promissione, & a traditione, vt prima sit contractus, secunda minimè, quam distinctionem communiter recipi post *Anton. Gomes tom.* 2. *var. resol. cap.*
18 2. *&* 4. dicit † *Pater Ludouic. Molina de contract. disput.* 252. *num.* 7. *&* 8. *Mantica* ibidem, qui alios adducit.

Omnes verò vnanimiter concludunt, quod impropriè contractus dicatur: ideo distinctè loquendo, ita
19 dici posset, quod, aut donatio † fit per traditionem, aut per stipulationem, aut per pollicitationem, aut denique mortis causa traditio fit, primo casu vt ex prædictis liquet nullo modo, nec propriè, neque impropriè contractus appellari potest, etiam si traditio facta sit per constitutum, nam per eum vera transfer-
20 tur possessio, † licet modus sit fictus. *Bal. in l. ab empt. in fine D. de pact.* post alios *Card. Mant. de tacit. & ambig. lib.* 13. *tit.* 4. *num.* 20. *Osasc. decis.* 36. *Tepat. tit. de const. t. lib.* 2. *fol.* 39. *Fontanella de pactis claus.* 4. *gloss.* 27. *num.* 5. vbi decisio Senatus refertur, mille cumulat *Marius Giurba decis.* 112. *nu.* 11.

In secundo casu verior opinio est, quod tunc donatio transfundatur in contractum, non donationis,
21 sed stipulationis, † cui causam dedit liberalitas donatoris, ità voluit *Coras.* in dicta *l. post contractum num.* 3. vers. cæterum. *Mantic. d. tit.* 3. *num.* 8. approbat *Anton. Faber d. err.* 8. *num.* 6. vbi concludit, quod est tali donatione cum stipulatione ne nascitur actio, sed non ex donatione, benè verum ex stipulatione. In tertio vero maius dubium versatur, & in eo variant DD. nàm a-
22 lij tenent indistinctè contractum esse, sicuti diximus tenere *Corasium & Ludouic. Molin. supr. num.* 18. & latè alios referens *Rim. super instit. de donat. in rubr. num.* 45. *& per plures sequentes*, ea ratione, quod donans in hoc casu remanet obligatus ad tradendum, & oritur donatario actio ad cogendum donatorem; vt donationem perficiat, alij verò distingunt ius vetus à nouo, dicentes iure veteri contractum non fuisse, quia ex hac pollicitatione absque traditione, vel stipulatione, non oriebatur efficax obligatio, nec actio; iure autem nouo *per l. si quis argentum* 15. *§. vltimo. D. de donat.* statuentem donationem nudo pacto constitutam valere nulla stipulatione, vel traditione interueniente, vt inde actio nascatur; contractum esse, ità post alios firmat *Cardin. Mantic. dicto libr.* 13. *tit.* 3.
23 *num.* 5. *de tacitis, & ambiguis* † vbi ex hoc deducit esse

nomi-

nominatum, & hanc esse communem opinionem.
Antonius verò faber loco prædicto num.8. & seq. Donell.
Duaren. alijque citati per dictos *addentes ad Clarum*,
etiam num tenet contractum non esse, mihi verò
Manticæ & aliorum opinio non displicet, haud enim
24 dubium est † omnem obligationem pro contractu
habendam esse vt disertè probat *Paulus in l.omnem.*
20.*De iudic.* vnde cum ex pollicitatione obligatio o-
riatur, iure nouissimo attento, quis vetat in hac ac-
ceptione donationem contractum esse nàm veteri iu-
re inspecto, donatio per pollicitationem, vel pactum
nudum facta, non est dubium, quod neque acquisi-
tionis, neque conuentionis iure valebat; dum tema-
nebat donatarius omni actionis ope destitutus; *l.aristo*
18.*de donat. ibi obligationem non contrahi, eo casu, quo*
donatio est; & statim *hic enim, nec donationi locum esse*,
quibus addendæ sunt dictæ *l.interdictum & l. eum qui*
precario D.de furt.

Excipitur ab his tribus generibus communi con-
25 sensu donatio † facta cum conditione aliquid dandi,
vel accipiendi; nam per conditionem, vel onus adie-
ctum, ex quo donator habet donatarium obligatum,
negotium inter eos dicitur contractum; vt puta, quan-
do donator in donatione apposuit substitutiones, gra-
uando donatarium alteri restituere bona donata; vel
aliquid aliud facere iussit, nàm in tali casu datur do-
natori condictio, & actio præscriptis verbis; vt quod
promissum est dari, vel fieri compleatur, aut præste-
tur, id quod donatoris intererit; vt ait *Anton. Faber*
dict.err. 8.*num.*12. vbi firmat ex hoc esse contractum
innominatum, do vt des, vel, vt do, vt facias, & post
Tiraquell.& alios sequitur *Cardin.Mantic. dicto loco nu.*
6. idem Mantic.lib.2. titul.8. num.2. in fine alios refert
Steph.Gratian.discep.749. numer.14. & 15. tom.4. sed
proprius loquendo, vt ait *Faber ibi*, & clarius in fine
26 *num.24.& 25.* hæc non potest dici actio † innomina-
ta, oriens ex donatione, sed potius ex contractu inno-
minato, nàm tunc cum hæc pacta opponuntur, desi-
nit esse donatio; sicuti agnouit idem *Gratian. in alia*
discept. 332.num.4. lib.2. dum firmauit, quòd dona-
tio cum substitutionibus, est propriè substitutio, &
non donatio, prout loco suo dictum est.

Hinc sequitur, quod omnes donationes, quæ conti-
nent talia pacta, aliquid dandi, vel faciendi; vt puta
pro matrimonio contrahendo, videntur posse dici
contractus innominati, secundum hanc acceptionem;
in quibus conceditur donatori pœnitentia ob pacta
non seruata; nisi donatarius promptus sit implere;
vel per eum non stet quin adimpleatur conditio; de
quo tamen infra clarius discurremus. Restat videre
27 quid dicendum de donatione † causa mortis, & puto
sic distinguendum; quod aut traditio secuta fuerit, &
tunc bene potest contractus dici, quia negotium vide-
tur inter donantem, & donatarium gestum, vt eo con-
ualescente res donatæ sibi reddantur, quia maluit se
habere, quàm donatarium *l.seia 42.§.vltimo.D.de do-*
nat.caus.mort.l.sed interim 12.in princ.de donat.inter vi-
rum & uxor.& ad hunc effectum fuit accõmodata vti-
lis in rem actio, vel conditio. *l.qui mortis 30. D.de do-*
nat.caus.mort. aut verò nulla fuit secuta traditio, &
tunc, aut donator reconualuit & non habet quid que-
rat, neque ad quid agat cum nihil gestum videatur,
& apud eum remanserint res donatæ, cum nunquam
28 competat donatario exactio, nisi post mortem † pro-
missori *l.mortis causa donatio 34.D.eod.leg. non videtur*
32.eod.tit. aut donator defecit, & tunc nulla actione
indiget donatarius, dum secuta morte donantis domi-
nium rerum donatarum in eum transfertur, sicuti *ex l.*
12.tabular. legati in legatarium, imò hoc amplius, vt
non habeat necessitatem capiendi de manu hæredis
29 † *l.cum pater. 79. §.mater, et §. meuio D.delegat. 2.* in
tantum vt non teneatur interdicto quorum legatorũ,
licet falcidia debeat interuenire: quarè certum est
in vtroque casu, contractum dici minimè posse.

Quæ procedunt etiam si talis donatio stipulatione
perficiatur, qui alter est modus hanc donationem
conficiendi, nàm ego nunquam assentirè potui illis
qui voluerunt donationem causa mortis effici nudo
30 pacto † citra traditionem, vel stipulationem, indu-
centes ad hoc effectum Iustiniani constitutionem
in l.si quis argentum xv. §.sed si quidem C. de donat. per
quam fuit inductum, quod sola donatoris voluntas
sufficeret, vt donatio diceretur perfecta, & irreuoca-
bilis: dareturquè actio donatario nulla traditione, vel
stipulatione interueniente; ad hoc vt liberalitas ip-
sius plenum haberet effectum; nàm nulla iuris ratio
facit, vt hæc constitutio ad huiusmodi donationes ap-
plicetur; etenim indubitatum est ante hanc consti-
tutionem, donationem etiam inter viuos nudo pacto
confectam, nullius fuisse momenti; non quod facta nõ
valeret, sed quia donatario nulla accomodabatur a-
ctiò, ad cogendum donantem, vt donationem perfi-
ceret: *l.aristo 18.D.de donat.* ibi *obligationem non con-*
trahi, eo casu quo donatio est. Corasius in d.l.post contra-
ctum nu.2. vnde frustranea videbatur, & ob id motus
Iustinianus voluit, non solum, vt valeret, sed quod
esset efficax, & actionem produceret, vt etiam inui-
to donatore, donatarium liberalitatem assequeretur;
magisquè indubitatum est, hoc idem ius in donatio-
nibus mortis causa factis locum habuisse; quæ de
sui natura reuocabiles ad nutum donatoris semper
31 fuerunt † quare parum rationabiliter *Iustinianus* sta-
tuisset, vt etiam donatio mortis causa sub legge illa
comprehenderetur; cum adhuc ea non obstante re-
uocabilis maneat, nec huiuscemodi donatarius vllam
actionem contra donatorem habebat, vt res dona-
tas tradat; cum eius effectus post mortem incipiat;
quando donator iam non existit, nec ad tradendum
cogi potest, aliter vno, eodemque tempore daretur
actio, quæ per pœnitentiam statim infirmari posset:
vnde verum est dicere *Iustinianum*; hanc donationem
comprehendi sub illa constitutione noluisse, quæ e-
nim alia ratio fuit illius condendæ, nisi vt donatori ne-
cessitas traditionis imponeretur, quæ necessitas nun-
quam eum afficit, quando mortis causa donat, etiam
num: hanc partem tenuit *Ant.Fab.de error.par.2.dec.*
44.err.3. vbi alias rationes assignat, per quæ lucidissi-
mè constat quod tantumodo donationes inter uiuos,
& non hanc dicta lex cõprehendat, cuius rationes per
te uideas lector, ego unam tantum referam notatu
dignam, quæ mihi uidetur tollere omnem scrupu-
lum, & est, quod actio quæ per Imperatorem accom-
32 modatur donatario, † extenditur in fine constitutio-
nis ad eius hæredes; ut etiam ipsi donatorem urge-
re possint, ad traditionem rerum donatorum, & ta-
men donatarius; mortis causa si præcedat donantem
statim

ſtatim moriendo donatio euaneſcit, nec aliquid a dhæ-
redes tranſmittit pee quod poſſint contra donatorem
33 agere; † *l.ſi aliena 13. D.de donat.cauſ.mortis* §. *primo*
*inſtit.de donat.*quidquid ſit, ſi ſimul decederent ſecun-
dum *Didacum Couar.lib.2.var.reſolut.cap.7.nu.8. verſ.*
5.et Mantic.de conıect.lib.21.tit.7.num.6. & nè longior
ſim in hoc, te remittam ad nouiſſimos addentes *ad*
Clarum §. *donatio q.14.* ubi uidebis omnia, nàm pun-
ctus eſt utilis ſcitu, cum neceſse eſſet donationes cau-
34 ſa mortis, † quæ traditionibus perfectæ non eſſent,
in preſentem conferri, & quidem ſtipulantem, uel ſi
abſentem, ut notarius pro eo ſtipularetur, ſicut mo-
ribus acceptum eſt in locum nuntij epiſtolæ, uel ſerui,
iuxta ea, quæ in terminis nouiſſimè diſcurrit. *Theſaur.*
quæſt.forenſ cap.67.num.2.libr.4.

Conſtat ex prædictis ſimplicem donationem con-
35 tractùm non eſse; † quam ob rem non exiſtimo ne-
ceſsarium diſputare, an ſit nominatus, uel ne, quia
non entis, nullæ ſunt qualitates ut benè ait *Coras in*
dicta l.poſt contractum ante num. 4. et Anton. Faber de
error.prag.dicto err.8.de cad.45.part.2. qui irridet inter-
peetes in hoc diſputantes, illudque a terminorum i-
gnotatione procedere affirmat; ſi tamen uis edoceri
ab aliquo iuris conſulto quid teneant noſtrates ſuper
hoc, inſpecto tempore digeſtorum & Codicis recurre
ad *Padill. in l.naturalis n.15. D.de pactis* Item ad *Gra-*
tianum diſcept.781.n.33.vſquè 41.lib.4.

Ad rem uerò noſtram accedendo, an donatio, de
qua magis particulariter ſumus tractaturi, dicenda
ſit contractus, & an nominatus, uel innominatus, re-
ſolutio magna ex parte pendet in uidendo; quid in
36 donatione † antiqua propter nuptias conſtitutū fue-
rit; & inuenio illam in iure ſpecialis contractus no-
mine munitam eſse ità enim conſtitutum fuit per *Iu-*
ſtiniani nouellam 119.tit.2. vt ſponſalitia largitas ſpecia-
lis ſit contractus; ſponſalitiam largitatem (ait) contra-
ctum ſpecialem eſse; et iudicari, et non inter alias dona-
tiones eam connumerari per præſentem ſancimus legem,
quoniam pro ea æqualitas dotis offertur etc. ſponſalitiam
37 largitatem † hic capi pro donatione propter nuptias,
aduertit *Gloſſa*; licet alias inter ſe multum diſtent, ut
obſeruat *Cuiac. dicto libr. 5. obſeruat. cap. 4.* ſed re-
ctius aduertit. *Duaren.* græcæ, ſicuti, & latinæ linguæ
peritiſſimus *in tract.ſol. matrim.cap.4.tit.de donat.prop-*
*ter nupt.*in fine, quod interpres errauit malè conuer-
tendo de græco in latinum, cum ἡ διὰ τοὺς γάμους δωρεὰ
non ſponſalitiam largitatem ſed donationem pro-
pter nuptias ſignificet, ſecundum *Holoandrum*,
38 quem ipſe refert, unde per hunc textum firmat † con-
tractum eſse quod etiam tenuit ante eum. *Angel.in re-*
pet. dictæ nouellæ et ſuper authen. de non alienandis ſeu
permutand.§.*lex itaque n.8.tit.1.coll.2.Bal. etiam in au-*
th.eo de curſum, quæ ſublata eſt de corpore dictæ *no-*
uellæ 119.num.1.et 4. referens idem tenuiſse *Bart.*licet
non dicat ubi, ideo *Decius* addens ibi dicit *Bart.* hoc
tenere *in l.iuris gentium* §.*quinimò D.de pactis*,& uerum
eſt, ſed errat dum dicit, quod *Bart.* non expendit di-
ctam *Auth. eo decurſum*, quia *Angel. de Peruſio frater*
Baldi qui audiuit *Bartolum* quem uocat præceptorem
ſuum *in conſ.186.*incipit ſuper hoc puncto) in repeti-
tione dictæ *nouellæ 119.* §.*1.* in fine dicit *Bartolum* re-
petendo dictam *authen.eo decurſum*, hoc idem tenuiſ-
ſe, quod ipſe tenet, quem fortè *Decius* non perlegit,
quam quidem ſententiam omnes iuris interpretes
profitentur, & de ſubtilioribus *Cuiac.* ad dictam *no-*
uell.38.tit.de decur. vbi dicit ideo coreactum eſſe quia
39 doti † aſſimulatur, quam certum eſt pro contractu
haberi, *l. contractus 24. D. de regulis iur. leg.exigere*
65.D.de iud. ſolummodo enim dubitatur, an talis
40 contractus ſit de iurre gentium, † an de iure ciuili,
quam dubitationem ità ſoluit *Cuiac. in l.iuris gentium*
D.de pact. quod quantum ad conſenſum dici poſſit
de iure gentium, quò vero ad originem inuentio-
nem, atque formam non eſſe, niſi de iure ciuili; ra-
tio eſt ſecundum eum, quia omnes contractus nemi-
ne excepto, quantum ad conſenſum, quem in ſe
continent, ſunt de iure gentium, licet non omnes
ſint origine: *Emilius* verò *ferrect*, & *Horoſch. in l.le-*
gitima D. de pactis iudicant omnes conuentiones, om-
neſque contractus origine, & inuentione eſſe iuris
gentium; forma verò aliquos iuris ciuilis; demum
alij quos citat *Pinellus in rubr. de reſcindend. vendit.*
part.1.cap.1. tenent omnes iuris gentium eſſe appro-
batione, inuentione verò, & origine nequaquam om-
nes ſed aliquos: *Accurſius* autem *in l. ex hoc iure 5.* in
verbo *quibusdam & in l.legitima D. de pact. & in* §.*ius*
gentium inſtit. de iur.natur. voluit omnes contractus eſ-
ſe iuris gentium, cum enim iuris conſultus in dicta
l. ex hoc iure reſpondiſset emptiones, venditiones,
locationes, conductiones, obligationes iure gen-
tium inſtitutas ſubiunxit *exceptis quibuſdam, quæ à iure*
ciuili introductæ ſunt, quas partim enumerat dicto lo-
co *Accurſius* ſicuti emphyteuſim, ſtipulationem, li-
terarum obligationem, & ſponſalitiam largitatem,
ideſt donationem proptee nuptias, ſicuti ſupra ac-
cipi diximus, & ipſe ſenſit dum allegat *d.auth.vt ſpon-*
ſalitia largitas coll.9. Accurſium ſequuntur in dicto lo-
co citato *Iacob. Butrig. Bart. Bal. Alber. Caſtr. Alex. Ia-*
ſon. Zas. & communem dicit *Coras. Mixellan.lib.1.cap.*
25. mihi ſi fas eſſet à communi opinione diſcedere,
facilè in *Ferrecti & Horoxij* ſententiam deſcenderem,
rationes propter quas moueor, ſunt quam plures,
quas reticeo ne immorer, in his quæ parum hoc loco
proficere poſsunt, maximè cum ex eorum per le-
ctione haberi poſſint alias explicaturus, ſi typis lu-
41 cubrationes meas † ad Iuſtiniani Inſtitutiones man-
dare licebit. Per hæc habemus donationem hanc pro-
pter nuptias contractum eſſe, & illum de iure ciuili
formatum, vel ſi velimus *Accurſium* ſequi de iure
42 ciuili introductum: ſequitur videre modo an ſit † no-
minatus vel nè, & *Bart.in d.l. iuris gentium, ac Ange-*
lus in dicta nouell. 119. item & ſuper authent. de non
alienandis §. *lex itaquè num. 8.* per textus predictos te-
nent eſſe contractum nominatum; mouentur, quia
lege cautum eſt, vt ſpeciali nomine nuncupetur; nam
Vlpianus in dicta l. iuris gentium affirmat nominatos
43 contractus, conuentiones † nominatas eſſe, quæ non
ſtant ſub generali conuentionum nomine ſed tranſie-
runt in proprium elegans, & ſpecificum nomen con-
tractus, ſequuntur *Bart. Ang. Paul. Alex. Iaſ. Emil.*
Ferrect. doctiſſ. Cuiac. Duaren. Bolognet. & alij moder-
niores ſed quomodo tranſierunt, & quomodo tran-
ſire poſſunt Iuris conſultus non explicat; an videli-
cet hominum conſenſu, an verò iure Quiritum no-
mina eis fuerint impoſita; vnde interpretes in hoc
diuiduntur in plures ſententias, antiquiores enim in
eam

eam iuerunt, vt nomina fuerint imposita per gentes illis contractibus, qui vsitatiores, frequentiores, fortioresque, sunt; hi sunt *Gulielm. Cuneus Raynerius de Forli. Alberic. Angel. Ias. Curt. Iun. in d.l. iuris gentium Alex. ibidem in §. igitur num. 9. Bald. in rubr. C. de rerum permut. Connan. libr. 1. cap. 6. num. 12. & cap. 3. libr. 3. numer. 2. & 8. Vasq. de succession. creat. §. 12. lib. 2. n. 46.*

Sed hæc regula videtur fallax, dum permutationis
44 † contractus iam inde priscis temporibus, atquè à mundi initio (quando pecuniæ vsus non dum erat cognitus) tàm vsu receptus, & frequens inter nominatos non refertur; teste *Paulo I. C. in l. 1. D. de rer. perm.* ibi *item emptio, & venditio nuda consentientium voluntate contrahitur, permutatio autem re tradita initium obligationi præbet* & in fine *igitur ex altera parte traditione facta, si alter rem nolit tradere, non in hoc agemus vtique, quod interest nostra, de qua conuenit, sed vt res nostra nobis reddatur conditioni locus est quasi re non secuta*; per quas duas principales differentias aliasque ibi à Iuris consulto traditas, inter contractum emptionis, & venditionis cum permutatione, apertè nobis insinuat, primum nominatum, secundum verò absque nomine esse. vt *Accursius* ibi notat, & fatetur *Cuiac. in paratitl. hoc tit. de rer. permut.* & de antiquioribus interpretibus *Bart. Paul. Alex. Iason. Curt. Iun. in d.l. iuris gentium* modernè verò *Brisson. in verbo permutationis contractus Connanus libr. 7. commentarior. iuris cap. 15. num. 7. D. Præses. Anton. faber libr. 6. coniect. cap. 9. colum. 5.* qui loquendo de prædictis differentijs in confirmationem opinionis prædictæ in hęc verba prorumpit: secundam emptionis & permutationis differentiam. *Paulus* hanc subijcit, quod emptio, & venditio, nuda consentientium voluntate contrahitur, permutatio vero, non nisi ex re tradita initium obligationi præbeat, alioquin (inquit) si res nondum tradita sit, nudo consensu obligationem constitui diceremus; quod in his dumtaxat negotijs receptum est, quæ nomen suum habent; & si enim non omnes contractus, qui nomen suum habent consensu perficiuntur, omnes tamen è conuerso
45 † qui consensu perficiuntur, suum, & proprium nomen habent; per quæ verba apertè tenere videtur permutationem, quia re contrahitur nominatam conuentionem minime esse, & demum adesse contractus suum specificum nomen habentes, qui ramen
46 consensu non perficiuntur; quod non aduertens † *Fortunius Garcia in d. l. iuris gentium* videns permutationis contractum, tàm elegans habere nomen, tamque visitatum, existimauit contrarium sustineri posse; dato quod definitio, seu descriptio supra tradita de contractu nominato vera sit cum vtrumque vti ipse ait in permutatione concurrat. Primum videlicet quod frequentetur, & elegans habeat nomen, quod probatur ex sententia *Pauli I. C. in l. 1. D. de contrah. empt.*
47 vbi ostendit quod cum antiquis † temporibus non dum nummorum vsus esset cognitus, fieri non poterat, vt cum uicissim, quid alter, alteri prestabat, aliud mer x, aliud pretium uocaretur; sed vnusquisque secundum temporum, ac rerum necessitatem utilibus inutilia permutabant; quando quidem plerumque euenit, ut quod uni superest, alteri desit, quod etiam ante eum aduertit *Aristoteles lib. 1. politic. cap. 6. & in lib. 5. ethicorum cap. 5.* & post eum *Plin. lib. 3. natur. histor. cap. 1. Celius Rodigin. capit. 23. Pater Molina de contract. disput. 253. num. 9.* & sequent. Secundum de eleganti nomine de per se patere affirmat, sed certè non debuit *Fortunius* ex his rationibus se opponere, & aduersus tot patrum iuridicas rationes contra ire, inhærendo cortici definitionis Vlpianicæ, etenim, & *Vlpianus* saluari poterat, & communis opinio susten-
48 tari, ad quod effectum aduocato † *Ant. Faber. dicto c. 9.* contendentem, & perlucidè demonstrantem hoc argumentum à permutationis contractu desumptum non obstare definitioni prædictæ; per hęc uerba at dubitari uideo cur permutatio, quæ tàm elegans nomen haber nullum habere existimetur; an quod minus generale nomen sit, ut emptionem quoque locationem, ac cæteros ferè omnes contractus complectatur? minimè uerò, neque enim ullo iuris loco uideas permutationis uerbo sic abuti Iur: cósultos, ut contractus nominatos ex appellatione significari uelint, an potius quod ipsum nomen permutationis, non tàm contractum significet, quàm causam, ex qua contractus constituitur? neque enim permutationis contractus ullus est, sed rerum permutatione contractus fit; qui nomen nullum habet; atque ità mihi sanè uidetur, vt rerum permutatio perinde sit causa eius contractus quem innominatum dicimus; atque consensus in constituendo certo rei uenditæ pretio, causa est emptionis; itàque si ex una tantum parte traditio facta sit, quia non dum permutatio est, non poterit, is qui tradidit, agere ex causa permutationis, in id quod sua interest si illam rem accepisset; de qua conuenit; sed tantum, ut res data reddatur conditio locus est; quasi re non secuta; hæc istæ, per quæ constat ratio, quare dum huiusmodi contractus habeat unde nominetur, non tamen inter nominatos refertur; cum nomen illud sit rebus non contractui impositum, ex quibus uidetur satisfactum oppositionibus *Fortunij*, nec non *Emilij Ferretti*, qui *Fortunio* non alato huic opinioni se subscripsit, quibus priusquam nos satisfecit *Hisp. Padilla de Meneses in l. naturalis de præscriptis verbis*.

Sed audax iterum aduersus hæc insurgit *Francisc.*
49 *Ottoman.* † in disputat. *de pact. fol. 124.* qui ita pacta nominata describit, uidelicet illa esse, quæ iam inde certam, & solemnem actionem à primis Vrbis temporibus habuere, indeque forensi usu denominata fuisse, nàm ut ipse ait priscis temporibus, qui iuri ciuili præerant ex certis tantum negotijs actiones cóceperunt, quæ solemnes, & vsitatæ nominabantur. *l. 1. & 2. D. de præscript. verb.* velut ex mutuo, empto, locato, deposito, & similibus *l. 2. D. origin. iur.* hæc ergo pacta conuenta, quæ olim in fastis postea in prætoris albo certa suarum actionum nomina habuere; generale nomen (inquit ipse) amiserunt; & speciali, atque peculiari nomine, ex suarum actionum formula denominatę fuerunt; & è conuerso innominata pacta, conuentionesque (ait) illa esse, quorum causa priscis illis temporibus actiones nullæ compositæ sunt nimirum, quòd minus vsitata essent, & ob id remanserunt in generali nomine pacti, quoniam in prætoris edicto nulla eorum mentio fit; nec eorum occasione actiones vllæ compositę proditæque sunt, Octomannum hoc loco quam plures secuti sunt, quos meritò reprobat *Doctor Felicianus de Solis tract. de censibus*

sibus in proæm. num. 3. dicens quod haberi debent pro
suspectis, tamquam illi, qui tentant nouitates indu-
cere; ostendens per quam plures auctoritates diuinæ
scripturæ, & per antiqua monumenta aliorum scrip-
torum, propositionem iam in dictam falsam esse,
50 nec pactorum nomina orta fuisse ab actionibus eis †
accommodatis, iam inde ab vrbe condita; cum ve-
rius sit quod dicta conuentionum nomina, antequam
vllæ actiones fuissent prodite in hominum ore versa-
bantur; vnde potius firmandum est, ex pactorum
nominibus speciales actiones ortas fuisse, quam ab
eis pacta nomen recepisse.

Sit ergo conclusio veriorem esse opinionem illam,
quæ communiter recipitur, & quam nos secuti su-
mus, non obstantibus prædictorum traditionibus.

Cognito iam vnde proueniant contractus nomi-
nati, sequitur videndum quid de nostræ donationis
51 contractu † firmandum sit; & quidem censeo inter
nominatos referri debere, si verum est quod diximus
donationem nostram antique donationis locum sorti-
tam esse; ratio est quia donatio prædicta inter no-
minatos contractus enumeratur, non quia commu-
ni hominum consensu, fuerit ei nomen impositum, sed
quia imperiali constitutione nomine donata fuit, vt
profitetur. *Accursius*. cæterum certum est, subroga-
tum sortiri eamdem naturam eius, in cuius locum fit
subrogatio, *l. item eorum 6. §. si decuriones D. quod cu-
iusq; vniuers. nomine laté Euerard in topic. loco 93. Gam-
bar. in dialect. legal. lib. 2. subrog. loco. 4.*

Sed alio ex capite iudicio meo potest cognosci, an
noster contractus sit nominatus, vel nè, hoc est vi-
dendo, an per consuetudinem possit effici contratus
nominatus.

Pro cuius rei elucidatione repetenda sunt aliquà
per nos tradita super *num.* 43. nomina videlicet fuis-
se de iure gentium contractibus indita, ac vnanimi-
ter approbata; hoc enim requirebatur, vt iuris gen-
tium dici potuissent: iuxta *Ciceronis* sententiam in
Tusculanis quæst. 1. omni in re (at ipse) hominum
consensio lex natute putanda est; ex quo DD. nostri
52 quærunt, an quam plures contractus † in aliquibus
nationibus, & regionibus vsu recepti, inter nomi-
natos referri debeant: sicuti feudum, præcaria, affi-
ctum, libellum, donatio contemplatione matrimonij,
de qua agimus, qui à iure gentium non prodierunt,
sed tantummodo ab aliquibus regionibus vsu probati
sunt, & licet pro negatiua teneat. *Bald. in capit. vltimo
de causa posses. & propiet. & in Rubr. C. de rerum permu-
tatione, & in l. vnica numer. 8. C. quando liceat ab empt.
discedere* quod ante eum videtur tenuisse *Bart. in d. leg.
iuris gentium §. quinimò numer. 19. D. de pact. idem Bald.
& Ang. in l. legitima D. eodem & in dicta auth. vt spon-
salitia largitas numer.* 8. quos refert *Ias. in dicto §. quin-
imò nu.* 15. ego addo eundem *Bald. in authent. eo decur-
sum.* vbi expresse idem tenet, mouetur *Bald.* ex hoc,
quod secundum eum omnes contractus nominati non
cognoscuntur per nomen contractus, sed per nomen
actionis, an videlicet detur actio ex illo contractu, vel
legem eum confirmante; an verò condictio ex lege,
vel prescriptis verbis, nam primo casu erit nomina-
tus secundo verò minimè.

Attamen contra, & melius tenet *Bart. in l. vnica
53 numer. 10. D. de condict. ex leg.* vbi quod oritur actio †
ex contractu inducto ex consuetudine, vel condictio
ex moribus, & sic actio sui nominis; vnde nominati
contractus efficiuntur; quod ipse alijs in locis confir-
mat, sicuti notat *Card. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 3.
tit. 9. num. 5, post. Nattam cons.* 147. *num.* 7. ex quo de-
præhenditur fundamentum *Baldi* falsum esse, & non
habere subsistentiam, nam vt notat *Iason in dicto §.
quin imò num.* 11. & diximus nos paulò ante, non ex
nomine actionis est cognoscendum nomen contractus
sed ad videndum an contractus sit nominatus, vel nè,
debet attendi ad nomen ipsius, an sit speciale, & non
ad nomen actionis, vti ex eadem ratione moti ante
eum firmauerunt *Castrens. & Alex. in rubr. D. de ver-
bor. obligat.* & esse communem opinionem testati sunt.
*Ripa ibi numer. 5. Alciat. num. 25. Paris. num. 62. Dida-
cus de Vera num.* 251. vnde deducunt stipulationem
esse contractum nominatum; quia actio ex ea ori-
tur, quæ ex stipulatu vocatur, quod etiam pla-
cuit *Corasio ibidem* num 14. Hoc fundamento suppo-
sito, necesse est inferre, contractus a consuetudine in-
54 troductos † nominatos censeri debere tanquam spe-
ciale nomen habentes, sicuti de contractu census fir-
55 mauit † *Horoseb. in dicto §. quinimò, Velasquez de iur.
emphiteoth. quæstion. 9. num. 1. & 6. Felician. de censibus
lib. 1. tom. 1. capit. 2 num. 7.* sequitur *Cenc. de censibus. p.
1. cap. 1. quæst. 4. art. 1. fol. 13. post Rebell. de obligat. iustit.
lib. 10. quæst. 1. num. 16.* quidquid sit de contractu cen-
sus vitalitij qui iudicatur ad instar innominatorum,
do, vt des, vt tenet *Nauarr. de vsur. quæst.* 45. ante
medium *vers.* non quod hic contractus, *Gratian. discep.*
56 756. *num. 14. libr. 4.* Idem de feudo † tenet *Padilla* in
dicta *l. naturalis* quem sequitur *Felicianus* loco citato,
motus ex eadem ratione atque affirmans cotractum
esse nominatum licet ab vsu nomen habuerit, vnde
vsus feudorum vsque hodie dicuntur; quod etiam pla-
cuit *Iasoni in dicto §. quinimò num.* 17. ibi quatenus v-
suale nomen habet, & laté explicat *Curt. iun. de feud.
part. 1. quest. 9. num. 35. fol. 76.* in paruis, vbi post quam
arguit pro, & contra tandem concludit pro affirma-
tiua contra *Bald.* dicens, quod. *Bald.* alibi tenuit con-
trarium, quod etiam aduertit. *Cardin. Tusch. verbo feu-
dum conclus. 104. nu. 6.* vbi allegat *Bal.* tenentem cum
communi; & pro opinione *Curtij* allego *Milanen. decis.
8. post. decis. num. 42. libr.* 1. vbi quod feudum est con-
tractus nominatus, & stricti iuris: addit *Curt.* dicta le-
co in feudo pænitentia admitti, etiam in re non inte-
gra, quidquid perperam eum alleget *Cardin. Mantic.
de tacit. & amb. convent. lib. 1. tit. 8. nu. 5.* Vnde si *Cur-
tio* credendum esset, quatenus contractus feudi parti-
cipatet de vtroque, posset dici anomalus, quod tamen
relinquo melius cogitandum.

Vides igitur ex prædictis, omnes D.D. in hoc con-
uenire, quod per consuetudinem possit effici contra-
57 ctus nominatus; & ex hoc solo capite contractus no-
ster posset inter nominato referri, tanto magis quod
in eo non est locus penitentiæ, vt infra tradetur.

Sed magna aduersus hæc insurgit dubitatio, certum
est enim, donationem, de qua agimus, non esse sim-
plicem sed ob causam, pro vt infra latissime, probatu-
ri sumus, quod si verum est, sequeretur, quod potius
deberet adscribi inter contractum innominatos; ete-
nim propter conditionem, quam in se continet con-
trahendi matrimonij, effici videtur contracttus inno-
mina-

58 minatus, † de illa specie, do vt facias, vel si eum
vocem, contractum correspectiuum ad dotem efficitur contractus do, vt des, quorum vtrûque est Contractus in nominatus accedit etiam opinio *Antonij Fabri*, & aliorum supra *num.* 25. citatorum, qui interminis donationum continentium aliquam conditionem faciendi, vel dandi dixerunt esse contractus innominatos, & in specie nostre donationis, itá arguit *Natta consil.* 609. *numer.* 15. quia, & si, ait ipse, (donatio sit contractus nominatus habens nomen specificũ & elegans, attamen donatio ob causam dicitur contractus in nominatus, do, vt facias, vel do, vt des, nec quia partes vocent donationem definit esse potius datio, quam donatio) loquitor *Natta* in proprijs terminis nostre donationis contemplatione mattimonij factæ per Euasium patrem Paulo Emilio ducturo Barrholomeam, *Nattam* sequitur *Surdus decis.* 290. *num.* 20. *Tiraquell. in l. si vnquam verb.* donatione largitus; *num* 142. *ad finem, C. de reuocand. donat.*

59 Confiarmati possent prædicta ex actionibus † competentibus donanti ob causam, contra donatarium parere nolentem legi appositæ in donatione; etenim ex conditione, seu lege faciendi, vel dandi oritur quędam obligatio, & ex obligatione, actio, quæ præscriptis verbis appellatur; in id videlicet competens, vt quod donatarius vicissim se daturum, vel facturum promissit detur, fiatue, vel in id quod donatoris interest præstandum cogatur *leg. vltim. Cod. de rer. permut. l. legem* 9. *l. cum res* 21. *in fine C. de donat.* quamquam in casu quo donator repetère vellet quod do-
60 nauit, non negabitur ei conditio † ob causam datorum, tamquam causa non secuta *ad text. in l.* 2. 3. & 8. *Cod. de condit. ob caus. dator.* ex quibus sequi videtur hanc nostram donationem non esse nominatam, quia nequaquam ex ea otirentur actiones innominatæ quales sunt actio prescriptis verbis, & conditio ob causam.

Sed his non obstantibus non est recedendum á supra per nos firmatis. Primo quia hæc donatio, ex quo successit in loco antiquæ donationis sortita est eamdem naturam, argumento *l. si eum* 10. §. *qui iniu-*
61 *riarum D. si quis caut.* dum maximè subrogata † est in locum ipsius, quo ad substantialia, quod tunc dicitur fieri quando fit de re, actione, vel contractu, & ad eundem finem, pro quo fuerant introductę actiones, & contractus in quorum locum fit subrogatio vt ait *Card. Tusc. verb. subrogatum tom.* 7. Secundo debet iudicari nominatus, ratione similitudinis huius præsentis contractus, cum illo antiquo, per quam efficitur
62 eiusdem naturæ † cum eo cui assimulatur *l.* 1. §. *si quis D. de præscriptis verb. P. Molin. de contract. disp.* 253. *n.* 9. nam sicuti illa donatio fieri solebat ratione dotis, & eius fauore, itá, & ista, & sicuti illa fuit introducta, vt facilius matrimonia expedirentur, itá, & præsens vt dixi *n.* 23. quare mirum non est si eisdem gaudeat priuilegijs, vt ex discursu præsentis tractatus late patebit, ex quo etiam ortum habet, DD. itá de nostrę donationis contractu tractare sicuti de antiquo, cum tamen non ignorassent multum inter eos in assentia differre agnouerunt etenim magnam continere similitudinem inter se, ratione effectus; fauoris, videlicet matrimonij contrahendi, eiusquè sustentationis, & do-
36 tium securitatis, non enim ad similitudinem † fundandam necesse est ostendere, quod eadem sit identitas, cum aliud sit esse tale, aliud verò secundum tale; & ideo omne simile non est idem, sed sufficit vt sit valdè simile, vt reputetur idem, vt ait *Bald. cons.* 408. *quidam ciuis n.* 8. *vers.* qua propter de necessitate *lib.* 1.
64 quia vt ait *Tiber. Decian. respons.* 114. *lib.* 3. in fine † similitudo est adaptatio, & processio de vna re ad aliam, pro aliquo, quod sit commune vtriquè, & hoc quod debet esse commune, quandoquè est in forma, quandoquè verò in effectu, sed fortior est illa similitudo, quæ consistit in effectu, quia omne agens agit propter finem, & effectum, vt probat idem *Decian. respons.* 1. *num.* 115. *libr.* 1. quare, & si hæc donatio differat forma, attamen iam probatum est vnicum finem habere cum illa antiqua propter nuptias; vnde quia congruit cum eodem fine, ex similitudine iudicari debet etiam nominatus; sicuti dicunt Doctores de contractu census, quod ideo debet
65 iudicari nominatus, † quia magnam habet similitudinem cum contractu emptionis, & venditionis, vnde imponens censum dicitur venditor, & exbursans pecunias emptor; ex qua ratione in casu occurrenti inter Porsiam Carrera Ciuitatis Leocate, & quosdam de Spatafora, dixi quod contractus census erat de comprehensis in *Ritu*, seclusa pragmatica de censibus per Regem Alphonsum edita, & quòd vti talis deberet ei tribui executio, sicut cæteris contractibus, ibi in capit. 102. enumeratis; si forsan inueniretur census editus de iure communi sine requisitis bullæ, & pragmaticæ de censibus. Tertio quia á consuetudine nomen habuit de quo supra dictum est in principali illatione.

Quarto ratione permixtionis cum contractu dotis, nàm cum fiat persæpè in eodemmet contractu dotalitio, vel dotis respectu, quod idem est, ratione correspectiuitatis, confunditur cum eo, & efficitur
66 contractus nominatus, † quia in mixtis semper præualet potentior, & sic cum dotis contractus sit nominatus, vt omnes admittunt *ad tex. in l. legitima, D. de pactis*; & firmat *Duaren. in tractat. solut. matrimon. cap.* 3. & indubitatum esse dicit *Dom. præses Faber de error. prag. decad.* 47. *error.* 4. *numer.* 27. sequitur quod vnitam sibi donationem hanc efficit nominatam, vt subobscurtè videtur firmare *Natta Dicto cons.* 609. *numer.* 18. nam cum mixta dici possint dos & hæc donatio, quando fiunt in contractu dotalio, vt notant omnes, quos in numero habes *in discurs. primò speciali* 6. *tract.* 2. (vbi agetur de antapocis, seu retrodationibus, quæ simulatè fieri solent inter parentes, & sponsos) ac etiam *discursu secundo particula vltima* & in mix-
67 tis, vt dixi supra, præualet † potentior *ex l. quæritur* 10. *D. de statu hominũ* potentior verò hoc casu dicatur dotis contractus, qui longè fauorabilior est donatione nostra *Oldrad. cons.* 295. *num.* 4. vbi in contractibus firmat illum esse potentiorem, qui sit magis fauorabilis, cuius mixtionis ratione, sequitur nostram donationem in dotem conuerti, & effici contractum nominatum; hæc est enim proprietas mixtorum, vt vnicæ naturæ efficiantur, ac fruantur eisdem fauoribus, & priuilegijs. *Lapus allegat.* 84. *num.* 3, qui dat exemplum in infante non baptizato existente in vtero matris, qui si esset extra vterum non posset sepelliri in loco sacro, alias Ecclesia esset interdicta, & tamen

si ad-

68 si adhuc esset in ventre † matris posset sepelliri vna cum matre in loco sacro, & in terminis nominis, in casu, vbi res potest duobus nominibus nominari tunc regula est, quod nomen accipiat à digniori, sicut
69 quando adesset causa † mixta, quæ possent, & ciuilis, & criminalis appellari, debet à criminali nomen sumere. *Alex. cons.* 82. in causa inter Petrum, *num. 6. vers.* quo ad secundum *lib.* 1. & de contractu innominato, permisto cum nominato, quod recipiat naturam contractus nominati est puutualis decisio *Alex. in cons.* 113. perspectis *num.* 2. *lib.* 6. vbi *additio*: quidquid diuerse se habuerit *Romanus cons.* 171. *numer.* 7. cum sequentibus. Diximus, quia persepe in eodem contractu fit, sed si non fiat idem erit, dummodo ex eadem causa fiat, cum saltem ex hoc dicantur correspectiua, quia mulier dotem non esset datura, nisi hæc donatio accederet, nàm donatio est propter dotem, & dos propter donationem, ex quo fit, vt confundantur, etiam quod diuersi diebus dotis datio, & donatio celebrateutur, dummodo ad certum matrimonium contrahendum donatio processisset, nil interest quod matrimonium postea sequatur, cum cor-
70 respectiui actus † non solum dicantur, ex eo quod facti eodem tempore, sed quia ex vna eadem met causa processerunt, & ad eumdem finem late *Stephan. Gratian. discept.* 273. *à num.* 16. & per plures sequentes potius enim inspiciendus est finis tractatus quàm antecedentia, adhoc vt illa dicantur inesse in fine fauore mulieris contrahentis, quæ tutam se credidit ex donatione facta, de qua correspectiuitate nihi infra erit sermo.

Quinto ratione effectus, quia in ea pœnitentię non
71 est locus, esto sit donatio ob causam † quandiù donatarius persistat in voluntate satisfaciendi, positquè adimplere vt expresse disponunt *text. in leg.* 2. 7. & 8. *C. de condit. ob caus. datorum*, in hoc enim differt donatio ob causam ab alijs donationibus, nam si ob causam datio fiat pœnitentiæ locus est, causa non secuta, quia ob causam tantum dare, voluit, quod secus est in donatione ob causam, quæ permixtam habet liberalitatem, licet causam contineat: ratione enim liberalitatis, quam voluit exercere donando, non ità de facili datur repetitio; sed ità demum si donatarius nolit parere legi impositæ; quæ possibilis sit; secundum *text. in dicta l.* 8. ibi. *si titulo liberalitatis res tuas in sponsam conferendo, certam dedisti legem, nec huic illa cum possit paruit, successores ipsius de repetendo, quæ dederas, si hoc tibi placuerit, conuenire non prohiberis* Duplex enim causa subest in donationes ob causam, prima est donandi animus secunda causæ ad ijciendæ pro positum, nec mihi dicat quis huic sensui repugnare traditionem eorum, qui dixerunt donationem ob causam contractum innominatum esse, & quod in huiusmodi contractibus est locus pænitentiæ, & quod leges prædicte habeant locum in donatione simplici,
72 vti uidetur sentire *Bart. in d. l.* 2. †. dum ex hoc capite penitentię non licite in donatione arguit illam esse contractum nominatum, ob causam verò donationē esse innominatum; etenim non ex hoc *Bart.* affirmat esse in eam locum penitentiæ, licet videatur licitā consequentia, nequè vllus, quem viderim hoc dicit; vnde credo quod sit speciale in donatione ex prædictis, quod licet sit facta ob causam, in ea non admittatur pœnitentia, ad differentiam aliorum donationum ob causam, nec per hoc iurendo firmare quod omnis donatio ob causam sit contractus nominatus, sed tantum ostendere hoc locum sibi vindicare in contractu donationis contemplatione matrimonij factæ, tàm ratione prædictæ diferentiæ iuter dationem, & donationem, quam etiam fauore matrimonij, de quo tradunt Doctores, quod licet aliquando datio prop-
73 ter dotem sit contractus innominatus, † tamen eius fauore excluditur pœnitentia, vt ex *Bart.* firmat *Didacus Couarru. vir insignis litteraturæ var. resolut. libr.* 1. *cap.* 14. *num.* 15. qui licet de pera vsque ad sacculum excutiatur *Anton. Fabr. de error. prag. decad.* 48. *err.* 4. attamen non per hoc vir doctissimus nobis contradicit, imò satisfirmat conclusionem nostram, dum donationem propter dotem dicit esse contractum nominatum, & quod non sit licitu pœnitentia ibi in *num.* 7. & paulo ante per tot. *num.* 9. dum firmat donationes ob causam esse contractus innominatos, & in eis pœnitentiæ locum non esse, quasi voluisset excipere præsentem donationem non solum, vt in ea de pœnitentia tractati non posset, sed etiam, vt ad differentiam aliorum contractuum ob causam, diceretur nominata audiamus, ergo, quam benè loquatur, in hoc, prout in alijs locis, (non est autem difficile, ait ipse, ostendere nullo iuris loco probari eorum sententiam, qui in contractibus innominatis fauore pię causæ pœnitentiam admitti posse negant, cum pro se nullum afferant, præter text. in dicta *l. si ego in principio*, ad quam respondet *Didacus* non agi eo loco de contractu innominato sed de datione dotis, quæ nil aliud est, nisi contractus dotis; quem fanè inter innominatos, nemo vnquam nominauit: est enim contractus dotis
74 de eorum numero, qui re † perficiuntur, cum dotem sola traditio, vel numeratio faciat, non scriptura vt ait *I.C. in l.* 1. *C. de dot. caut. non num.* quod si contractus dotis non esset, saltèm donatio dici deberet facta ob causam, quæ secundum nostros etiam contractus nominatus est, ob idque mirum videri non posset, renocari eam non posse per solam pœnitentiam; quippè cui locus nullus est in contractibus nominatis, nàm quod res datur ob eam causam, vt in dotem postea fit, non tollit donationem, cum donari dicatur, quod nullo iure cogente conceditur) & postea ante *num.* 9. loquendo generaliter de alijs contractibus donationum ob causam dicit eos esse innominatos licet ad differentiam aliorum contractuum hoc specialitatis ha-
75 beant, vt in eis non habeat locum pœnitentia, † vt supra dictum est; per quæ verba satis liquet, quod donatio, quod habeat per mistam causam dotis, sit contractus nominatus, in quo duplici ratione non haber locum pænitentia, primo quia contractus nominatus, secūdo quia donatio est in qua non admittitur pœnitentia, etiam quod causam dotis non contineat, & consequenter etiam quod sit innominata.

Contra hęc dicta iterum ex citati potest alia difficultas, quæ satis vrgere videtur, dicit *Butrigar.* quem sequitur *Bal. Nouell. in rubr. de verbor. obligat. numer.* 17. *vers.* 4. quod hoc generale est in omnibus contractibus innominatis, vt quandiù velim ex parte mea
76 adimplere non sit locus pœnitentię, † etiam secuto implemento ex parte alterius, quod quidem satis rationabile visum fuit *Card. Mantic. de tacitis, & ambig. lib.* 1.

lib.1.tit.8.n.36. & ante eum *Gomes.to.2.var.res.c.8.n.3.* ibi,quod intelligo te integra antequā alter tibi tradat, vel adimpleat promissum, quare si hoc verū est; fateri necessario cogimur nō esse speciale in donatione ob causam; illud quod diximus de pęnitētia non concessa;quādiu donatarius velit possitq; implere: Sed hoc non obstante negandū non est,magnam esse in hoc differentiā inter donationem, & alios contractus nā in cōtractibus
77 verius est contra prædictos † pœnitentiā locū habere, etiā nulla mora cōtracta ex parte eius qui impleuit,potest namq; agere ad repetitionem datorū, tamquam ex contractu resoluto,nō secuto implemento alterius; esto sit paratus implere, & absit culpa, ità ex cōmuni DD. sententia,firmauit P.Molin.*de contrac.disp.358.n.3.* his verbis(quod si alter tātū impleuit locus est pęnitētię ex parte eius,qui impleuit,poteftq;perinde repetere,quod
78 dedit esto alter neq; † in mora neq; in culpa sit,sed paratus sit implere)& ratio est clara,quia omnes cōtractus innominati re perficiūtur,cuius deficiētia cōtractus dissoluitur ex parte recipientis,& ideo agitur tāquā causa contractus deficiente,quod secus est in donationibus,vt diximus, & nobiscū in hoc sentit Gomes. vti eum interpretatur P.Moli.dict.loc.neq;est dubitandū hodie dona
79 tionē perfici consensu † post Imperatorū constitutionē *in l.si quis arg.15.§.fi.*quidquid secus sentiat,idem P.Molin.*de contr.disp.254.n.13.*qui credēdus est loqui de iure digestorū,prout loquitur *Bar.in l.iur.gent.* sicut aduertit *Costans.Harmenop.in epit.Iur.ciu.li.3.tit.1.*& hęc est indubitata & verior opinio,quę adiuuatur per *tex.in §.alia autem 3.inst.de don.* ibi *perficiuntur autē cū donator suā voluntatē scriptis aut sine scriptis manifestauerit,& ad exēplū venditionis nostra constitutio eas etiā in se habere necessitatē traditionis voluit*. per quę verba satis apparet voluisse Imperatorem illā perfici cōsensu,sicuti vēditio perficitur, sequitur idē *Gom.var.res.to.2.c.4.de don. in princ.* & hæc est ratio,quare ob causa donatio inter nominatos contractus refertur, est .n. bona consecutio,hic contractus consensu perficitur,ergo est nominatus vt voluit *Anton. Fab.de coniec.li.6.c.9.* licet secus sit in donatione simplici,vt supra dictū fuit,quę licet cōsensu perficiatur,attamen nullū geritur negotiū,vt cōtractus dici possit, duo .n. concurrere debēt, vt donatio, nominatus cōtractus dicatur. Primum vt negotium sit permixtum,vt in hac nostra. Secundum vt donatio sit, sicuti per actenus scripta videri potest.

Quod autem traditū est ad terminos iuris Codic. de donat. cōsensu perficienda;inteligo procedere in donationibus simplicibus, vel alijs ob causā dictis, vel propter nuptias, in quibus non est locus pęnitentiæ,secus in
80 donationibus † reciprocis,vel vbi est,adiecta lex aliquid faciēdi; & demū in donationibus remuneratorijs respectu futurorū seruitiorū;nā huiusmodi contractus habēt quādam speciem permutationis, propter quam efficiūtur contractus innominati,qui non cōsensu tantū,sed re perficiūtur;ac ideo requiritur implemētū ex parte promittentis,ita & taliter,quod si non ostēdant impleuisse ex parte sua,non possunt petere donationis implemētū; si donator nō tradiderit rem donatā in totū, vel in partē:vt tenet post multos quos allegat *Steph.Grat. I.C.Roman. fertilissimus,& copiosus in discept.782.n.33.lib.4.& c.386.n.5.* vbi loquitur de donatione remuneratoria, quia regulare est in huiusmodi promiscuis obligationi-
81 bus dandi,vt qui petat implemētū,† vel velit se contractu iuuari,ostendere debeat prius se impleuisse ex parte sua; ad tradita per *Mascar.de prob.cōcl.1387.n.1.*& post eum *Gras.* noster siculus *de excep.c.13.n.51.* qui satis doctè, & fundatè loquitur, & diffusissimè post infinitos conciuis meus *Maurus Burgiusde laud.part.3.inspectio.40. num.106.*

In quibus terminis nominatarū conuentionū aduertendū puto,perpetuum non esse secundū nostrates illud quod sępè repetitū est,& vulgo iactatur, quod in eis nō sit locus pęnitentiæ,quia aliquādo ad instar innominatarū cuicunq; pęnitere licitū est ; vel agendo ad rescis-
82 sionem cōtractus,& principaliter † iudicio instituendo, vel per viam exceptionis,dū ab altero contrahente conuenitur: nec .n. in omnibus casibus,in quibus promissa per alterum contrahentiū non implētur, agere cogitur is, cui impleri debet,ad obseruantiā contractus ; vt vidi plerosq; indistinctè asseruisse : quia aliter se habet iuris dispositio datur etenim aliquando optio,vel agendi ad implementum,vel recedendi à contractu ; vt ecce si venditor dixerit rem vēditam liberā esse ; ipsa autem inueniatur fideicom. subiecta vel oneribus, quę perpetuò rē
83 afficiant supposita,certè hoc in † casu vēditoris in optione esse debet velit nè ex empto pro euictione agere, vel à venditione resilire,vt firmat *Surd.decis.253.n.17.ibi* est ergo in facultate emptoris *Osasch.decis.24. Pedroc.in resp.pro resol.contrac.n.543.Grat.decis.13.& discept.175. n.21.cū plur.seq.alijq;per Giurb.dec.113.n.2.7.& 8.Anell. Amat.cons.58.* quod intelligendū est,vbi venditor sciebat fideicommissum,vel onera, & tacuit,item si sciebat rem alienam,& vendidit vt propriam, nam ex hac taci-
84 turnitate dicetur † in dolo,qui dolus dū dat causam cōtractui illū annullat. *l.3.§.fi.D pro soc.l.& elegāter 7. D. de dol.Beroius.cōs.158.n.46 lib.1. La Ratha cons.144.n.13. vsq.fin.Grat.d.c.175.n.23.Surd.d.loc.n.13.Cancer.vir.miræ literatura var.res.li.3.c.6. n.107.* dicitur verò dolū dare causam contractui,dū aliter nō esset quis contracturus, nisi assertio illa dolosa pręcessisset : maximè cū pro re-
85 scissione cōtractus, dicāt multi sufficere dolum † præsumptum,nē dum verū. *Honded.* post alios *cōs.35.n.49. li.1.Grat.discep.759.n.20.lib.4.* vt vidi per peritos viros decisū pro D.Didaco Oliuera contra Deputationē Regni,super locatione gabellę extractionu,post hæc scripta;magis si venditerit francam & liberā,quia ex hac assertione dicitur in mendacio compræhēsus,& mendaciū efficiens causa est, vt mēdaciū passus,possit recedere à
86 contractu † etiam nominato *Bald.in l.cū in plures §.mādaui D.locat.* quē approbat *Card.Mant.de tacit.& ambig. li.1.tit.8.n.14.* multū autem interest an dolus,vel men-
87 dacium, † versetur circa dominium, an circa hypothecā;nam si vēdita fuerit res notoriè aliena,vel censui dominicali obnoxia,item,& restitutioni subiecta,omnino competit emptori repetitio solutorum,& potest à contractu recedere,vt probat Surd.d.loc.& in re emphyteutica vēdita,idē *Surd.decis.165.per tot.*& in re testitutioni subiecta *Giurb.d.decis.113.Imo executiue hoc casu agi potest exempto ad pratiū & interesse Grat.d.c.175.n.27.* si vero res tantū sit censui consignatiuo,vel imposititio(quē in hoc Regno à Pōtificis diplomate, seu bulla super hoc edita,bullare vocamus)aliter se habent nostrates; nā si
88 venditor † paratus sit censū redimere, vel rem ab hypotheca censius liberare ; nominati contractus rescissio denegatur. *Guttier.pract.q.lib.2.q.169.n.3.Giurb.d.decis. 113.n.3.* assignant ipsi rationem,quia census impositio alienatio non est,talis,quod res possit dici creditoris cēsus, sed tantum hypothecario, quapropter non habita ratione pretij,solet damnari venditor ad liberandā rem ab omni onere, ratione obligationis indiuiduæ, quę di-

B citur

eitur defensionis onus, & promissio, vt ex *Bolognet cons.*
89 31. deducit *Giurb.ibi.n.9.* & hoc quidē † executiuè per viā præcepti, si tales clausulę cōtractui insunt, pro vt solēt de stylo notariorū, nā & venditori agēti, & emptori excipiēti prosunt; vt ait *dict. author ibid.n.7.* cæterū non est ita facile admittēda distinctio Alexandri per eundē *Giurb.* tradita in *d.decis. 113. n.14.* de re fideicommisso
90 subiecta vendita, † vt si fideicommissum sit purū, pretiū deponatur pro tuitione emptoris; si verò conditionale, sufficiat satisdatio; nā non est cogendus emptor rē alienā sub futura, & certa restitutione penes se detinere; & dominio incerto incumbere; cū lex sicut non patitur
91 dominia rerum subincerto esse, ita neque permittit † vt quis sub dubio maneat, quid de re vendita sit agendū, nā interim deficit sollicitudo excolendi, & dura res est, vt quis inuitus cogatur in emptione persistere; dū à lege ei prouidetur, vt possit a contractu recedere; prout per prædictos probatū est; & addo tenetur hoc defendeo, tē post alios *D.Grat.discep.307.nu.10.24.& 25.li.2.& discep.273.à n.15.* vbi decisū *Marescot.var.res.lib.1.c.90. n.5.Seraph.decis.1275.Farin.dec.318.n.5.lib.1.* Idē *Surd. cons.13.Morot.cons.6.n.22.* itē non est quis de facili committendos fragilitati cautionis, vt ait *Bal.in l.2.C.de his, quæ in fraudem patr.Grat.discep.44.n.23.Castil.decis.189. nu.31.Merlin. de legitima lib.5.tit.3.q.6.n.7. & sequent.*

Posset forsan procedere distinctio, vbi dolus non adfuit, & emptor remaneret satis cautelatus, & ita fuit discussū aliquādo in his supremis Tribun. inter D. Anton. Rosselli, & D.Mattheū Resignano, & vt diximus decisū pro conductoribus estractionū cōtra Reg.fiscū de anno 1629. Memini dixisse supra n.82. posse per viam exceptionis contrahentē cui non fuit impletū, vel qui fuit deceptus, petere rescissionē contractus, quod erit quando, vt puta venditor petat pretiū, vel aliud implementū ex
92 parte sua, nā tūc satis sufficit emptori excipere † de nō implemēto & dolo ad rescissionem contractus; dicendo non teneor, quia nolo stare cōtractui, ex quo tu me decepisti, vel defecisti in implendo ex parte tua, quia hoc casu habetur pro rescisso quo ad effectū excipiendi; ita post *Corn cons.121.ad fi.li.1.Becc.cons.45.n.38.Surd.dec. 220.n.18.& alios* firmat *D.Grat.d.loc.n.26.* addo *Rol.cōs. 69.n.8 & cons.53.n.29.li.1.Surd.cōs.52.n.36.li.1. Graff. de excep.c.13.n.59.* licet *Graff.* hoc loco indigeat declaratione, dum dicit, quod cōtractus nominatus non rescinditur nisi excipiendo: nam hoc nō est absoluté verū, nisi addas citra dolū, vel mendaciū, nām tunc per viā actionis, & principaliter intentari potest rescissio, vt ex supra dictis satis liquet; & se explicat Surd. per eum alleg. *dict. cons.52.nu.39.* nā verum est dicere, quod condictio ob causā non secutā non potest dari in contractibus nominatis; quia illa tantummodo propria est contractuū innominatorū, qui nihil cōmune habent inter se cum nominatis, vt disertè probat *D.Ant.Fab. de err. prag. decad. 45. error.8.* ante *nu. 20.* adque omnia videndus etiam erit *Marius Giurb decis.115.num,10.* ante, & post.

Non est reticēdum iuxta prædicta, nimiū errare, qui putat sententia opus esse, vbi rescissio cōtractus ob non implementū, vel dolum excipiēdo proponatur, nam ad quid dicere concedi rescissionem excipiendo, si necesse esset præcedere sententiā, quę super rescissione lata esset pone Titius vēdit Meuio domum, quā affirmat sua esse, nec vllum in dominū recognoscere, cū tamen ipse non esset nisi vtilis directus verò Sēpronius, si fortè pro pretio fuisset bullalis cēsus cōstitutus, pro quo emptor ageret, venditor verò exciperet de dolo venditoris, & peteret rescissionē per viam exceptionis replicādo, an fortè
93 necesse esset vt præcederet sentētia † rescissoria? certè non ita firmāt *Amnon. & Becc.* quos sequitur *Grat. d.c. 307.n.27.* addo *Apout.cons.5.n.36.& 37.& cōs.6.n.19. Amat.dec.70.n.14.Crot.cōs.27.n.36.lib.1.* latis .u. rescindi dicitur, dum venditor per exceptionē repellitur, quæ magis procedūt, vbi sumus in cōtractu innominato; quid quid aliquādo decisū viderim per quemdā Vice Iudicē Regię legationis seu Monarchię, vt vocāt ex voto cuiusdam planioris Doctoris, me in contrariū allegante, vbi etamus in transactione, & aderat pactū resolutiuum, de quo *in spec.28. secundæ trac.* nobis erit sermo, vbi de pacto adiectionis in diē, & resolutiuo agetur de quo discurrit etiam satis ad propositum D. Tap. *decis.8.* videndus equidem magistraliter loquens more suo, quem moderne vidi, *in decis. S. C. N.*

Hęc quotidie in his tribunalibus discuti solēt, quādo de pretio rei vēditæ cōstitutus est census, vt vocāt iuxta formam bullę, dum dubitare contingit, an possit repa-
94 rari exactio † a venditore si excipiat rē liberā non esse; vel alienā, nām tunc ageretur de duobus contractibus dissoluendis, & quidem vtrisq; nominatis, si crederetur Felicia, & Cenc. qui hoc de censu firmarūt, vt supra actū memini: in hac specie placet distinguere, quod aut emptor, ac idem debitor census vult persistere in venditione, timet autem tantummodo futuram euictionē, & tūc si nullum passus est interesse, cogi debet ad solutionem census pręstita idonea cautione per venditorem de pretio, eoq. quod interesset emptori ex soluēdo, vt post quam plures firmat *Mastrill.dec.160.per tot.* vbi plurie decisum restatur, & in dies nos seruari videmus, cui addi potest *Ant.Fab.in C.tit. de empt.defini.5. & 15. & de euict.defin.14. Farinat.decis.686. nu.3. tom.2.par.2.*

Dixi nullum interesse passus sit, quia si aliquid creditoribus coactus ex soluerit iudicis interlocutoria pręcedēte (vt vocāt reijciantur) quæ passim relaxari solet quā-
95 do ex cōtractu cēsus agatur, cuius executio cōtra † tertium quoq; possessorem locum sibi vendicat, non est dubium, eo quod tunc videtur secuta euictio, ratione illius hypothecæ competere emptori retentionē census fructuum, per eum debitorum ad concurrentem vsq; quantitatē summę solutę, & expensarum vt eadem *Rot. decisio affirmat ibi n.4.* quæ retentionis, seu cōpensationis exceptio ex eodē contractu scaturiens in quolibet iudicio est admissibilis sumarissimo, & executiuo, cuiuscumq. pacti statuti, vel actionis priuilegio non obstante, vt sępius practicari om vidi per vulgares, quæ induci ad hoc per nostrates solēt conclusiones, si autem emptor nolit contractui stare, sed per viam exceptionis petat rescindi contractum venditionis, offeratq; rem retrotradere venditori cum rata fructuum perceptorū, hoc ei negan-
96 dum minime censeo, † sed imo concedendum per prædicta, dum etenim ipse nō cogitur stare contractui venditionis, corruere etiam debet contractus constitutionis census; quasi causa data non secuta, & ex natura correspectiuorū, quorum propriū est, vt vno deficiente, alterō corruat, re .n. per emptorem oblata venditio euanescit, quia sublata cēsus deficit, qui loco pretij successit, cū neq; pretium subsistit vēditione nulla existēte, & hæc
97 exceptio resoluti cōtractus, † eius virtus esse creditur, vt sibi viam aperiat in quocūque iudicio executiuo aliquo pacto, vel actionis censualis bullæ, vt aiunt priuilegio non obstāte, si verū est, quod affirmat *Giurb.dec.55. n.22.* dummodo, vt ipse ait ex facie ipsiusmet cōtractus de resolutione appareat; loquitur in specie multū simili cum

cum

cum præsenti, sicq; distinguit inter pugnantes opiniones eorum, qui negãt, & affirmant hãc exceptionẽ admitti, cauendũ tamẽ est ab eo, dum dicit *n.* 10. quod resolutio cõtractus nõ fit nisi secuta sentẽtia, & postea *n.* 23. dicit
98 eam admitti resolutionẽ, † quæ fit mediante sententia, & nõ illa, quam lex operatur, quia hoc est falsum; si ita absolute sumatur in omni resolutione legali, & verum; si intelligatur quando resolutio fiat à lege in pęnã, & agatur ad exactionẽ pęnæ; vt loquũtur allegati, & *Grat. discep.* 770. *n.* 16. *li.* 4. post *Bar. Bal. Castr. Aloys. de leo. Salic. Bertaz. Ias. Aret. Curt. Ias. in d. l. si quis maior, C. de transact.* nã si resolutio fiat ex natura actus stante pacto resolutiuo, vel ob non implemetum partis, tunc talis exceptio admittitur, nec necesse est præcedere sententiã vt supra post *Grat. Aponte*, & alias per me firmatum fuit, quidquid esset, quando ageretur ad pęnã, vel ad restitutionẽ acceptorum, vt dicam in discursu primo *secundæ*
99 *tract. special.* 28. † quod ità accipiendum est, vt quo ad effectũ euitãdæ solutionis fructuum, haberi debeat pro rescisso, licet in totum rescissus dici non possit sola replicatione, vel exceptione in iudicio executiuo proposita, sed necesse sit ad terminos *l. si contendat* per viam legitimę exceptionis petere se declarari immunem ab obseruatione illius contractus; vt quotidie seruamus in actionibus negatorijs, in quibus petimus declarari nõ afficere redditus super aliquibus bonis, vel feudalibus, vel fideicõmisso subiectis; vbi indistinctè conueniuntur etiam Ecclesiæ coram Iudice laico, quia reus existimatur petens, vt latè discurrunt *Mastrill. decis.* 14. *num.* 18. cum pluribus sequent. & per eum citati.

Ex alio etiã hæc exceptio proposita per emptorẽ est admissibilis in quolibet iudicio, quia secuta euictione, dum est locus rehabendi pretium, deficit quodammodo
100 capitale, † quod erat formatũ ex pretio; ex fictione *l. singularia, ad tradita per Mastril. decis.* 262. *num.* 45. *&* 46. *post Aloys. de Settimo*: *& in decis.* 160. *num.* 10.

Sicuti in pulchro casu fuit strenuè defẽsum pro Marchione Ispicefundi cõtra D. Ioan. Statella eius fratrem, vbi erat constitutus cẽsus pro fructibus vitæ militię super feudo Plachę, postea recuperato per D. Regentẽ de Quintanaduegna, vna cũ condemnatione fructuum ad fauorem petitoris; nã quia deficiebat debitum, deficere etiã videbatur census cuius pretiũ super eo erat fundatum, tamquam cessante causa ad tradita per *Grass. e recep.* 40. *& per Cenc. de cens. p.* 3. *q.* 4. *c.* 1. *fol.* 259. nam capitale illius cẽsus erat fũdatũ pro eo quod debebatur D. Ioan. ex causa fructuum vitę militię super feudis remẽdicatis quæ cum fuerint in alios translata vigore sententiæ vna cum fructibus, super quibus vita militia fuerat taxata, vtiq; deficiebat non solum causa obligationis, sed etiã capitale illud fictum, & sic deficiebat obligatio pro interusuris ab eo orta, quę exceptio erat admissibilis, licet contrarium decisum fuerit in dicta causa, dum hæc sub prælo essent, & tandem compromisso sopita.

Et redeundo vnde discessimus post longam, sed vtilẽ peregrinationem, quod de pęnitentia traditum est pro-
101 cedit in locatione † quæ etiam inter nominatas cõuentiones numeratur, nam per easdem rationes conductor si impediatur vti fruire locata facto locatoris, potest recedere à cõtractu si malit ad interesse agere *l. cũ te fundum.* 6. *vbi Bal. Castr. & Salyc. C. de pact. inter empt. & vẽdit. Salyc. in l.* 2. *n.* 4. *C. de condit. ob caus. Corn. cõs.* 101. *col. fin. vol.* 1. *& cons.* 102. *col.* 5. *li.* 2. *Crauet. cõs.* 192. *n.* 22. *& cõs.* 246. *Becc. cons.* 45. non solum verò si impediatur, sed etiam si dominus in aliquo pacto substantiali defecerit, vel si rem locatam sicuti promisit, nõ tradiderit, vt puta si aquæ perẽnis, vt dicitur continuus fluxus defecerit, nã in omnibus his casibus notificato domino, factaq; consignatione clauium vel depositione licitum est à condu-
102 ctione recedere, vt docet in terminis † *Cancer. var. res. li.* 3. *c.* 6. *tit. de acquir. rer. dom. n.* 109. & ante *n.* 86. firmat necessarium esse, vt euitetur per cõductorem recedẽtẽ pensionis solutio, quod traditio clauium, vel depositio
103 fiat, præcedente prius notificatione † domino facięda saltem domi si absens sit, adhoc vt locator possit ex parte sua implere, impedimenta tollendo, quæ efficiunt, ne conductor vtatur re conducta, alias excluderetur à libertate, quam habet implendi.

In vno tantum casu seruatur in hoc Regno, vt possit conductor statim discedere à domo sibi locata etiã domino repugnante, vel differre volente, qui est vbi res inuenitur alicui oneri census tẽporalis subiecta, ad formã tamen bullæ, nã tunc (ex quo datur contra hũc deiẽptorẽ, & tertium via executiua, ac si esset principalis obligatus, ratione rei per eum possessæ) si creditor contra eum se dirigat, potest si velit à re conducta discedere,
104 † statim pręcepto iudicis aduenięte, soluẽdo prius pẽsiones pręteritas vsq; ad diem illũ, quo desierit detinere; tanto magis quanto ostenderit per publica documenta domino soluisse, ita nostrates in eorum annotationibus ad bullam prædictam in verbo quandiù maximè *Blasc. Lancea cõciuis noster n.* 40. *Milan. dec.* 11. *n.* 38. *li.* 2. *Mastril. in addit. ad Greg. de cens. q.* 6. *n.* 90. vbi dicit super hoc rescriptum fuisse dando formã, quomodo seruadum essec à Rege nostro Cath. per eius litteras datas Madrid. *die* 26. *Augusti* 1581. executioni demãdatas à M. Ant. Columna allegãdo ad propositũ *Auend. de cens. c.* 108. *n.* 9.
105 *Felician. p.* 1. *li.* 3. *c.* 4. *n.* 20. † *Reg. Mar. Mut. Reg. Consil.* qui scripsit in *to.* 5. suorum operũ *super prag. de cens.* registrauit dictas literas, & pragmaticam sanctionem in earum roborationem per dictum M. Anton. editam *anno* 1582 *die* 14. *Martij*, per quã cessant omnes difficultates, quæ excitatæ fuerũt per plures scribẽtes super hac quæstione, dum clarè in ea deciditur, quod recedẽtes à locatione soluendo ratã molestari non possint, ideo superfluæ sunt quæstiones per eundẽ *Mutã* ibi traditæ de præuentione creditoris, quo ad pensiones præteritas; quia siue
106 perueniat, siue non, tenetur † cõductor (nisi infra terminum iudici beneuisum iuxta personarum qualitatẽ) discedere, quod quidem æquitatem magnã in se continet, sicuti est multum dura opinio illa, quã videtur tene-
107 re *idẽ* † *Muta ibi n.* 296. *post Blas. Lanceã, & Milan.* dum ait quod solutio pensionis facta locatori pro præterito tẽpore, non liberat conductorẽ nisi creditori soluisset, vel alio æquè priuilegiato, vt addunt alij; mori ratione illa, q & si excipiatur solutionis exceptio per pragmaticã de censibus intelligitur de solutione facta creditori; nã fallũtur, dum cõfundunt exceptiones debitoris principalis, cum illis tertij detentoris, debitoris ratione detentionis; & secundum quid, vt ita dicam; nam hic nunquam est debitor pluris quam præstare debet ratione pẽsionis, vbi nolit persistere, & ideo dum vult dimittere non potest exigi nisi pro pensione, ex quo fit, vt eo casu
108 non † soluat vt debitor census, sed pensionis tanquam conductor; si vero soluit, vt debitor pensionis, sequitur dicẽdum, quod in illo casu creditor repræsentet locatorem, & ideo quod non possit exigere nisi illud, quod vere locatori debeatur, & non repetere, quod solutũ est, non eni hoc concederetur locatori; cũ bona fides nõ patiatur, vt quod vna vice legitime solutũ sit denuò nume-

retur, habetur nãq; adinstar creditoris, qui exigit nomen
debiti sui debitoris, de quo scimus, non posse exigere nisi
non exactum, alias si exigeret vti creditor detentoris,
ratione detentionis posset exigere totum creditum, &
non adstringeretur exigere ratam pensionis; cum ius pi
gnoris persequendi sit indiuiduum; & ita tenendum est
nisi ponas fuisse intimatum conductori, ne solueret lo-
catori, & itá videtur tenere *Petr. de Greg. de cens. quæst. 6.
n. 14. vsq. 17.* vbi arguit pro & contra, & dicit magnam
Cur. huius Reg. Siciliæ diuersimode iudicasse; ipse tamẽ
videtur residere cum nostra opinione, dum *n. 20.* ponit
limitationẽ prædictã, & ita debent intelligi litteræ Re-
giæ, dũ volunt, quod non molestetur, Inquilinus nisi pro
illo quod debet vsq; in illum diem, ibi (y pagãdo lo que
asta á quel dia deben) nã debitor nõ dicitur ille, qui iam
109 soluit † cui debebat *l. nullã 5. C. de sol. inst. quib. mod. tol.
oblig. in prin. vbi glos. in verb. tollitur Surd. cõs. 145. n. 14. &
seq. li. 1. Tusc. verb. solutio cõcl. 340. to. 7.* illa. n. verba *deben.*
habent respectum ad locatorẽ, & non ad creditorem, qui
nõ tenetur habere rationẽ de rata, sed tantũ de toto de-
bito & itá vidi per peritos, & Christianos iudices decidi
Ad prædicta etiã dubitari vidi, an hoc priuilegium cõ-
110 cessum cõductori, extendatur ad dominum, † vt puta
hęredẽ, vel singularem successorẽ, qui tamen nõ tenetur
nisi ratione rei, vel hæreditatis per eum habitæ: si hæres
sit cum beneficio Iustinianeo, an hic sicut ille possit re-
nunciare detentioni; & bona dimittere; & dicẽdum est
posse, cõpertum .n. habemus successorẽ nõ teneri actio-
ne personali si singularis sit, sed tantum in rẽ scripta, ob
onus rei per eum possessæ insitum; & ideo posito rẽ di-
mittat, liberatur, vt ait optimè distinguẽdo *Rod. de ann.
redit. li. 2. c. 9. n. 68. in medio Milan. dec. 11. lib. 2. Intrigl. ad
bull. q. 52. & 66. n. 9.* vbi docta *additio*, quæ meritò extẽ-
duntur ad fauorem hęredis discreti, quia habetur ad in-
star singularis successoris, dum non tenetur nisi ratione
rerum hęreditariarũ iuxt. *doct. Aloys. de Sept. super bull. n.
110.* quẽ omnes nostrates sequuntur, & generaliter ha-
111 bet locum in quocumq; possessore † iuxt. doctr. *Roder.
loc. cit. Intrigl.* & aliorum, addimus *Cenc. de cens. c. 2. p. 2.
q. 5. art. 8. n. 8. & ar. 9. n. 81.* etiã si tales possessores rẽ cẽ-
sui suppositã alteri vendant vt aduertit *addens* prædict.
ad Intrigl. & Auend. de censib. c. 99. alijq; *per Cenc. d. ar. 8.
n. 9.* de quo alibi longius dicemus; ex quibus dum hæc
quæstio agitaretur in his supremis tribunalibus, pro D.
Joseph Mangione cõtra quãplures creditores fuit iuxta
præmissa iudicatum aduocante D. Sim. Sitaiol. I.C. Pa-
nor. quẽ post hæc magno omnium virtuosorum applau
su vidimus in R.C. eligi & in M. C. Iud. & ego consului
pro V.I.D. Vinc. la Manna, vti hærede sacerdotis D. Iac.
Marcono contra certos creditores censuales dictæ hęre-
ditatis, solummodo quandoq; difficultas oritur respectu
fructuum, ex bonis subiugatis perceptorum; quę si hęres
vel possessor in solutionẽ aliorum onerum super re debi
torum nõ erogasset, certè respectu eorum teneretur re-
spondere creditoribus censualibus; ad differentiã nudi
detemptoris locationis titulo; vt videtur tenere *Ball. ad
prag. de cens. q. 1. n. 11. sequit. Conuers. ad Intrigl. q. 66. in fin.*
Demum hęc ampliantur procedere etiã respectu eius
possessoris, qui personaliter se obligasset cẽsum soluere,
vel ex accollatione, vel faciendo actũ recognitorum, ete
nim re dimissa vel in alium trãslata ab illo die amplius
nõ tenetur cẽsus respõdere, vt pręfati DD. admittũt: quę
intelligas tamẽ, nisi voluntariè dimitat, vt alibi dictũ est
Iuxta prædicta ad terminos locationis obseruandum
existimo, conductorem teneri (casu quo recedat) dimit-
112 tet domum vacuam † vltra traditionem clauium; nàm
si remaneant mobilia in domo, posset dubitari, an á
creditore census possent talia bona exequi, prout in si-
mili affirmatiuè tenet *Carot. de remiss. merced. in tract. de
loca. p. 3. n. 45.* quod & in rustico prędio extẽdi potest.
Sunt, & alię causę, propter quas licitũ est á locatione
discere, habẽtes permixtum fautum locatoris, in quibus
aliquando licita est pęnitentia, vel petitio remissionis
113 mercedis, vt puta si pestis † in loco superueniat, de quo
vltra *Cancer. d. loc.* scripsit *Mastril. dec. 299.* & omnes mo
derniores adducens *D. Ant. de Amat.* quem vti fratrem
recolo, *resol.* 18. qui citat *Ant. Fab. in duab. definit. sui Cod.*
super quo vnum tantum dicam, quod constanter tenen-
dum est nullam, in remissione mercdeis petira lęsionem
requirendam esse, vbi facto locatoris impedimentũ or-
tũ sit quidquid esset, vbi ex facto alieno, et casu fortuito
114 in quibus verius est, inopinatũ, † et insolitũ casũ nõ ve-
nire in quauiscũque, etiam generalibus verbis, facta re-
nũtiatione, debet enim sẽper fieri aliqua remissio ad hoc
vt communis incommodi vnusquisq; partem suam sen-
tiat, sicut Deus Opt. Max. oriri facit solem suum super
bonos, & malos, & pluit super iustos, & iniustos, vt vidi-
mus post hæc seruatum ad fauorem D. Caroli Valdina.
Quid autẽ si impedimentũ veniat ex facto ipsiusmet
116 cõductoris † vt puta, quia dignitatem adeptus sit, per
quã sine verecundia, vel maxima litigantiũ, & subditorũ
incõmoditate non possit in domo locata persistere, ha-
bebit nè necessitatem morandi in eadem domo? certè
non, tam ob publicam vtilitatẽ, quę priuatę antefertur,
quã quia dicitur casus inopinatus absq; culpa conducto
ris; qui non debet remanere in damnãdum Reip. vacat,
& ita in specie tenet *D. Grat. discep. 740. per tot. n. 4.* citãs
seipsũ in alijs locis, vbi *n. 17.* recẽset alios casus inopina-
117 tos, in quibus est licita migratio idest † belli, pestis, me-
tus malorũ spirituum, & ruinę domus, addo propter ini-
micitias capitales cũ vicino veniente ad inhabitandũ, &
ob constitutionẽ firmi in pariete intermedio domus, ti-
more propinqui incendij, quos duos casus ęquiparari cũ
prędictis non est dubiũ, vt ego pluries practicaui horum
affinis in hoc Regno est recessus Curię Messanã versus,
118 vel alibi, respectu eorum, qui curiales dicũtur † sicuti
aduocati, Procuratores, Magistri actorum, seu Notarij
bancæ, nã non tenẽtur ad pensionẽ futurã, neq; locationi
stare, super quo sẽper prouidere solẽ: Excel. Proreg. per
eorũ prouisiones, quas actus vocant, ante eorũ recessum,
ne. v. teneantur, nisi pro tẽpore, quo habitauerunt. Item
si imutetur locus, vbi regitur Cur. & Trib. ius dicũ. sicuti
euenit in hac Vrbe Panhormi tẽpore quo per D. Ducẽ
feriæ fuerunt trãslata Trib. ad Reg. Palatium, nàm tunc
Curiales fuerunt liberati á nexu locationũ, ratione pu-
blicę vtilitatis, ex qua etiã cõstitutũ fuit, vt sicuti antea
119 poterant expellere † cõductores domorũ, existẽtium
circumcirca Reg. Hospitium, similiter seruaretur, quoad
domos existẽtes circũcirea Reg. Pal. tàm in expellendo
conductores, quàm in excludendo Dominos, si per sex
120 menses antea non inhabitassent, quę † domus quales
sint remittitur iudicantis arbitrio, super quo est plena
decisio R.C. 30. *Frãc. del Castil. 193.* & nos vidimus inter-
prætari de domibus existẽtibus per totã viam Toletani,
vulgo Cassari vocatam á quatuor tamen angulis supra,
& vbi magis iuris professores moram ducere soliti sint,
iuxta quæ per magnam Curiam, merito quandoque,
decisum vidimus prò D. Vincentio Pizuto Professore,
Thologo, & Philosopho, contra quemdam Scripto-
rem, vbi hæc in dubium venerunt.

Tandem

Tandem in terminis donationis, quam DD.quam-
plures nominatum contractum dicunt, nosvero quado-
que admisimus, vbi causam matrimonij contineat, non
est dubium pęnitentiam admitti, si donatarius legi im-
positę non pateat, in tantum, vt si adimplementum do-
121 nationis agat, † vel conditione ex lege Iustiniani, si do
natio nudo pacto processerit, vel ex stipulatu, si stipu-
latio intercesserit, incũbit Donatario ostendere se im-
plenisse ex parte sua ita vt Iudex donante nihil oppo-
nente possit ex officio petere, vt de implemento doceа-
tur, vt voluit *Roman.Cons.244. Aymon cons.151.n.9.&*
10.& sic repellere donatarium à limine iudicij, magis,
quando constaret, quod non impleuisset, nam tũc exclu-
deretur à Donationis emolumento, si promissa respice-
rent vtilitatem, & cõmoditatem donantis, vt puta eius
alimentorum, vel solutionem eius debitorũ vel alterius
promissionis correspectiuè ad donationem, sine qua do-
122 natio non processisset; † tam per viam actionis, quàm
per uiã exceptionis, ob causæ defectum, ità discurrit D.
Gratianus *disc.355.n.16.lib.2.*post multos, quos alle-
gat, ampliãs hoc maximè procedere si adsit pactũ super
resolutione donationis, in casu contrauentionis, q̃ sẽ-
123 per præ manibus deberent habere periti † notarij, vbi
rogantur donationes sub his cõditionibus cõficere licet
hæc ità absolute firmare non expediat, si vera sunt, quę
traduntur infra *numer.134.& seq.*

Et pro complemento aduertendũ est ad causas adie-
ctas, quando adijciuntur † per modũ causę; vel per mo-
dum conditionis, nam in primo casu repetitioni locus
est, in alijs dationibus, præterquam in donationibus in
secundo indifferenter in omni contractu, tàm dationis,
quam donationis locum fore repetitioni; ita distinguit
D.Ant.Fab.de err.prag.decad.45.err.9.n.3.to.2. ratio est
perpulcra, quia in donationibus principalis causa est li-
beralitas, animusque donandi, quæ principaliter dat cau
sam contractui, hæc vero semper durat etiam defficiẽte
alia causa per donantem expressa, at in alijs contractib.
& donationibus non item, quià defficiente causa cessat
contractus, sine qua non processisset.

Habemus itaque sufficienter probatum hanc nostrã
donationem contractum esse, & illum nominatum, nec
credas inutilem esse quæstionem, nam ex hoc multi re-
sultant effectus, quorum vnus ille est de pęnitentia,
quem paulo ante tam longo ornatu tradidimus.

Sequitur alius effectus, qui & secundus est, & versatur
125 circa actionẽ † accomodandam cõtractibus nominat.
de quo vltra aliqua supra in dicta, firmari debet dari a-
ctionem nominatam, vel ex cõsuetudine huic cõtractui
robur tribuente, vt ait *Bar.in l.vnic.n.10.de cond.ex l.&*
Card.Mant.alijq.Suprac.n.53. addo *Ang.in §.adeo n.5.inst.*
*de locat.& cond.*licet dubitet *Ias.in l.1.n.68.C.de iur.emp.*
Padill.de Menes.in l.natural.in princ.n.28.Sarm.lib.3.Sele-
*ctar.interpret.c.2.n.6.*vel ex lege Iustiniani, tanquam si-
mus in donatione, quæ successit loco antiquæ donationis
propter nupcias, de qua processit eius cõstitutio, vt spe-
cialis contractus iudicari deberet, cui in consequentiam
scribentes ex tali lege actionem tribuunt.

Ex hoc cessat obiectio, quã opposuimus supra *n.58.*
de actione inhominata, vt puta prę́scriptis verbis, aut in
factum, quę à multis Doctoribus tribuitur alijs donatio
nibus ob causam, propter quod videbatur resultare
hunc, nostræ donationis contractum innominatũ iudi-
cari debere, dum nos donationem ob causã esse defen-
dere conabimur, nam licet ob causam permixtã videre-
tur prima facie posse dictas actiones innominatas tribu
nostro contractui, tamen haud dubium est, ei principa-
liter cõpetere actionem tam ex lege Iustiniani, quã ex
consuetudine, ex qua ipse robur, et nomen accepit, hęc
de actionibus scitu digna sunt prò terminorũ cognitione
secundum veros Iuris communis tramites, nam si velle-
mus nos ab hac disputatione, sufficeret referre Aluari.
Velasq.verba in *tract.de iur.emph.q.6.n.9.* dicentis hodie
hoc parum proficere ad praxim, cũ non adstringamur,
126 † nomen actionis in iudicio proponere, sed sufficiat fa
ctum ita narrare, ut eius narratione iudex cognoscat,
quanam actione res nobis competat assignandaque sit
cuius dictum fortius in hoc Regno procedit stante vul-
gata in ore omnium pragmatica sanctione per quã om
nes causę exceptis feudalibus summariè, & de plano ter
minandę absque strepitu, & figura iudicij iuxta, quam
sufficit de omnibus, & remedijs in genere loqui, petendo
omne remedium à iure concessum ad hoc vt in specie
omnia dicantur tentatas quidquid sit de modo agendi
127 per viam exceptionis † quod debet specifice intenta-
ri ad terminos *l.si contend.*uti obtinui pro Hectore An-
salone contra Baronea Amposæ.

Item ad terminos iuris communis semper compete-
ret actio ex stipulatu, propter scequentem Notariorum
vsum, qui semper stipulationem interserunt in omni cõ-
tractu, & licet stipulatio in omnibus & per omnia se-
quatur naturam contractus, cui adiungitur, † itaut eũ
128 non alteret, etiam quod pænitentiam si contractus sit
innominatus, attamen certum est, quod ei cõmunicet
actiones ipsi competentes, ut post *Rom. & Aretin. in l.*
sciendum de verb.oblig. & Soce.Sen.in rub.de verbor. oblig.
n.24.vers.sed contrarium firmat Card.Mant.de tac.& amb.
*lib.1.tit.8.n.33.*ex quibus cognoscimus, quod hæc dispu
129 tatio est parum vtilis † sed siuis de quamplurimibus in
nostris terminis edoceri, recurre ad Iustiniani *Nouell.c.*
*61.vers.*neque alienum, vbi, quod datur actio gratia rei
persequendæ. Item exceptio causa retentionis, de quib.
est materia in *tit.de act.inst.*item potest recurri *ad pract.*
Papiens.in forma libell.qui agit. prò donatione fol.361. vbi
per quam latissimè omnia inuenies, itẽ apud *Rip.in l.ge-*
*neraliter n.126.*cum plurib.sequent. vbi de reuendicatio-
ne, de condictione, actione præscriptis verbis, & demum
ad Fabrum decad.47.err.8.num.7.

Et in hac donatione posser nõ ineptè defẽdi quod ei
130 cõmunicetur actione cõtract.dotis † in casu quo in eo-
dẽ cotractu celebraretur ad tradita p *Anch.in cõs.72.in*
cipit tantã familiaritatem *n.3.*dũ ait, q̃ quãdo vnus con-
tractus incidit in alium per modũ accessionis & pacti, ta
li casu hic cõtractus accessorius censetur principalis cõ-
tractus, & illa actio, quę oritur ex principali cõtractu o-
ritur etiã ex contractu illo incidente, & allegat casum *in*
l.fund.p.78.D.de cons.emp.l.si steril.22.§.sibi D.de act.emp.
*& vend.*haud enim est dub. donationẽ hãc confundi cũ
contractu dotali, & effici vnicũ contractũ vt tractãt no-
strates, de quo agetur loco suo & sæpius in hoc tract. *An*
*char.*cum alijs sequitur Card. Mant.*de tac.lib.1.tit.4.nu.*
14.&13.& Tusch.*liter.M.conclus.295.num.22.*

Tertius effectus deducitur ex text.*in l.Iul.14.§.offerr.*
*D.de act.emp.& vend.*ex quo elicitur, quod ex nominatis
131 † conuentionib. ante implemẽtũ oriatur naturalis at-
que ciuilis obligatio, ad differẽtiã illorũ, qui nomine ca
rẽt, de quibus multi firmarũt, neq; naturalẽ obligationẽ
dari ante implementum, saltim quãdo agitur de cõtra-
ctib. respectiuis si credimus Bal. *in l.petens C.de pact. in l.*
apud acta C.de trans. vbi Rimin.& alij, vsq. *de success.creat.*
§.12.n.4. Ratio iudicio meo est clarã oriens ex notitia
naru.

naturalis obligationis, quæ vt ait D.Ant.Fab.*in lib.8.de*
132 *coniec.c.6.*licet ex ſolo facto † æſtimetur,tamē nūquā
ex ſola promiſſione inducitur, niſi concurrat liber con-
ſenſus ſe obligare volētis, ſed ſic eſt quod in contractu
innominato cōſenſus non eſt pure adhibitus,ſed in euē-
tum, non ſolum alterius conſenſus, vt aliqui iudicant;
ſed implemēti ab altero cōtrahente faciēdi, quod eſt in
cauſa,vt ipſe conſensū adhibeat;ergo fatendum,eſt,na-
turalē obligationē non induci,dū conſenſus abeſt; licet
factum concurrat, quod conſiderat licet alijs verbis.Be-
rengar.*in l.pact.conuenta in 9.prim.gloſſ.in ſubdiuiſ.memb.*
*num.4 verſ.*contraria.

133 Contra tamen ſenſit † *Accuſ.in gloſſ. magna l.petens*
*C.de pact.*cum alijs per Gom.*var.reſol.to.2.c.8.* ſed certè
falluntur,nec reſpōdere poſsūt prędicto argumēto licet
hæc opinio à ripa magis recepta dicatur,nā quid repli-
cabūt ad tex.*in l.natur.10.D.de oblig.& act.& l. quia na-*
134 *turalis.13.D.de condit.indeb.*† probātes vim obligationis
naturalis,eā potiſſimū eſſe, vt īpediat ſoluti repetitionē
vt diſertis verbis probat Ant.Fab.*coniect.li.7.c.17.in prin*
cip.& tamen ſcimus è contra quod in cōtractib.innomi-
natis liberū ſit ſoluta repetere ante alterius implemētū
*l.3.§.1.D.de cond.cauſ.dat.*quód ſupra ſępius repetitū eſt
& Fab.dicto loco diſcurrit, vbi naturalis obligationis vi
latè explicat;ex cuius relectione ſatis apertè cōſtat,iam
firmatā concluſionē aduerſus *Arcur.* magis veram eſſe.

Quid dicendum de iure canonico,circa hanc quæſtionē
recurrendū eſt ad Bald. *in l.cū quis n.17.de iuris, & facti*
ſciēt.& ignor.Iaſ.in l.iuriſg.§.ſed cum nulla n. 8. & de iure
hiſpano ad Felic.*de cenſib.c.2.to.1.in proæm.n.*10.vbi al-
legat Padill.Greg.Lop.Villap.Vaſqu.ſtantes pro nega
tiua, videlicet quod ante implementum nulla actio o-
riatur in contractibus innominatis; & pro affirmatiua
Didac. Peres, Anton.Gomes. Matt. Azeb. & Guttierr.
quorum opinio recipienda nō eſt vt patet ex allatis per
Ruginell.*pract.q.*41.*n.*14.

Sed quomodo cōcordāda ſunt hæc cum ſupra ꝑ nos tra
ditis *n.*2.nā ſi donatio noſtra,eſt contractus nominatus,
135 & † natura nominatarum conuētionū eſt,vt pariāt o-
bligationem naturalē pariter,& ciuilē ante implemētū
quæ obligatio mater eſt,actionis. quomodo verum eſſe
poteſt, ꝙ donatarius teneatur prius ex parte ſua adim-
plere, ſunt enim hęc inter ſe cōtraria,in tantūm, vt hæc
vltima cōueniat potius cōtractui inominato, huic diffi-
cultati poteſt primo loco reſpōderi,hoc eſſe ſpecialē in
donatione hac,quæ cauſā continet,vt participet de vtro
que contractu;ad hoc,vt donatoris volūtas, a quo libe-
ralitas ortū habet effectum ſuum ſortiatur, ſed melius
dic ex contractu hoc produci † obligationem naturalē,
136 ex qua non oritur aliqua actio;ſed tantū exceptio, &
retētio ad text.*in l.1.§.id quod natura D.ad l.falcid.& d.l.*
iur.gent.§.ſed cum nulla, & in hoc eſſe conformē alijs cō-
tractib.nominatis, in quantū donatio procedit, de iure
gentium,prout firmat Coraſ.in *d.l.poſt contr.n.4.D.de do*
nat. neq; enim vt multi autumant ante tēpus 12. *tabul.*
erant, tàm tenaces homines, vt nullus eſſet donationis
vſus, nullaquè liberalitas; in quantum verò habuit for-
mam de iure ciuili,& Imperatoris conſtitutione,per quā
factū eſt, vt nominatus ſpecialiſq.cōtractus ſit, obliga-
tio ſic producitur, vt ità demū actio naſcatur, ſi cauſa
coniugij propter quā proceſſit,impleatur,omniaq;pa-
cta ſeruentur, & ad inſtar dotis,ſi in ipſa dotis conſtitu-
tione, pariter donatio interueniat de quo nonnulla e-
tiam tradidimus *in ſpeciali 6.diſcurſ.12.tractat.*

Hæc ſatis ſint pro generali præcognitione cōtractus,
de quo tractaturi ſumus, quæ voluimus vnico diſcurſu
cōplecti,adhoc vt quidquid præter tractatus naturam,
ſcholaſticū potius diſputandum eſſet, præmitteretur;ſe-
querentur verò vtiles, ad praxim accomodatiores ma-
teriæ ſuo ordine per tractandæ.

Licet iam dicta nō ſint,tā ſterilia,quin vllus ex eis fru
ctus percipi poſſit ſicuti de illa quęſtione,quā ſupra di-
ſputauimus,an donatio ſit cōtractus,eius occaſione quę
ri poteſt, an prohibitus per ſtatutū contrahere † cēſea-
137 tur etiam prohibitus donare, nàm dato donatio
ſit impropriè contractus,ſtatutum illam nō comprehē-
deret, ità ſimpliciter tenet Bal.*conſ.39.lib.2.* & poſt eū
Imol.*in l.5.D.de verb.oblig.Cum.conſ.*173.*Ceuall. in ſuis*
*comm.opinion.cont.comm.q.695.num.*14. diſputans quæ-
ſtionem attento iure Regio in conſtit.Thau.*l.*55. vbi a-
lios planiores interpretes refert defendit,& ſequitur.

Contra verò de directo tenent Iaſ.*conſ.29.col.2.lib.1.*
*& Cor.conſ.41.col.2.lib.*1.quos ſequitur clariſſimus Me-
noc.*conſ.344.n.18.lib.4.*allegatus per Grat.*diſcep.*781.
*n.*33.cum duobus ſeq.in qua diſputatione loquendo de
donatione inter viuos, certum eſt opinionem Baldi iu-
ris fundamentis inſpectis veriorē magiſq; fundatam eſſe
habet per enim textus expreſos pro ſe probantes inter
contractus donationem non numerari;vt latiſſimè pro-
138 batum fuit ſupra, ſed conſiderando † mētem ſtatuē-
tium maximè ſi vtantur generalibus verbis, hæc ſecūda
deberet teneri, nec ſine ſcrupulo animæ,iudèx poſſet ab
illa diſcedere, quæ in tantū vera eſt, vt etiam ſubtiliſſi-
mus Faber,(quem paulo ante retulimus obſtinatiſſimū
defenſorem opinionis negatiuæ,in quæſtione ſi donatio
contractus eſſet,) tenet ſtante hoc ſtatuto illā ſub eius
diſpoſitione comprehendi in dicta *2.parte decad.46.err.*
10.ante num.19. vſq. ad fin.

Maior difficultas verſatur in vidēdo,an ſub hoc ſtatu
to cōprehendatur donatio cauſa mortis,nā vltra prædi-
ctorū traditionē,& aliorū, de quib. Gaſp.Theſ.*q.61.lib.*
*4.for.q.*habemus auctoritatē And. Fach. negantis quód
hæc ſtatuta de cōtractib.loquentia comprehendant do-
nationem cauſa mortis *in lib.3.contr.c.60.* Cuius aucto-
ritas apud me eſt maxima,etenim,vltra eius ſcripta,ha-
140 beo teſtimoniū Dñi † Simonis Sitaiolo eximij aduo-
cati, qui interrogatus, quid de eo ſentiret, libere faſſus
eſt Fachineum iuris noſtris interpretē eſſe ſubtiliſſimū
atque in germana textus intelligentia inueſtiganda vni-
cū; fuit enim eius auditor in Ciuitate Piſarū.Mouetur †
141 ex pluribus.Primo quia cum hoc ſtatutum ſit iuri cō
muni,contrarium,quo conſtitutum eſt,vt liberū ſit om
nibus, tàm maſchulis, quàm fæminis contrahere, cum
patres,matreſq; familias ſunt,ſtrictè accipi debet in cō-
tractibus propriè ſumptis, inquorum numero minimè
numeratur hæc donatio,quę impropriè dicitur contra-
ctus,cū omnes effectus vltimæ voluntatis † ſortiatur,in
142 tantum;vt nulla ex parte his abſimilis inſpiciatur ac-
cedente maximè Iuſtiniani præcepto in *l.vlt.C.de donat.*
cauſ.mor.& nemo dubitat mulierē prohibita contrahe-
re, poſſe nihilominus teſtari abſque alio conſenſu, vel
in vltima voluntate diſponere, quare ergo diuerſum in
hac donatione ſtatuendum eſt, cum inter vltimas volū-
tates cōnumeretur.Secundo ait ipſe attendendo mentē
ſtatuti, certum eſt nullā aliam poſſe rationem aſſigna-
ri huius prohibitionis,niſi illam proceſſiſſe,nè mulieres
inexpertes, & faciles in malū cōſiliū abirent,& contra-
hendo lederentur, quod ex præſentia propinquorū, vel
mariti facilè reparari poteſt; ſed certum eſt hāc rationē
nil cōmune habere cū hac donatione, quæ ad inſtar vl-
timæ

timæ voluntatis ad nutum,& voluntatem donatoris potest infringi, nihilominus ac testamenta: ergo fatẽdum est cessare dispositionem statuti; dum ratio deficit sicut dicimus de cessante ratione legis.

Sed melius rectiusque sentiere, qui contrariā professi
143 sunt sententiā, † quorum præcipui sunt Alex. & Ripa *ad l.2.D.de legat.1.* idē Alex. & Aret. *in l.2.D.de verb.obl.* Crass. *in §.donatio causa mortis q.2.n.8.* post alios Tiraq. *ad l.conub.gl.5.n.18.Gutt.pract.q.c.21.lib.2.* Menoch. *cōs.344.n.16.lib.4* Grat.d. *discept.781.n.34.* vbi multos habes vltra allatos à Thes. *d.q.67.n.5.* in apparatu contrariorum, & inter illos melior, quam omnes Tiraq. *ad l.conub.d.gl.5.in 2.gl.contrahēr,* vbi omnia fundamenta vtriusque partis refert, & auctores cōnumerat *à n.64.vsq.90.* quæ sententia cōmunis,& magis cōmunis, est quid-
144 quid post Viuium dixerit Nepita † super consuetudinib. Vrb. Catin. *fol.110.n.12.* qui dum vidit Tiraq. ei patere debuisset, hanc, non illam esse magis cōmunē, quæ hodie vltra allata per Tiraq. habēt pro se quāplurimas decisiones Rotæ Romanæ relatas per Stef.Grat. loco citato, cuius Rotæ auctoritas apud eos, qui in foro versātur, omniaq; mundi Tribunalia est maximi ponderis, habet demū fautorem D.Presid. Fab. *in 2.p. de err. prag. dec.46.err.10.per tot.* Ratio quæ cōmuniter assignatur huius sententiæ, est validissima, aut enim dicunt ipsi respi-
145 cimus ad tēpus, quo donatio fit, † & tūc est indubium contractus magis quā vltimæ voluntatis naturā habere aut vero respicimus ad tempus, quo effectū habet, & tūc secundū hanc acceptionem magis vltimis adhæret volūtatibus; sed statutum habet oculos ad tēpus, quo actus fit ergo &c. quod verò tēpore, quo instituitur magis dici debeat contractus, probatur quia certū est illā duob. vel vt alij dicunt, trib. modis perfici stipulatione, & traditione, vel nudo pacto, quorum nullum in vltimis voluntatibus interuenire debet.

146 Sed longe speciosæ sunt rationes *Ant. Fabr.* † ait. n. quod cū verū sit hanc donationem stipulatione, & traditione tantū perfici, vt supra *n.34.* aduersus multorū interpretū sententiam discursum est, quis dubitare, potest, quod his duob. modis facta donatio potius contractus, quā vltima volūtas dicatur, nā in quantū ad primū, si stipulatio accesserit, certū est cōtractū effici, & quidē stipulationis, cui causā dedit donatio, de quo nemo dubitat, quin contractus dici debeat, cum ex stipulatione donādi animo interposita ciuilis actio oriatur siue mortis causa, siue inter viuos donatio facta sit, nō tā pp donationē, q stante stipulatione, vt supra dicto loco cū numeris sequētibus traditū est, cur ergo vtar verbis ipsius Fab. ex generalitate verborū statuti prohibētis, nè possit mulier contrahere sine præsentia propinquorū excipiemus stipulationem eo solo pretextu quod facta sit p donationem causa mortis, an forte aliqua stipulatio est, quæ possit videri contractum non esse.

Quod si non per stipulationē, sed per traditionē donatio facta sit, quid tàm certius est, quā quòd hoc casu contractus dici debeat cū vt supra *n.34.* tradidimus donatori indulta sit ciuilis actio ad repetendum donata, ca su quo cōtingat ad eum reuerti debere res donatas, siue ex pœnitentia, siues ex recōualescentia, iuxta legem ab initio donationi appositam, per quam sit vt contractus videatur inter donatorem, & donatarium gestus, vt his casibus donatorum restitutio fiat donanti.

Alia etiam ratio assignatur, quæ nobis satis arridet,
147 solēt (h iud enim DD. negāt fieri posse) donationes † hu i imodi itā multoties concipi, ut aliquo casu reuocari nō possint ex arbitrio, uel ex sola pœnitētia, & omnino irreuocabiles fieri nō posśūt, attamen stantibus pactio prædictis, nulli dubium est quin difficilius donatio reuocetur, fiatuē, ut natura contractuū irreuocabilium sortiatur, at quis dubitat donatarium, qui usqueadeò mulierem persuasus fuit, ut donatet et à occasionem quęsiturum, ut nulla penitus, si fieri possit, remaneat uia reuocandi, uel saltem ut tantum reuocetur in casu reconualescentiæ, & quo libera mulieri disponēdi facultas restringitur quare igitur ad hunc casum statuta extendi nō debent? forsan non magis interest Reipublicæ ad hoc nè hoc casu mulier lædatur, ut propinquorū consensus interueniat? ut saltem si donatio repatari non ualeat id fiat, ut facilis eius reuocandi potestas remaneat.

Ex his remanent elisa fundamenta D. Fachinei; nēdū
148 quado supponit hanc donationem sēper ad nutum † reuocabilem esse, cum tamen aliquando contrariū accidere possit, pront videri potest per tradita a Did. Cou.
149 *de test.in 3.p.rub.n.23.* sed etiam dùm † dicit hāc donationē omnino similem vltimæ voluntati post dictā Iustiniani legem. Cum hoc tantummodo accipiendum sit respectu donatarij, qui perinde, ac si in vltimis ei relicta res esset, nullius negotij est particeps, sed quod ad donatorem attinet diuersa ratio procedit; quia ex eius parte verè contractus est negotiū enim gerere cogitat, dum vult non sibi restitui, intantum, vt actio ei accōmodetur contra donatarium; quod inter testatorem, & hæredem, seu legatarium euenire nullo modo potest, quis nàm enim vnquam vidit, vt testatori, contra hæredem, seu legatariū aliqua actio cōpetat, vel moueatur. At vero cum disputamus an in donatione causa mortis facta per mulierē adhibendi sint propinqui, non ad illā donationis partē respicimus, quæ donatarij cōmodum, sed ad eā, quæ mulieris vtilitati respicit; vt scilicet mulieri ipsi non vt donatario consulamus, ergo &c.

In quantum verò ad secundū argumentum de ratione statuti respondet Fab. n.8. ostendendo quod nulla maior ratio viget in alijs cōtractib. quām quæ in donationib.
150 † de sui natura læsiuis procedit, absurdum enim esset quòd mulieri locario etiā amplissima mercede interne dia prohiberetur, donatio verò totius facultatis permitteretur, & tamē forsitā melius venditio, vel locatio reparati posset ex remedio *l.2.de resc.vend.* quod quidē in donationis contractu siuè inter viuos, siue mortis causa fiat procedere non posse extra controuersiam est, sicuti nos in simplicibus donationibus loquendo aptiori loco ostendemus.

Miror itaq; Fach. in hāc opinionē inclinasse, & in hoc verificari videtur illud, quod sępius a domino Sitaiol. acecepi, se multoties audiuisse ipsum Fach. conquerentē, q sibi allegarētractatum illum tāquā aduersantē opinionib. quas in legendo tuebatur, vocabat enim suas cōtrouersias primitias studiorum; quęq; emēdatione in plurib. indigebant; prout sępius euenit eis, qui in iuuētute scribunt, quæ ad maiorem illius exaltationē scripsimus, dum opus tàm insigne itā paruifaciat, quod de per se sufficetet quemcumque vsque ad sidera extollendi.

Et redeundo vnde discessimus iuxta terminos *d.l.54 Thaur.* aliorū q. statutorum, vt puta vrbis Catinæ, per quę
151 mulieribus cōtrahi † vetatur absque viri licentia non est in vtile querere, an valeat cōtractus si fiat fauore pię causæ, nàm videtur, quod cessat ratio circumuentionis, cum datio pro anima non solum possit dici damnum,
152 sed maximum lucrum, quia quod datur † Deo, datur ad vsuras centuplum redditurò.

Item

Item quando mulier actum gerit, qnẽ quilibet sapiẽs
pater familias facturus esset, tunc cessant solemnitates
statuti, vt discurrit Grat. *discep.756.n.17.& 18.* vbi lo-
quitur in muliere nobili, & sagaci, regulare .n. est, vt cef-
153 sante deceptione mulieri † non subueniatur. Castr. *in
l.2.n.7.D.ad Sen.consul.vel.* quarè cessante, ratione debet
cessare statutum Tiraq. *in tr. de caus. cess. p.1.n.245.* & in
terminis quæstionis, ità tenet Bal. in *l. gener. C. de sacros.
Eccles.* quem in terminis *d.l.54. Thauri* sequitur Did. Sp.
ditest. Gl.11.n.22. quos ego sequor, sed nõ ità simplici-
ter vt nõ existimẽ distinctione opus esse, quòd aut aucto
ritas per statutum requiritur ratione integrationis per-
sonæ ex eo forte quod mulier, vel minor fragiles, & in-
becili consilij sint, & tunc vera est opinio *Bald.* aut verò
154 requiritur ratione præiuditij † vt puta quia maritus a-
liquid de dote lucraturus sit, vel si prohibitio sit facta fa
uore filiorũ, vel fratrum, in quos debeat mulier dispo-
nere, de toto, vel de parte suorũ bonorũ, prout per quã-
plura statuta disponitur teste D. Mart. *de suc. p.2.q.3.art.
12.* & hoc casu crederem esse necessariã præsentiã, quia
non est dubium, quòd mulier faceret eorum conditionẽ
deteriorem, & ità mihi videtur sentire Anchar. *cons.25.*
155 & Soc. *cons.48* nec dissentit Mart. *d. loc. n.27.* † in dubio
autem censetur requisitus consensus ratione integratio-
nis personæ, & non præiuditij, vt probatur p Corn. *cons.
242. lib.4.* de qua differentia ad alium effectũ dicã alibi
latius, certe ante hanc distinctionẽ nõ perlegeram. Ti-
raq. *qui in l. si gl. com. 8. n.162.* in terminis statuti mouet,
quæst. & refert DD. & rationes pro vtraq. parte, *& in n.
173.* firmat quod talis contractus nõ valeat, allegat ipse
bonã rationẽ, quã dicit esse suam *n.166.* quod cum liber-
156 tatis donatio † actus pietatis sit, & quidẽ maximus at-
tamen non per hoc remittitur eius fauore solẽnitates,
si à minore manumissio celebrari debeat, & successiuè *n.
173. et 174.* assignat rationes peculiares, p quas mouetur
quarum vna satis confirmat distinctionem p nos traditã
imo multũ eã ampliat, ait ipse ex hoc moueri, quia hęc
157 statuta sũt inducta fauore † mariti, at vbicunq. lex, aut
statutum prohibet aliquẽ testari, aut cõtrahere fauore
alicuius; nũquã censetur talis prohibitio remissa fauore
pię causæ, vt dicit Bar. *in l.1. C. de Scros. Eccl.* quẽ sequitur
Ab. d. Panh. conciuis noster *cõs.63.* videtur primo legatũ
col.3. vers.4. adduco, per quæ satis videtur fundata dicta
distinctio, hæc sunt notanda ad statuta clarissimæ Vrb.
meæ *tit.5. quod non liceat vxori sine voluntate viri aliqui
se oblig.* ad cuius terminos vidi etiam quandoq. dubitari
an hæc præsentia excludat maritum à suis iuribus, vt pu
ta à lucro dotis, vel alia ratione, eũq; præiudicet, † quo-
ad bona ꝓpria, in quo ego respõdebã nil operari, & ad-
ducebã illud de tutore, qui pręstãdo auctoritatẽ pupillo
159 in aliquo actu † nõ sibi præiudicat, quoad iura propria
vti latissimè firmat Grat. *dis.831.n.8. lib.4.* & infortiori
casu intercedens vti fideiussor in cõtractu vẽditionis rei
fideicõmisso subiectæ, voluit Rot. apud Card. Ludou. *dec.
384.n.6.* dũ firmatum fuit non se præiudicasse, vbi ad rẽ
venditã esset vocatus nec per hoc prohibetur illã tãquã
ex fideicõmisso sibi debitã vendicare, & post hęc scripta
inueni loquentẽ in terminis Molfes. *ad consuet. Neap. tit.
de renunc. q.19. n.7. cũ seq.* late ad quem recurrito ad ter-
minos mariti.

Et redeũdo ad Sp. in *d. gl.11. n.22. & 23.* ampliat ipse no
160 tabiliter suam conclusionem † fauore dotis; vt possit si
ne cõsensu mariti & propinquorũ mulier donare ex cau
sa dotis, ratio, quæ assignatur, est quia dotis causa inter
pias connumeratur, allegat pro se Tiraq. *in d. gl. 8. n.100*
& Baez. *de dot. c.11. nu.49.* vnde in fert validum esse illud,
quod persæpè accidere solet in contrahendis matrimo-
nijs, quãdo sponsæ vtrumq; parentem habent, nã matres
solẽt aliquid secrero promittere spõso, vt faciulius marti
monium sortiatur effectum vltra dotem promissã inscio
marito, quòd & ego in domo propria habui Sp. sequitur
Canc. *var. res. lib.3. c.1. n.155. & 156.* nec nõ Azeb. *in l.8.*
161 *tit.8. de las ganan. lib.5.* cõtrariũ † ego verius existimo
ad terminos prædictos statutorum in casu vbi statutum
respiceret ad mariti præiudiciũ, moueor quia nõ debet
esse dos magis priuilegiata, quã ecclesia, & libertas, quã-
do nõ reperiatur in specie tale priuilegium habere, vnde
in hoc quoque casu distinctio prædicta seruari debet; nõ
obstat modo Tiraq. doctrina per quã omnes mouentur,
quia Tir. in loco citato de dote nõ loquitur, tãtũ dicit, ꝙ
mater nõ obstãte prohibitione potest donare filijs, sed ip
se se explicat, vt procedat quãdo statutũ procedit ratione
infirmitatis sexus, & sic pro integrãda persona; quę for-
tius ãpliãtur, vbi dos nõ filię, sed extraneę ꝓmitteretur.

Ceterũ consuetudo iã d. Vrb. Cat. vt tolleret omnẽ scru-
pulũ ꝓhibuit obligationẽ etiã ex causa dotis, ad circũ ter
162 minos hæc sunt inutilia, bene verũ ꝙ verba prædictæ †
consuetudinis dictant aliam quæstionem, dum prohibẽt
tantũ obligationẽ oriẽtẽ ex donatione, dote, vel alia cau-
sa, nam per hoc videtur insinuare, ꝙ omnis datio, p quã
obligatio nõ oritur, nõ sit p illam cõsuetudinem ꝓhibi-
ta, ità mihi in occurrẽtia facti visũ fuit in donatione cau
sa mortis, quia ex illa, vt supradixi *n.149.* nõ oritur obli
gatio ex parte dantis; dũ traditio interuenit, hæc .n. cõ-
163 suetudo non prohibet contractus simpliciter † sed cõ
tractus in specie, ex quib. oritur obligatio, de quo exstat
meũ cõsiliũ, quod nè lõgior sim, non subnectã, vide tamẽ
cõtra hęc D. Grat. *disc.781.n.33. cum seq.* his accedit quę
stio illa; an hęc prohibitio extẽdatur ad aditionẽ hæredi
tatis, de quo consule clarissimũ Pac. *de prob. lib.1. c.46. n.
6. cũ seq.* vbi notanter distinguit, quę placent & possunt
extendi ad minorem iuxta terminos capituli Regni *sub
Car. n.78.* vt neq; minor possit se immiscendo adhire sine
decreto, quicquid esset de iure communi; vbi posset, licet
competeret ei in integrum restitutio, quæ deberet con-
cedi, eo ipso hæreditas inueniretur esse damnosa.

Item ad terminos statuti prędicti quæri potest, an v-
xor possit fauore mariti se obligare, dum eius consen-
164 sus interueniat, vel pro eo fideiubere, videtur prima
facie, quod sic, quia statutum hoc respicit viri præiudi-
cium, dũ prohibet obligationem absque eius consensu,
vnde à cõtrario sensu potest argui, quod accedente eius
consensu omnis obligatio valeat, etiam in fauorem vi-
ri, & ità in terminis firmat Con. *cons.242. n.3. col.3. vol.
4.* & videtur sentire Grat. *discep.556. num. 23. to.3.* dum
tenet consensum requiri ratione pręiuditij, sed contra
est veritas, imò quod statutum habeat oculos ad per-
165 sonam integrandam principaliter, † & in consequen-
tiam ad præiudicium, vt ait Lambert. *de contract. mulier.
gloss.7. quæst.2. num.23. Carot. decis.74. num.22.* quia quo
ties statutum conditum est fauore personæ imbecillis
præsumitur processisse ratione publicæ vtilitatis, nè ali-
quis propter fragilitatem decipiatur, vt ait Bart. *in l.1.
§. sed filius num.2. & 3. D. de legat.3.* & tunc consensus est
de forma, & respicit integrationem personæ, & non cõ-
sentientis præiuditium, secundum Gonzal. *ad regal. 8.
cãcell. gloss.47. numer.34. & seq.* quò in casu non potest
166 maritus in sui fauorem mulierem authoritate, † ità
voluit. Gulicl. de Benedict. *in cap. Rainutius princ. nu.154.*
lanbertengh. *dicta gloss.10. num.30.* Pancirolus *cons. 294
libr.1.*

libr. 1. Rota Romana coram Ludouis. *decis.* 473. *numer.* 10. Pich. ad statuta vrbis *Gloss.* 15. *num.* 10. vnde colligunt cautellam DD. vt maritus præstet cõsensum
167 † generalem ad omnes actus, nàm vxor tunc proterit fauorem mariti disponere, vel pro eo intercedere, vt tradidit Stesan. Gratian. *disceptat.* 556. *numer.* 18. & 19. Gall. de except. success. *titul. prim. except.* 9. *numer.* 23. sed hæc cautela non iuuat in casu isto, vbi statutum requirit etiam interuentum pro integratione personæ, quia consensus præstatur in vim auctoritatis, & debet interuenire in ipso actu,
168 † alias est nullus tamquam deficiat forma, ita loquitur *Gonzal.* loco citato post Rodoan. *in tract. de alienat. rer. Eccles. capit.* 35. in libro meo 32. In tantum vt multi teneant non sufficere, si superueniat Gonzal. dicta *gloss.* 47. *numer.* 32. *cum sequent.* Anton. Monach. *decis.* 3. *num.* 13. & 14. *in bon. post Menoch. consil.* 767. *numer.* 4. *cum alijs* Surd. *decis.* 206. *num.* 9. & 10. vbi quod è contra si requiritur consensus, vel licentia, ratione præiudicij, sufficit quod quandocunque
169 † superueniat etiam lite pendente, quia in eius potestate est suo iuri renuntiare addo Gamma. *decisio.* 345. *num.* 3. *decis.* 15. *num.* 6. vbi quod necesse est vt appareat de expresso consensu, nec sufficit sola præsentia, tempore quo actus geritur, sicuti si in-
170 teruenirct † vti testis, facit etiam Rot. coram Ludouis. *decis.* 384. *num.* 12. nec præsumitur ex lapsu 30. annorum, vt asserit *Gamma.* contra quem meritò fuit iudicatum.

Quæ omnia procedunt inter patrem, & filium, nàm pari modo prohibetur illum authorare ad sui
171 commodum; † & authorando non satisfacit statuto, vt voluit Capicc. *decis.* 37. & post alios firmat Mastrill. *decis.* 186. *numer.* 22. vbi loquitur stante dicto *capitulo Regni* 78. *sub Carolo V.* addo Molfes. *consil.* 4. *num.* 24. post reper. ad consuetud. *tom.* 1. Rota Rom. coram Ludouis. *decis.* 260. *n.* 12. Cenci. de cens. *part.* 1. *quæstio.* 1. *capit.* 2. *artic.* 2. *num.* 13. vbi nonnullas decisiones Rotæ refert, neque enim; vt aliqui putant auctoritas patris sufficit stante statuto requirente decretum, & solemnitates, vt est nostrum, etiam si alienatio non redundet in eius vtilitatem, quia omnimodo iudicis decretum cum causæ cognitione interuenire debet vt belle ait Cenc. dicto loco *nu.* 12. & *ante*, posset tamen in dictis casibus, vbi de eius commodo non agitur eum authorare in iudicio ad petendam interpositionem decreti ad differentiam casus, vbi ad eius commodum alienatio fit, nàm tunc debet curator dari, qui inspicere debet, an expediat decretum petere, vel alienationem fieri, vt repræsentet iudici omnes circumstantias, quas forte taceret pater, nè decretum impediretur, vnde in hoc Regno stante dicto statuto Regis Caroli cessarent disputationes
172 de donatione causa mortis per filium familias † facienda patri, an requiratur iudicis consensus, vel sufficiat ipsius patris, de qua latè tractauerunt. Grass. §. *donatio causa mortis quæstio.* 3. & Peregrin. *decisio.* 51. *num.* 4. quia omnino deberet interuenire iudicis decretum; dato esset vera opinio Curtij Iunioris, quem sequitur Gratian. *disceptat.* 781. *numer.* 36. *cum sequentib.* *tom.* 4. quod sub tali statuto de contractibus loquente comprehenderentur donationes causa mortis post Menoch. Decian. & alios quos allegat, vltra per nos tradita supra sed dato esset dubia propter prædicta. verior opinio esset, quod saltem non posset ad sui commodum quicquid sit re-
173 spectu aliorum, tam si ageretur † de aduentitijs, vbi ipsi quæritur vsusfructus, quàm vbi esset eo priuatus, vel à lege, vel ab homine: secundum *Gratian. ibi. numer.* 7. *cum sequentib.* vbi loquitur etiam quando ex propria renuntiatione se ipsum priuauit.

Sed an dictum statutum fauore mulierum com-
174 prehendat illas, quæ minus honestè † viuunt, & meretricantur, dic quod sic quia dum prospicit conseruationi bonorum non considerat honestatem. Imò cum huiusmodi sui corporis prodigæ sint, præsumi debent dissipatricea bonorum, & quod ideo indigeant maiori auxilio, vt discurrit Stephan. *Gratian. dischept.* 962. *num.* 22. *tom.* 5. vnde deducit, posse similibus mulieribus si marito careant, vel quia non habeant, vel absens sit, dari curatorem
175 tanquam prodigis † ad text. *in l. mulier* 15. & *ibi gloss. D. de curator. furios.* iuxta illud. *Igneus ille furor nescit habere modum.*

Maximè quia priuilegia indulta mulieribus simpliciter, & indefinitè comprehendunt tàm corruptas
176 † quam honestas, vt discurrit Rota *coram Ludouis. decis.* 516. *num.* 1.

177 Et de læsione an requiratur † tempore actus ad hoc vt contractus factus per mulierem absque consensu propinquorum annulletur remissiuè adeas eundem *decis.* 333. vbi additio Beltramini, an autem huiusmodi contractus firmentur iuramento, maxima est difficultas, quia cum statutum non iudicetur potentius iuri communi, & obligatio mulieris de iure communi validetur iuramento, videtur quod eodem modo stante statuto, sed placet illa
178 opinio, quod quando † statutum imponit formam; & solemnitates adhibendas in aliquo contractu, tunc iuramentum istam formam non suppleat, & ità tenet Nepit. ad terminos dictæ consuetudinis Vrbis Catinæ ibi *numer.* 46. & Marius Muta ad terminos consuetud. Panormitanæ *capit.* 21. vbi de obligatione facta fauore viri, & de illa facta per filiumfamilias ad quem addo Rot. coram Ludouis.
179 *decis.* 182. vbi habes limitationem † bene discussam ad dictam consuetudinem Panormi, vide etiam Stephan. Gratian. *dicta disceptat.* 781. *numero* 3.

180 Sed an dictæ consuetudines ligent † eius ciues contrahentes extra territorium, distingue quod aut statutum prohibet contractus, aut personas contrahere; primo casu valebit, secundo non item, ita Gabriel *consil. primo, numero septimo*, Surd. *consil.* 535. *numer.* 17. *libr.* 4. & in statuto mandante donationes debere insinuari. Gratian. *discept.* 253. *numer.* 10. *vsque* 14. vbi approbat hanc distinctionem cæterum quid dicendum, si non fiat in fraudem statuti, aliqui tenent, quod valeat actus vti sunt Bald. *consil.* 418. *libro quarto*. Gabriel *destat. conclus.* 8. *numer.* 22. Cornel. *consil.* 421. *numero quarto in fine libro secundo*, Riminald. Iun. *consil.* 436. *numero* 9. & 31. & *consil.* 437. *numer.* 11. *libro quarto*, Gratian. *decisio.*

102. *numero septimo*, Petrus Pech. *de testament. coniug. libro tertio. capitulo decimo*. Paul. Emil. Gall. *de except. succes. part. 2. except. 9. num.6. & seq. titul.* 1. quæ opinio mihi non displicet.

Et sic imponendo finem huic discursui; firma remaneat conclusio, hanc donationem propter nuptias esse contractum, & illum quidem nominatum per consuetudinem inductum, magisque rationa-
181 bilem † quam illum antiquum donationis propter nuptias, cum per hunc, omnium bonorum dominium, & possessio remaneat pœnes virum, per illum verò transibat pœnes mulierem, quæ cum sui ipsius domina non sit, non decet dotis, & bonorum gubernationem habere sumpto argumento. ex text. *in l. hac lege* 8. *C. de pactis conuent.* vbi Imperator ait bonum esse mulierem, quæ se ipsam marito committit res etiam eiusdem pati arbitrio gubernari.

TRA-

TRACTATIONES PRIMÆ

DISCVRSVS SECVNDVS

PARTICVLA PRIMA.

ARGVMENTVM.

PERSONA an ſit peculiare ſubiectum iuris diſcutitur: Patres promptius donant filijs, quam matres; Patria poteſtas vnde originem trahat; & quis ſit eius effectus: Naturalis obligationis origo, & effectus traditur: Donatio an iure naturali teneat inter patrem, & filium? Ciuilis obligatio, quæ ſit demonſtratur: donatio morte parentis confirmata an retrotrahatur ad tempus donationis, & an ſpecialis approbatio requiratur in morte, & quando, & ex quibus cenſeatur reuocata ad hoc, vt non videatur morte confirmari; clauſula caſſans, &c. effectus traditur, an donatio confirmata retrotrahatur ad tempus, quo fuit condita.

SVMMARIVM.

1 *Ordo iuris eſt prius de perſonis, & poſtea de rebus querere.*

2 *Ius noſtrum in perſona, res, & actiones diſtinguitur.*

3 *Perſona an ſit proprium, & peculiare iuris ciuilis caput, an verò circumſtantia.*

4 *Perſona eſt ens materiale iuris, res verò formale.*

5 *Donantium diuiſio inter parentes, & extraneos affertur.*

6 *Naturale eſt parentibus filijs theſaurizare.*

7 *Mulierum donationes ad inſtar miraculorum iudicantur.*

8 *Patris magis, quàm filij intereſt ei, de æque pari coniuge prouidere.*

9 *Ius patriæ poteſtatis ad omnes, qui in Romano orbe exiſtunt porrectum eſt, quod de Chriſtiano orbe intelligit Alciatus.*

10 *Patria poteſtas impedit obligationem ciuilem inter patrem, & filium.*

11 *Patria poteſtas non iure naturali, ſed ciuili introducta fuit.*

12 *Naturalis obligatio oritur inter patrem & filium, quæ operatur retentionem: ſed contra num. 14. reſponde, vt in ſequentibus.*

13 *Obligatio naturalis dicitur abuſiua, & impropria, dum actionem non parit.*

15 *Naturalis obligatio eſt facti, & ideo non poteſt impediri per ius ciuile, & per hoc tranſit in ſeruum.*

16 *Æquitatis ratio debet haberi inter patrem, & filium dominum, & ſeruum.*

17 *Donatio iure naturali inter patrem, & filium tenet.*

18 *Patria poteſtate ceſſante, donatio excitatur à ſomno, &*

valeat ex tunc, non ex nunc, sed vide, num. 22.

19 *Conditio in donationibus inter patrem, & filium subintelligitur si filius pater superuiuat.*

20 *Diuisio naturalium obligationum per erudita refertur.*

21 *Ciuilis obligatio in duas diuiditur, in naturalem, ciuilem, & in ciuilem tantum.*

22 *Donatio morte parentis confirmata an retrotrahatur ad tempus quo gesta fuit, & num. 124.*

23 *Textus in l. donationes quas. 25. C. de donat. inter vir. & vxor. explicatur.*

24 *Fructus sunt coosecutiui dominij.*

25 *Donatio morte confirmata, media est inter donationem inter viuos, & mortis causa.*

26 *Collatio an habeat locum in donatione morte confirmata, & num. 30.*

27 *Donatarij debent capere de manu hæredis, vbi traditio non præcesserit, & donatio morte confirmatur.*

28 *Ficta traditio in casu vbi donatio morte confirmatur, an sufficiat.*

29 *Collatio cessat, vbi debet interuenire iudicium familiæ Ercifcundæ.*

31 *Specialis approbatio, an requiratur, vbi lex mortem tantum donatoris requirat. Cuiac. affirmat, sed contra est veritas vt in num. seq.*

32 *Patre mortuo, res vni filio donata, quando communis inter fratres efficiatur.*

33 *Donatio, quæ morte confirmatur, non indiget alia donantis approbatione.*

34 *Vsucapio non datur vbi verus titulus non præcedit.*

35 *Donatio morte confirmanda, an censeatur reuocata per clausulam, cassans.*

36 *Donatio, quæ morte confirmatur, in quibus ad diem ipsius adita, retrotrahatur remissiuè.*

37 *Donatio, quæ morte confirmatur, an & quando censeatur tacitè, vel expressè reuocata remissiuè.*

COgnito, quænam sit hæc donatio, & vnde pro-
ueniat, consequitur videre de personis, quæ
donare possunt, vel solent, nàm Iuris ratio expo-
1 scit, vt prius de personis, † postea de rebus quæratur,
parum est enim, vt Imperator nobis dictat, ius nosse,
si personæ, quarum causa constitutum est, ignoren-
tur, sicuti olim dicebat Caius I.C. *in l. prima D. de stat.*
2 *homin.* à quo primo accepimus Ius † in personas, res,
& actiones distingui, & hoc ordine nos quoque pro-
cedemus, licet non ignoremus hanc *Caij* diuisionem
ab aliquibus improbari, secutis *Apellum* non insub-
3 tilem Iuris consultum, putantem personam, † non
esse proprium, & peculiare Iuris Ciuilis caput,
ad quod pleraque in legibus referantur; sed nil aliud,
quam circumstantiam, quales sunt causa, locus,
tempus, quantitas, qualitas, & euentus; si creden-
dum est Claudio Saturnino, quem ipse allegat in
l. facta 16. D. de pœnis. personam inter circumstantias
prædictas perstringenti, ideò ait ipse, firmari debere,
Caium I. C. ordinem doctrinæ potius, quàm naturæ
secutum fuisse; sed taceat Iste, & quisquis est, qui
eum sequitur; congruum fuit prius de personis tra-
ctationem instituere, non quia de eis quoque larga
debebat esse tractatio, sed quia à personis tamquam
4 ens materiale † seu dicamus essentiale Iuris, initium
sumendum erat potius, quam à parte formali,
vel quia persona erat subiectum Iuris, sine quo qua-
litates subsistere nequibant, neque in esse produci,
quod & Hermogenianus nobis insinuare videtur *in l.*
2. de stat. homin. dum ait, hominum causa Ius con-
stitutum esse; quorum Iuris consultorum vestigijs
inhærere magis vtile existimamus, quàm alienige-
nis intellectibus inniti: quare ordinatim proce-
dendo, hæc donatio aliquando fit à parentibus,
5 † quandoque ab extraneis; & exordientes ab illis,
quæ à parentibus fiunt, tamquam à magis frequenti-
bus. Natura enim fit, vt parentes filijs thesaurizent,
6 illaque eis dispensent, † vt probatur *in l. nam & si.*
15. D. de inoff. testam. inter illas donationes, quæ ab
eis fiunt, Caput sit Donatio quæ à patre fit, tàm quia
persona dignior est, quàm quia frequentius donant
patres, quàm matres; inualuit enim dictum, vt
donationes à mulieribus profectæ miraculum existi-
7 mentur, illæ enim numquam, † aut raro donant, be-
nè autem in morte relinquunt, quando velint, nolint,
omnia sunt dimissuræ; quare hæreditatem facilius est
à fœmina expectare, quàm vel per paucam inter vi-
uos donationem *gloss. in l. si à sponso. 16. vbi Bald. C. de*
donat. ant. nupt. Tiraquell. de legib. connub. l. 9. num. 35.
Mantic. de tacit. & ambig. lib. 13. titul. 17. num. pri-
mo, Gratian. *discept. 669. num. 17. lib. 4.* iterum, pa-
ter donat quandoque filijs nupturis, quandoque
ipse nupturus donat filijs suis nascituris; nostra
tractatio erit de donatione, quæ fit à patre filio vxo-
8 rem ducenti, cuius magis † quàm ipsius filij interest,
vt felix, faustumque sit eius filij matrimonium,
ob quod dubitandum minimè iudico omnia ex ani-
mo quemcumque gesturum vt filio possit æquè bo-
na, ac honesta vxore prouidere quamlibet libera-
litatem exercendo; hoc enim naturæ dictamen est,
quod immutabile existimatur; sed tamen licet hæc
ità sint, vetat ciuilis ratio, vt quod natura prodi-
tum est, effectum sortiatur, cum enim iure Ciui-
li Romanorum constitutum sit, vt Romani Ciues
filios in eorum potestate habeant, *lege 12. tabu-*
larum primo hoc disponente, postea verò Antoni-
9 ni Imperatoris constitutione ampliante † ad om-
nes, qui in orbe Romano sunt, Roma communi
patria effecta ad *l. Roma. 33. D. ad municip.* quod de
Christiano orbe capiendum Alciatus duxit *lib. 2. di-*
spunction. capitul. 22. & sequent. & lib. 4. parergon
capit. 5. cuius meminit Pereira *decision. 2. numer. 13.*
restringens ad subditos Imperij Romani, impedi-
10 mento esse cepit hæc patria potestas, † ne inter
patrem, & filium aliqua Ciuilis obligatio subsiste-
ret, imò ne oriretur effecit, atque ideo nullius
acquisitionis capax filius remansit, quæ à patre
ortum haberet, cum ad hoc deficeret terminus, à
quo, & ad quem, vna persona filio cum patre effe-
cto; sicuti enim impossibile esset, vt contra se ip-
sum quisque agere posset, vel se sibi obligare, ita
pariter vt filius familias cum patre, vel pater cum
filio familias agat, fieri minimè potest, *l. Imperator.*
50. D. ad Senat. consult. Trebell. l. ne cum filiofamil. 16.
D. de furt. vbi Paulus ait *ne cum filiofamilias pater furti*
agere possit, non Iuris constitutio, sed natura rei impedi-
mento est, quod non magis cum ijs, quos in potestate
habemus, quam nobiscum ipsi agere possumus. quod ac-

cipien-

accipiendum est, nè putemus hoc etiam Iure naturæ
processisse, sicuti quidam existimant, per illud ver-
bum, sed natura etenim non ex Iure naturali hoc
prouenit; sed tantum ex Iuris non scripti constitutio-
11 ne introductum est, † filios sub parentum potestate
esse; ex quo ortum habet, quod ex natura ipsius rei,
idest constitutionis proueniat, vt inter illos nulla ra-
tio exerceatur, ad quod noua Iuris constitutione opus
non fuit, cum in consequentiam necessariam hoc eue-
nire cognitum fuerit, quod Accursius ibi videtur sen-
tire, verum enim verò intantum natura nunquam
prohibuit, filium aduersus patrem, & è conuerso, age-
re posse, vt inter eos verius sit obligationem natura-
12 lem contrahi † vt tractat African. *in l. frater à fratre
38. D. de condict. indebit.* & si naturali obligatio actio-
nem non producat, quia facti tantum est. *l. naturalis
10. C. de obligat. & actio.* attamen inter eos exceptio-
nem, seu dicamus retentionem patit, solutique repe-
titionem impedit, vt perbellè a Petro Ricciar. tradi-
tum est super *instit. tit. de obligat. num. 411. cum seq. &*
13 *num. 435. cum seq.* & confirmatur à Duareno loco
statim citando, quarè abusiuè, & impropriè † obliga-
tionem dici affirmat I. C. in *l. fideiussor. 17. §. natura-
lis. D. de fideiussor.* latè Fontanell. *de pact. nuptial. clau-
sul. 4. gloss. 7. parte prima* vbi plures effectus natu-
ralis obligationis agglomerauit, miro ordine, vt
assolet.

Sed longè aliter super dicto puncto videtur sentire
Cuiacc. in tractatione nona ad Africanum in dicta *l.*
14 *frater à fratre.* quod imò naturalis obligatio † nec
momento constare possit inter patrem & filium, cum
statim ipsoque iure patri acquiratur, quam opinio-
nem ante eum tenuit Bald. si credimus Iasoni in dicta
l. frater à fratre num. 44. sed certè horum opinio Iuri
repugnat, & rationi; Iuri repugnare videtur, ex eo
15 quod cum naturalis obligatio sit facti, † Iuris ciuilis
cõstitutio facere non potest, vt non transeat in filium,
cum etiam in seruum transire certum sit; vt probat
Anton. Gouean. *in tit. ad l. falcid. §. 17. num. 6. & 7.* Ra-
tioni, quia cum naturalis obligatio in quadam æqui-
tate fundetur, vt explicat Duaren. *in l. si pupillus 127.
D. de verbor. obligat.* quis negabit, quod æquitatis
16 † ratio haberi non debeat inter huiusmodi personas;
ex quo remanet roborata communis opinio, quam
post Bart. & alios scribentes *in d. l. frater a fratre.* te-
nent ibi Iason, Caccialupus, Crotus, & alij scribentes,
quibus addo eximium doctorem Mart. *de success. legal.
par. 3. quæst. 12. artic. 4. num. 8.* Non obstat Cuiacc. qui
magis vrgere videtur, nàm ei respondet D. Anton. Fa-
ber *lib. 20. coniect. Iur. cap. vlt.* ad saturitatem vsque
videndus.

Et in terminis donationis, quod iure naturali in-
17 ter patrem † & filium sustineatur, tenuit satis apertè
Bart. loco citato. *num. 57.* mouetur quia lex Ciuilis
tantummodo resistit, quæ inducendo Ius patriæ po-
testatis, operatur, vt donatio omni effectu euacue-
tur, sequitur Iason dicto loco paulò post *num. 44.* re-
spondens Baldo, qui in repetitione *l. 2. C. de inoffic. te-
stam.* contrarium professus fuit, & nouissimè pro hac
opinione multos allegat Fontanell. *de pact. nuptial.
claus. 4. gloss. 7. par. 1. num. 3.* vbi reprobat Gomezium
contra sentientem.

Et quod naturalis obligatio contrahatur, apparet
apertè, nàm videmus eam quodammodo resurgere
cessante patria potestate, vel per mortem, vel per
emancipationem, etenim tunc incipit vires reas-
sumere, & effectum habere, non tanquam noua
18 donatio, sed tanquam antiqua, † quod quidem
non esset, si omninò a principio fuisset inutilis, vn-
de potius dicitur dormire durante patria potestate,
ac postea illa cessante se suscitare non tanquam à
morte, sed tanquam à somno, ita post Bartol. Ia-
son & alios affirmat Crotus in repetitione *dictæ l. fra-
ter à fratre, num. 83.* Clarus *in §. donatio. quæst. 8. ver-
sicul. scias etiam* Facchin. *controuers. iur. lib. 3. capitul.
73.* Philipp. Paschal. *De virib. patr. potestat. part. pri-
ma capitul. 40. numero 31.* Cancer. *variarum resolu-
tionum libro primo capitul. 8. titul. de donat.* vbi ex hoc
19 in *numer. 52.* ait, in huiusmodi donationibus † con-
ditionem inesse videri, dummodo quod patri fi-
lius superuiuat, hoc idem firmat *in libro 3. titul. de
transmiss. capitul. 21. num. 105.* Surd. *consil. 351. num.
27. vsque 29. & numer. 39. lib. 3.* D. Gratian. *discept.
405. num. 18. tom. 3. & discept. 663. numer. 16. & 17.
lib. 4.* decisum in nostro Regno Castill. *decis. 133. num.
12. tom. 2.*

Et pro perfecta cognitione supradictorum, ad hoc
vt pateat differentia, quæ est inter ciuilem, & natura-
lem obligationem, & quando naturalis cum ciuili
vniatur, quando verò minimè, aduertendum puto,
20 † naturalium obligationum, quæ ex ratione, & na-
turali æquitate ortum habent, ad text. *in leg. stichum
95. §. naturalis. D. de solutio.* aliquas a Iure ciuili appro-
batas fuisse, illæ equidem, quæ visæ fuerunt præcæ-
teris ad Republicam continendam necessariæ, &
hæ legitimæ conuentiones appellantur, quæ ideò di-
cuntur naturales ciuiles: ex eo, quia cum à natura
proditæ fuerint, à Iure Ciuili approbationem sunt
consecutę. Alias verò non approbatas, quę naturales
tantùm vocantur, de quibus proditum est, vt supra di-
ximus, exceptionem parere, atque soluti repetitionem
impedire. *d. l. naturales. 10. D. de obligat. & actio.* cum
supracitatis, & inter has hanc obligationem inter pa-
trem, & filium connumerandam puto, vt ex prędictis
satis patere potest.

21 Rursus Ciuilis † obligatio bifariam distinguitur, in
naturalem ciuilem, & in ciuilem tantum, patet, quia
ciuilis per se tolli potest manente naturali. *l. Iulianus.
60. D. de condit. indebit.* Item naturalis tolli potest ma-
nente Ciuili, sicuti fit per pactum de non petendo, se-
cundum Cuiacc. *ad l. pupillus. 127. D. de verb. oblig.* per
quæ satis superque apparet naturalem obligationem,
quę sola consistit inter patrem, & filium causam esse,
vt sublato ciuili impedimento post cessationem patriæ
potestatis donatio reconualeat, morte igitur patris
donatio incipit roborari. Et hæc est prima limitatio
22 ad regulam iam dictam; sed an ex nunc, † an verò
ex tunc robur accipiat, tetigimus suprà *numer. 18.* &
maxima est inter scribentes controuersia; nam Ac-
curs. in *l. donationes quas parentes. 25.* in verbo refe-
ratur *C. de donat. inter vir. & vxor.* tenet retrotra-
ctionem fieri quò ad fructus, sed non quò ad domi-
nium, quem secutus fuit Bartol. in *l. si is qui pro tempore
nu. 3. D. De vsucapio.* Castr. Alex. Iul. Clar. Conarr. An-
ton. Gomez. relati per Facchin. *lib. 3. controuers. Iur. ca-
pitul. 73. addo* Crot. in *l. si quis pro tempore. numer. 15.*

Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. libr.* 21. *tit.* 7. *num.* 24. videndus Molin. *de rit. nupt. lib.* 3, *quæstion. prima num.* 47. cum pluribus sequentibus, Ludouic. *decis. perus.* 66. *num.* 33. Costa *de retrotract. cap.* 8. *cas.* 25. *numer.* 2. vbi multos affert, cuius sententiæ fundamenta possunt videri apud Fachineum dicto loco, vbi quatuor referuntur, & confutantur; verior namque est opinio cōtraria, quæ habet textum expressum
23 † in dicta *l. donationes quas* 25. *C. de donat. inter vir. & uxor.* ibi *Si verò vel non amplior sit donatio, vel cum amplior esset in actis insinuata sit, tunc & silentium donatoris, vel donatricis, & specialis confirmatio ad illud tempus referatur, quo donatio conscripta sit; sicuti & alias ratihabitiones negotiorum gestorum ad illa reduci tempora oportet, in quibus contracta sunt*. quem Textum secuti sunt gloss. *in l. sequent.* 70. *de legat.* 2. Aretin. Imol. Angel. Ias. Crot. dicto loco citato, qui postea nobiscum tenet Ruin. Sebastian. Massa. Alciat. *numer.* 122. Facchine. loco citato. addo Tiraquell. *in l. si vnquam*, verbo, libertis. *in libro meo. num.* 122. *vers.* 7. per Mantic. citatum *num.* 105. de quo ipse in dicto *titul.* 7. *numer.* 26. notat scriptoris vitio corruptum esse, dum dicit retrotrahi quò ad dominium, & non quo ad fructus, cum allegati per eum dicant contrarium, ideo credo, ipsum voluisse dicere retrotrahi quo ad dominium, & quo ad fructus sublata negatione, constat
24 enim fructus esse consecutiuos dominij † *l. & ex aduerso.* 36. §. *vbi autem. D. de rei vendicat. l.* 1. & 2. *C. de pignorat. act.* hanc etiam opinionem modernissimè tenet Fuluius Constant, *in dicta l.* 1. *num.* 144. *C. pen. fiscal. credit. præferri*, ante eum Fontanell. *clau.* 4. *gloss.* 7. *parte* 2. *num.* 49. *fol.* 112. *in coloniensibus*, & quod magis existimo in eam descendit D. Præses Faber *de error. pragmat. decad.* 46. *err.* 5. *num.* 14. & 15. & iterum *decad.* 42. *error.* 3. *nu.* 9. *par.* 2. vbi dicit istam donationem propriam, & specialem habere naturam,
25 † vt neque quo ad omnia mortis causa, neque in totum inter viuos dici possit; ibique conuenientias, & differentias, cum vtraque optimè more suo refert quod etiam firmauit *decad.* 40. *error.* 3. *num.* 1. *d. part.* 2. tantum dissentiens ab alijs, dum inferri volunt huiusmodi donationem conferri, quasi per talem retrotractionem efficiatur donatio inter viuos,
26 quam scimus, & in collatione † venire, vt arguit Fachineus, *dicto tractat. lib.* 6. *cap.* 64, per Fabrum ibi citatus, vbi ipsum meritò virum diligentem, & perspicacem appellat, diuersa namque super hoc est tenenda sententia, & neganda est consecutio, quod imò conferri non debeat, non enim ex hoc quod retrotrahitur, dicenda est donatio inter viuos, cum potius sit speciale in hac donatione inter patrem, & filium, & inter virum, & vxorem, vt quod naturali Iure ab initio valuit, postea omni iure reconualescat; in tantum, vt non per hoc desinat esse similis vltimæ voluntati
27 † ita vt traditione opus habeat, aliàs cogantur donatarij accipere de manu hæredis, sicut & in cæteris vltimis voluntatibus; ità enim firmant Couarr. Clar. & Fatinat. adducti per Fuluium Constant. *in loco statim citato num.* 145. aliique per Gratian. discept. 82. *num.* 13. Mantic. *loco citato, num.* 32. vbi an ficta tradi-
28 rio sufficiat † & postquam plures D. Barbos. *ad lib.* 4. *decret. tit.* 20. *cap. vltim. num.* 21. *in fin.* Molin. de rit. nupt. *lib.* 3. *quæst.* 1. *nu.* 37. vbi alios modos confirmandi commemorat post mille Hispanos Fontanell. *dict. claus.* 4. *gloss.* 7. *par.* 2. *num.* 36. nam si neque vera, neque ficta interueniat traditio, omnis collatio cessat; ratio est, quod cum simus in vltima voluntate hæc donata per arbitrium familiæ erciscundæ filio sunt adiudicanda *l. filij cuius.* 18. *C. famil. erciscund l.* 2. *C. de inoff. donat. l. cum pater.* 77. §. *pater pluribus: D. delegat.*
29 2. Quando † verò hoc familiæ erciscundæ Iudicium interuenit, certum est de collatione tractari, prout in datis, & relictis in vltimis voluntatibus videmus; vt abundè probat Anton. Faber *decad.* 46. *cap.* 5. *pat.* 2. *de err. pragm.* quæ quidem disputatio circa collationem, & retrotractionem non est inutilis, quia duo resultant effectus maximi. Primus vt hypothecæ medio tempore contractæ, per retrotractationem cadant, ad *l. lex vectigali. fundo.* 31. *D. de pignor.* Secundus; vt collationi locus non sit, quando lumus in donatione simplici inter patrem, & filium, quæ egear morte vt confirmetur, si credimus Fabro, licet de hoc secundo pro
30 modo aliquid non firmen, † solum quò ad primum, dico verius esse hypothecas non resolui, licet donatatio contra hæredem dandus sit regressus, ad hoc ne patris familias voluntas destruatur, debet enim donatario præcipua res adiudicari, vnde hæres Iuere tenebitur, vt latius *in secunda Tract. speciali* 29. traditū est. Habemus itaque, quod morte patris donantis confirmationem accipiat donatio in personam filij, manente illo in eadèm voluntate.

Restat videre pro complemento quæstionis, an, vltrà perseuerantiam in eadem voluntate requiratur
31 aliqua specialis approbatio † patris donantis, & requiri putat Cuiacc. *ad l.* 2. §. 1. *D. pro hæred. & ad Paulum lib.* 5. *sentent. tit.* 2. §. *pater* mouetur ex textu in *l. prima* §. *primo D. pro donato.* vbi Paulus ait *si pater filio, quem in potestate habet, donat, deinde decedat, filius pro donato non capiet vsu, quoniam nulla donatio fuit*, iuncto altero textu in *l.* 2. §. *filium quoque D. pro hæred.* vbi idem Paulus ex Seruio refert, filium non posse pro hærede rem sibi donatam à patre, vsucapere, in tantum secundum Mart. *de success. legal. par.* 3. *quæstio.* 12.
32 *art.* 4. *num.* 8. vt eo mortuo res communis † cum fratribus efficeretur, per quę putauit doctissimus vir speciali confirmatione opus esse, nec mortem solam sufficere, ratione, quia si sufficeret, dominium transiret, & caperet vsu, alij aliter capiendo intellexerunt has Pauli, & Seruij sententias procedere, vbi donata esset res aliena, prout refert Fachineus *d. lib.* 3. *cap.* 73. *ad fin.* & pluribus intellectibus relatis, nouum quemdam tradit Coral. *in d. l. frater à fratre, num.* 48. & 68. prima enim facie satis apertè pugnare videntur cū prædictis; sed re vera nil faciunt, & tenendum est, prout commu-
33 niter tenetur, quòd mors sola sufficiat † ad validitatem donationis. Non obstant Textus prędicti, qui ideo vsucapioni locum esse negant, quia & si patris morte donatio confirmatur; attamen non ex hoc transit dominium, nisi adiudicatio per Arbitrium familiæ erciscundæ facienda sequatur, qui, vt dixi, secutus patris familias Iudicium, donationem confirmare volentis, rem filio donatam præcipuam adiudicare debet; qua secuta, efficietur dominus, nec recipiendus est intellectus eorum, qui firmarunt, *Paulum* ibi de rebus alienis donatis loqui, etenim apertè repugnant verba ipsius *Pauli in fin. dict. l.* ibi *Cum consequens est, vt filius à patre*

*hæres institutus, res hæreditaria a patre sibi donatas, pro
parte cohæredum vsu capere non posse*: ex quibus verbis
non obscurè percipimus, non de rebus alienis donatis
Paulum locutum fuisse, sed de paternis proprijs, aliàs
res hæreditarias minimè vocasset, nec minus partes
filiorum cohęredum dixisset illas, quas constat nun-
quam in dominio defuncti fuisse, ex quo alienæ quod
cum ita sit, illæ à cohæredibus neque vsu capi potue-
rant; nam vt ait Anton. Faber *decad. 42.error.3. nu-*
34 *mer. 7.* nulla de vsucapione quæstio esse potest † e-
tiam pro donatio, nisi pręcedat titulus, illeque talis,
qui re vera, & non sola opinione subsistat; ad tex-
tum in *l. prima D.de donat. & l.vltima, & penultima C.
pro hærede.*

Quarè ex his dicendum est alia confirmatione o-
pus non esse, sed sufficere tantum illa tacitam, quæ
oritur ex reuocatione non facta, quasi ex hoc videa-
tur confirmare voluisse dum reuocare potuit & noluit;
Molinus dicto *lib.3.capit.par.num.* 35. vbi quod dona-
tio sola coniectura morte confirmatur eo, ipso
quòd contrarium non disponat, sed an sufficiat clau-
35 sula † cassans, reuocans in fine testamenti viden-
dus idem ibid. *num.* 45. *&* 46. vbi distinguit, & An-
ton. Faber. *C.de reuoc.vel. donat.defin.* 20. & sic deficit
fundamentum eorum, qui contrariæ opinioni adhæ-
sere, de quibus per Facchin. loco citato circa finem,
& in quantum ad Cuiacc. mihi videtur, quod non re-
get conclusionem, inspecto Iure hodierno post *Tex-
tum prædictum* dictæ *l.donationes quas*. Sed sua dispu-
tatio est attento Iure antiquo, de quo etiam est le-
gendus Antonius Faber *loco statim citato, & decad.* 40.
error.3.tom.2. sanè hæc retrotractionis doctrina in do-
36 nationibus, † quæ morte confirmantur, ampliatur
atque limitatur in multis casibus, qui videri possunt
pœnes Costam *Dicto casu* 25. *capit.* 8. *tractatus prædi-
cti*, & apud Molinum loco proximè citato, ad quos
beneuolum lectorem remittimus.

Diximus confirmari post patris mortem donatio-
nem ab eo factam, patre in eadem voluntate perma-
nente, dummodo quòd traditio interuenerit ad mi-
nus ficta, nunc locus est quærendi, an tacitè, vel ex-
37 pressè reuocari † possit, ità vt confirmari nequeat,
super quo nè ordinem cęptum deceramus, ad Moli-
num in loco sæpius per Nos citato *supra numer.* 28. &
Fontanellam, qui latè punctum examinant, Item ad
Sances de matrim. *lib.6.disp.*15.*fol.*499. recurrendum
esse putamus, nec non ad latè per nos tradita infra *hoc
eodem discurs.2. partic.7. ad finem.*

TRA-

TRACTATIONE PRIMÆ

DISCVRVSVS SECVNDVS

PARTICVLA SECVNDA

ARGVMENTVM.

BANNVM quale operetur mortem ciuilem, ad hoc vt donatio confirmetur. Donatio in casu deportationis facta quando valeat: Fiscus quando loco hæredis habeatur. Quantitas reseruata in donatione an fisco queratur, vel donatario. Ius adeundi ad fiscum non transit, neque legitimæ detrahendæ; sed an in hęredes transmittatur? Bannitus restitutus quando dicatur nouus homo: Reseruatio vsufrũ ctus quid importet: Viro bannito vxor quando petat dotes, & dotarium, & quando quartam. Praxis ciuiliter agendi contra bannitos refertur, & quisnam citandus sit in iudicijs executiuis, & ordinarijs; statutum continuans possessionem in operetur respectu fisci.

SVMMARIVM.

1 *Mors ciuilis operatur eundem effectum, quam naturalis, cum distinctione vt num. seq & num. 3.*

2 *Fictio iuris ciuilis sufficit ad tollendum ciuile impedimentum.*

4 *Donatio inter virum, & vxorem, æquiparatur illis, quæ inter parentes fiunt.*

5 *Textus in leg. cum hic status. 32. §. si maritus. §. de donationibus inter vir. & vxorem, ad concordiam educitur, cum textu in l. si res vxoris. 24. Cod. eod. titul.*

6 *Donatio inter patrem, & filium, que morte confirmatur, an differat à donatione caussa mortis, in hoc casu. vt deportatione coniugis confirmetur, & num. 9. vbi ratio.*

7 *Mortis caussam donationem mariti deportatione confirmari qualis textus probet.*

8 *Textus in l. sed si mors vsque ad §. cum quis. D. de donat. inter vir. & vxor. Triboniano adscribitur per Cuiacc.*

10 *Mariti donatio in vxorem facta, in casu, quo esset deportatus, valet, si non sit præparatoria ad delictum.*

11 *Marito licet donationem deportationis caussa factam, vel deportatione confirmatam reuocare vsque ad mortem.*

12 *Cautela ad fraudem fisci, quam Baldus tradit, refertur.*

13 *Reseruata in donationibus, an acquirantur fisco, an verò donanti, vel donatarijs aduersus Mastrillum, & alios nostrates.*

Fiscus

14 *Fiscus est loco hæredis in bonis banniti licet extranei, non sui.*
15 *In fiscum transeunt obligationes banniti, etiam ex natura prouenientes, ità vt teneatur filias ipsius dotare.*
16 *Facultas personalis declarandi, vel disponendi, non est transmissibilis.*
17 *Verborum formulæ non sunt attendendæ, nec in eis vis facienda.*
18 *Testamentum, neque alia vltima voluntas esse potest ei, qui deliquit.*
19 *Reseruationis natura est nil addere, vel minuere: exemplum statim.*
20 *Renuntians si reseruet sibi succedendi facultatem, non procedit, nisi volente patre, vel mortuo intestato.*
21 *Thesauri decisio 97. de quæstione inter donatarium, & hæredes donantis super summa reseruata executitur.*
22 *Senatus Neapolitan. & Vinc. de Franch. laudes, & quàm maxima sit eorum auctoritas, traditur.*
23 *Textus in l. conficiuntur. 8. cum gloss. D. de iure codicillor. examinatur. num. seq. vsque 25.*
24 *Successor ab intestato habet titulum à lege, & non ab homine.*
25 *Fictio quid sit definitur, quid verò successio importet.*
26 *Ius adeundi hæreditatem delatam an in fiscum transeat, quod non tenet Ruinus, & Auctor. assentitur.*
27 *Ius adeundi non est in bonis nostris, ideò non venit in generali obligatione, nec potest per creditores exerceri.*
28 *Ius adeundi potest repudiari in præiudicium Creditorum, & fisci licet primum liceat in foro Poli.*
29 *Creditores præferuntur fisco in exigendis pœnis.*
30 *Legitima quæritur filio ipso Iure, ideo videtur repudiari non posse in præiudicium Creditorum.*
31 *Supplementum legitimæ an possit repudiari in Creditorum præiudicium, cum transmittatur etiam non agnitum.*
32 *Supplementum legitimæ transmittitur non agnitum etiam in extraneos hæredes.*
33 *Ius legitimam detrahendi in hæredes transmittitur cum sua qualitate oneris reijciendi.*
34 *Legitima non dicitur incommutabiliter quæsita, nisi secuta agnitione.*
35 *Filius non cogitur Trebellianicam detrahere in vtilitatem creditorum.*
36 *Maritus an in præiudicium vxoris possit legitimam repudiare.*
37 *In dubio sicuti contra fiscum iudicari debet, ità fauore dotis proferendum est iudicium.*
38 *Legitimæ detrahendæ Ius in fiscum transit (si non repudiauerit) eius morte secuta & num. 41. vbi ratio.*
39 *Habens actionem ad rem, ipsam rem habere videtur.*
40 *Nostrum, quod est, amplius nostrum fieri non potest.*
42 *Mors Ciuilis operatur extinctionem obligationum, sicuti naturalis, tàm in obligationibus Ciuilibus, quàm naturalibus.*
43 *Bannitus restitutus non tenetur respondere antiquis creditoribus super bonis post restitutionem quæsitis.*
44 *Exceptio extinctionis obligationis propter bannum, & confiscationem, est intentionis, & facti & admissibis pacto de non opponendo non obstante.*
45 *Iuramenti vis cessat, sublata principali obligatione, quia sequitur naturam actus.*
46 *Iuramentum non ligat bonis per fiscum incorporatis.*
47 *Pacta executiua sequuntur naturam actus.*
48 *Bannitus restitutus si bona recuperet, siue per vniuersitatem, siue per quotam creditoribus, respectiuè tenetur, limita vt statim.*
49 *Restitutus ad bona particularia, non tenetur creditoribus respondere, intellige vt infra.*
50 *Creditores banniti restituti quomodo se habere debeant, restitutis bannito bonis, sed non traditis aduersus Gratian.*
51 *Fiscus non admittitur ad bona reseruata, quandò reseruatio est facta à donante respectu donatarij, vt non disponat nisi de toto.*
52 *Vxor donataria mariti an possit molestari super bonis propriis ratione summæ per maritum in donatione reseruatæ in fructibus consistat.*
53 *Maritus legitimus administrator bonorum vxoris, præsumitur sibi soluisse.*
54 *Debitor Creditoris, cuius bona proscripta fuerunt, potest ei soluere, si onus de tribus non interueniat.*
55 *Possessor si desinat possidere, onus annuum transit cum re etiam quò ad præterita facta resolutione ex pacto.*
56 *Possessor si voluntariè desinat possidere, non liberatur ab onere assumpto.*
57 *Resolutio quando fit ex causa necessaria, vtpura ex pacto resolutio, vel legis commissoria ex ea præiudicatur tertius, qui medio tempore contraxit.*
58 *Reseruatio fructuum super re aliqua percipiendorum, est quasi quidam vsusfructus formalis, qui morte ciuili extinguitur.*
59 *Vsufructus non transit in fiscum, sicuti nec in alium successorem.*
60 *Filij, confiscatis bonis paternis, possunt materna deducere, nec vlla habetur ratio vsusfructus patri debiti.*
61 *Pœna deportationis in quibus casibus hodie verificetur.*
62 *Bannitus quilibet non habetur pro mortuo, sed ille tantummodo, qui prò pœna capitali elapso anno damnatur in sententiam capitis.*
63 *Banniti prò causa leui, non habentur prò mortuis, nec possunt impunè offendi, nec foriudicari, quidquid sit respectu confiscationis.*
64 *Vxores possunt petere dotis restitutionem viris bannitis etiam prò causa leui, sicuti & dodarium.*
65 *Vxori hæretici de iure constitutionum Regni debetur etiam dodarium.*
66 *Quarta debetur coniugi pauperi in bonis viri banniti, vel hæretici.*
67 *Vir restitutus quomodò agat ad bona, & fructus Dotis contra vxorem.*
69 *Adiudicatio, seu insolutum datio iudicialis est apta ad translationem dominij.*
70 *Fideicommisso subiecta licitè prò dotium restitutione distrahuntur.*
71 *Adiudicatio, seu insolutum datio Iudicialis nullius est roboris, celebrata non cum legitimo contradictore.*
72 *Bannitus in sibi nociuis tenetur comparere, vel procuratorem constituere, alias tanquam contumax potest condemnari, licet agere non possit.*
73 *Curator absenti dari solet, quando iudicium est cum eo instituendum.*
74 *Index rectè decernit, curatorem absenti subdito suæ iurisdictioni, vel ratione contractus, vel rei sitæ.*
75 *Antonius Palma famosus causidicus laudatur.*
76 *Statum Comitis Castri habet fideicommissarios pro hæredibus*

dibus, etiam in executiuis.

77 *Dominium absque traditione non transfertur ex contractu inter viuos.*

78 *Possessio requirit actualem apprehensionem, vt censeatur acquisita ex contractu inter viuos quidquid sit, stante Statuto, vel constituto.*

79 *Constitutum habet vim realis traditionis, licèt modus sit fictus.*

80 *Iudicia executiua in hoc Regno diriguntur contra possidentes, ideò opponens de possessione, impedit executionem, si possessio sit iusta.*

81 *Iudicium executiuum ideò dirigitur contrà possidentem, quia habet facultatem rei restituendæ.*

82 *Solutus titulus non sufficit, ad hoc, vt quis dicatur legitimus contradictor.*

83 *Citandus non est habens actionem ad rem, nec substitutus, nec habens interesse in consequentiam.*

84 *Citandus non est qui læditur in consequentiam.*

85 *Fideicommissarius est legitimus contradictor, quando potius est bonis hereditate vacante.*

86 *Statutum de continuanda possessione non operatur fauore fisci venientis ex delicto.*

ET prosequendo omnes donationum species, quæ vel confirmantur, vel à principio sustinentur, non obstante vinculo patriæ potestatis, ad hoc vt ad nostram pro matrimonio factam deinum accedamus, secundus occurit modus donationis inter patrem, & filium confirmandæ, si mors videlicet ciuilis interueniat,
1 quæ circà hoc eundem effectum operatur, † quemadmodum naturalis ipsa, post Bal. Imol. Roman. Annib. Boss. Marf. Didac. Couarr. Palat. rub. Iaf. Natt. Emau. Costa Caffan. Cost. *Surd. conf. 171. à num. 7. vsque 15. & decis. 166. num. 10. &* Molin. de ritu nupt. *d. cap. primo num. 29. libr. 3.* Sed quomodo id eueniat eccurrendum est ad Duaren. *in tit. de donat. inter vir. & vxor.* vbi ità distinguit, quod aut ciuiliter quis mortuus dicitur, ex quo deportatus, vel in metallum damnatus existat, & tunc non est dubium, donationem confirmari, ratio est manifestissima; nam cum de iure ciuili iste ta-
2 lis pro mortuo habeatur sufficit talis fictio † ad tollendum ciuile impedimentum, quod erat inter virum & vxorem, nè donatio valeret. *l. res vxoris. 24. C. de donat. inter vir. & vxor.* qui casus extenditur, etiam quod stante crimine bona fuerint publicata, nam non per hoc fiscus bona vxori donata reuocare poterit Alciat. *lib. 6. Parergomenon cap. 27. & in l. post contractum num. 12.* vbi Coraf. & alij. Aut verò mortem sibi quis consciuerit conscientia sceleris, vel eius memoria post mortem pro grauitate delicti damnata
3 sit, & tunc donatio minimè confirmabitur. † *l. cum hic status. 32. §. si maritus vxori. D. de donat. inter vir. & vxor.* cuius sententia placuit etiam Alciato loco citato, sequitur Tiraquell. *in l. si vnquam in verbo, libertis, num. 105. vers. 8. hæ donationes* Couarr. *in Rubr. de testam. part. 3. numer. 4. Card.* Mantic. *De tacit. & ambig. conuent. lib. 21. tit. 7. num. 7. 8. & 9.* & nouissimè D. Gratian. *disceptat. 172. num. 10. & 13.* quæ Iura, & DD. per me adducti licèt loquantur in terminis donationum inter virum, & vxorem factarum, attamen eadem conclusio procedit in terminis, de quibus agimus, cum hæ donationes inter patrem, & filium à pari procedant cum illis, quæ in coniuges conferun-
4 tur † vt voluit Peregrin. *de iur. fisci lib. 5. cap. p. nu. 148. vers.* hæc autem distinctio; & ita huiusmodi obiectioni respondet D. Geatian. *loco cit. n. 12.* & est frequens verbum in ore omnium doctorum, quod licitum sit arguere de vna ad aliam, postquàm Iustiniano placuit illas inter se exequare, vt apertè ostendit in eius constitutione in *d. l. donationes quas parentes. 25. C. de donat. inter vir. & vxor.* Molin. de primog. *lib. p. cap. 12. num. 9.* Sanchez *de matr. disp. 14. 4 num. 6. lib. 6.* mille per Fontanell. *de pact. claus. 4. gloss. 7. p. 2. n. 31.*

Sed redeundo ad dictam *l. si res vxoris* nè videar fugere aleam, non ignoro circa materiam huius constitutionis Constantinianæ magnam esse inter nostrates controuersiam; ande directò ei obstet textus prædi-
5 ctus in *l. cum hic † status. §. si maritus vxori*, an verò concordari possint, & denique an hic secundus, qui Vlpiani textus est, per dictam Constantini legem fuerit correctus, quas opiniones cum suis auctoribus, & sequacibus, refert olim meritissimus Regens Fulsius Constantius ad *l. primam C. p. et n. fiscalibus creditores præferri lib. 10. num. 141.* cum sequentibus, vbi licèt Duarenum nec alios citet per me citatos; tamen quā plures addit ad distinctionem per nos relatam, quæ olim fuit Bartholi *in d. l. post contractum.* ad quam etiam allegat huius Regni olim Consultorem de Amescua in *suo tract. de potest. in se ipsum lib. p. cap. 23. nu. 18 & 19.* Ipse tamen Accursij conciliationem fuit secutus, vt videri potest *num. 143.* mihi verò sicuti non potest probari Accursij interpretatio, quæ super indubitato vertitur, de quo nec Vlpianus, nec Constantinus cogitare potuerunt, posse vnquàm in controuersiam adduci, quisnam enim tàm fatuus futurus erat, vt firmare vnquam potuisset donationem in fraudem Fisci factam, validam futuram fore; ità satis placeret Bartoli, & Duareni distinctio, nisi ee veea correctum fuisse. *d. §. si maritus per dictam l. res vxoris.* agnoscerem, vt post omnes antiquos, tenet Salicetus, per Constantium ibi relatus; quibus accedit Anton. Fabee. *de coniect. lib. 7. cap. vltimo ante finem.* & late explicat *in li. 2. de err. prag. dec. 46. err. 3. n. 9.* qui verò legū correctioni vitande studétnō debent recedere à distinctione Duareni iam dicta, quæ communiter recipitur nimis enim fragilis est Accursij inter pretatio fundata in contrario textu prædicti sensu, vt aduertit Antonius Faber. *d. c. vlt. coniect. in princip.* & nos pro correctione consideramus, quod in dubio firmandum est, Constantinum abrogare voluisse dispositioni dicti §. *si maritus.* Nàm certo certius est, ipsum fauore mulierum dictam constitutionem edidisse, ad hoc vt mulier qualitate delicti non inspecta bona donata (tantummodo donatio ei facta delictum præcedat) consequatur.

Hæc sicuti de plano procedunt in donatione inter viuos, inter coniuges facta, ita etiam procedere dicendum est in donatione mortis causa in coniuges, vel filios collata; nulla enim inter vtramque agno-
6 scimus differentiam, imò pari iure definiri; † super quo nobiscum sentiunt omnes Doctores, illa præcipuè ratione moti; quia sicut donatio causa mortis confirmatur morte secuta, ita donatio inter viuos facta inter virum, & vxorem ad instar illius, secuta morte donantis, incipit habere effectum; continet nim tacitam in se conditionem, si donator in eadem

volun-

voluntate vsquè ad mortem perseuerauerit, vt meminimus suprà dixisse; in hoc tantummodò discordamus, dum ipsi dicunt, quod hoc secundum de donatione causa mortis fuerit inductum per textum in *d.l.*
7 *res vxoris*. Nos verò negamus; † si enim dictus Textus rectè perpendatur, apparebit cuique intuenti nullum verbum, nullamque syllabam, posse trahi ad donationem causa mortis cuius legis verba referre liceat *res vxoris quæ, vel successione qualibet, vel emptione, vel etiam largitione viri in eam antè reatum Iure peruenerunt, damnato, aut mortuo ea pæna marito, & illibatas esse præcipimus, &* Paulo post, *& donatio maritalis ante tempus criminis, & reatus, illata in vxorem, quia pudicitiæ præmio cessit obseruanda sit, tamquam si maritus eius natura, non pœna subduxerit*, quibus verbis inspectis qui dixerit de donatione causa mortis agi, cũ de sponsalitia largitate, vel alia donatione in vita mariti perfecta tantùm agatur, quisnam enim maritalem donationem vocabit donationem mortis causa factam: quod si ità est, alius est excutiendus locus, qui hoc probet. Et si Baldo credimus, melius hoc pro-
8 bari potest per text. *in l.sed si mors. 14.D. eod.* qui † vsque *ad §. cum quis acceperit*. Triboniano adscribi debere firmat Cuiacc. *libr. 3. obseruat cap.* 10. qui meritò in hoc approbatur per Fabrum *de error. pragm. libr. 2. decad. 46. error. 3 num. 7.* & quod quisque mediocriter versatus in obseruatione locutionum Iurisconsultorũ aduertem, quidquid verò sit, cum legis vigorem habere non desinat, saltem ex approbatione Iustinianẽ audiamus quid Vlpianus, siuè quid Tribonianus ibi dicat, *proinde ait, & si mortis causa, vxori donauit, & deportationem passus est, an donatio valeat videamus?* & post aliqua *humanum est, donationem, quæ mortis causa ab initio facta est, tali exilio secuto confirmata, tanquàm si mortuo marito rata habeatur*, ex quo apertè probatur, donationem causa mortis coniugi factam firmitatem accipere per exilium, siuè deportationem; quod mirabile visum est Baldo, cum alioquin mortis causa donationes, sicut; & cæteras inter viuos, deterioris conditionis fuisse sciamus in alterum ex coniugibus, quàm in extraneos collatas; vt ex mente omnium
9 colligit Regens Constant *d. loco num* 143. † sed certè mirum videri debet; Imò cum Fabro respondendum, ipsummet Ius, per quod donationes inter coniuges prohibentur, quod non lege aliqua scripta, sed moribus tantùm populi Romani receptum fuerat, vt firmat I.C. in *l. p. D. eod. tit.* excipere casum hunc exilij, & deportationis debuisse, vel solo intuitu miserationis, quod alioquin fuisse inhumanum, prohiberi coniugem miserabili coniugi donare, ad subleuandam ipsius siue egestatem, siue mæstitiam ex coniugi donantis causa emanentem; vt hoc saltim haberet coniux tristis suæ solarium, tantò æquius, quantò esset illa & beneficio, & laude dignior, quæ mariti etiam deportati fortunam, & conditionem, quam reijcere poterat, si vellet, sequi maluisset, *l. p. C. de repud. l. sed & si 5. §. 1. D. de bon. damnat.* ità formaliter respondet Faber, & eadem ratio fecit, quòd magis mirum est, vt possit vir etiam in casu deportationis, & exilij do-
10 nare, † vt relatis dictis Iuribus, Cardin. Mantic. & Sances firmat eruditissimus, partireque laboriosissimus, omnique laude dignus Augustin. Barbos. *ad lib. 4. decre. titul. 20. cap. vlt. num.* 16. quod prima facie manifesta fraus esse videtur, & tamen validè fit, quando ante perpetratum delictum donatio celebratur; etiam si dubitet donans se in aliquo peccaturum, cum pro cogitatione pœna non incurratur *leg. cogitationis. 18. D. de pœnis*, & in terminis Corasius *in dicta leg. post contractum num. 6.* & latè post multos regulam prædictam exornat Thesaur. Iunior. *libr. 2. Forens. quæstion. capit.* 25. quod ita accipiendum est ne via aperiatur delinquendi, vt intelligamus tunc valere, quando non in specie donans committendum aliquod delictum cogitasset, vt Corasius *ibi. n. 16.* videtur sentire.

Sed ad prædicta aduertendum est, donationes præfatas mortis causa factas licet deportatione perficiantur; attamen non adeò omnimodam firmitatem
11 habent vt reuocari † non possint per maritum; sed ità demùm irreuocabiles fiunt, si mors naturalis intercesserit, vt I.C. *in d. l. sed si vir.* apertè disponit, ibi *Ita tamen vt non admatur licentia marito eam reuocare, quia & mors eius expectanda est; quando ab hac luce fuerit subtractus; siue reuersus; siuè adhuc pæna constitutus*; licèt hæc verba videantur apertè contradicere superioribus, dum dicit, exilio secuto confirmari donationem; nàm si confirmatur, quomodò potest reuocari, cum firma esse non possit donatio reuocabilis nec confirmata, quæ nondum est firma, vt aduertit Faber *loc. cit. num. 15. & 16.* huius textus occasione
12 Bal. colligit cauthelam ad fraudandum fiscum, † vt maritus cogitans delictum, donet causa mortis vxori, vel filio, & posteà iam condemnatus donationem reuocet, nam hoc modo bona penès eum remanebunt, ea ratione, quòd post reuocationem, illa tamquàm de nouo quæsita in condemnationem non veniunt; quam cautelam latè exornat Surd. *cons. 171. num. 11. & 14. lib. 2. &* Tiraquell. *ad l. conub. in l. 16. gloss. 5. n. 159.* Romanus, Natta, & alij per Menoc. *de præsumpt. c. 124. n. 70. & 71 lib. 3.* Farinat. qui alios refert *q. 25, num.* 130. qui dicit ab omnibus probari, nec dissentit Peregrin. litem propriam agens Fiscus *in tract. de iur. Fisci lib. 5. cap. 1. n. 148.* addo D. Gratian. *dicto c. 172. num. 11.* Mantic. *de tacit. lib. 21. tit. 7. num. 12.*

Ego Baldi cautelam laudo, puto enim, peccatum non esse opinionem Fisco contrariam sequi, licet istius cauthelæ fundamenta facilè destrui possint, si diligenter excuterentur, prout fuerunt excussa à D. Fabro *de error. part. x. decad. 46. error. 4.* quo vti possunt Fisci partes tuentes, & si difficile erit eis obtinere contra textus prædicti expressam dispositionem, à Doctoribus probatam cessante cogitatione delicti in specie.

Horum occasionem, vt aliquid in foro vtile intermittatur quæri pôt quid seruandum quò ad bona in donationibus factis filij reseruata pro validitate donationis, seu pro alia causa; ad effectum tamen disponendi, an secuta morte ciuili per bannum, seu de-
13 portationem, succedat Fiscus, † an verò donatarius pro Fisco, qui loco hæredis habetur, hæc questio fuit in Regno decisa inter Fiscum Regis, & per illum Buccadifoco filium Herculis quam decisiones tres nostri temporis decisionum collectores suis scriptis quasi ad æmulationem registrauere. Mastrill. *decis.* 277. D Castill. *decis.* 142. Maritus Muta *decis.* 49. qui contra Fiscum decisum testantur; mihi verò cum his annis præteritis casus præponeretur inter Fiscum cuiusdam baronis quẽ consultò reticeo, & quosdam de Mauso placuit

cuit

cuit sequi opinionem, quæ Fisco fauet, atque itá vo-
tum protulit, mouebat. Primo ex conclusione illa,
quæ á præfatis non negatur, Fiscum in omnibus esse
14 loco hæredis † *glos. in l. non intellitaotur. 3. §. enm ex cau-
sa*, in verbo pertinent; *D. de iur. Fisc.* Menoch. *de arbi-
tr. cas.* 137. *n.* 4. Surd. *de aliment. tit. p. quæst.* 31. *num.* 7. *&
quæst.* 34. *n.* 11. *& quæst.* 15. *n.* 196. *tit.* 8. *priuil.* 59. Gail.
obseruat. 86. *n.* 6. *lib.* 2. Fach. *controuers. lib.* 8. *c.* 55. *vers.*
fundamentum post Afflic. & alios Mastrill. *d. dec.* 277.
num. 7. Peregrin. de iure fisci *tit.* 1. *lib.* 5. *n.* 57. vbi quod
licet non sit loco sui heredis; tamen est loco extranei,
in quem transeunt omnia, quæ in hæredes saltem ex-
traneos sunt transitoria; vt tenet frequentior opinio,
de qua D. Gratian. *Disceptat.* 840. *num.* 35. *libr.* 5. Emil.
Gallus *de except. success. tit.* 5. *except.* 7. *part.* 2. *num.* 135.
15 *cum seq. fol.* 285. vbi ait, quod † in fiscum transeunt e-
tiam naturales obligationes, & quod ex hoc teneatur
ad dotandum illas, quas bannitus, & condemnatus,
cui ipse successit per confiscationem, dotare teneba-
tur; quod etiam tenuit Camill. de Medic. *cons.* 72. *num.*
7. *cum seq.* & perquam latissime contrarios referens
Regens Fuluius de Constantio *ad dictam. l. primam nu.*
134. *vsquè* 140. *C. pen. fiscalibus creditor. præfer. lib.* 10.
Noalis *de transmissio casu.* 1. *n.* 60. Non obstat, quod
non transeant Iura personalia, vt puta facultates de-
clarandi, vel disponendi, quia hoc non negatur, cum
videamus aliquando neque ad hæredes transire, vt per
16 me aliás firmatum fuit de patre sibi reseruante † fa-
cultate in donatione matrimoniali filij, declarandi
modum succedendi intèr ipsius filij posteros, ex pun-
tuali *decisione* Guid. Papæ 505. factum est pactum quā
post Decium, & alios, commendat, & sequitur Card.
Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 2. *tit. p. nu.* 22. hoc Ius ne-
que ad singulares, nequè ad vniuersales successores
transmitti potuisse, & sic non est mirum, quòd ne-
què Fisco deferantur, sed nostra disputatio principa-
liter dependet, an hæc dicatur facultas personalis, vel
potius pars rei, quarè dicebam, quod non est facien-
17 da vis in verborum Formulis, † vt in terminis tradit
Fontanell. *de pact. claus.* 4. *glos.* 23. *nu.* 9. *cum sequent.* &
Athoro in suo *decis. compend. verb. disponendi facultas*
Ricc. *collect.* 178. Molfes. *ad consuet. Neapol. part.* 2. *quæ-
stion.* 22. *nu.* 4. *tit. de bonis in addit. num. primo* quia pro-
cedunt ex stylo notarij, vt ipsi aiunt, Addo quia sensus
& intentio potius sequēda est quam sonus verborum;
sed sic est, quod hæc reseruatio (quando per donato-
rem fit loquor) est quædam segregatio patrimonij,
quam quis facit donando parte suorum bonorum,
quæ aliquandò fit pro validitate donationis, ne tan-
quam omnium bonorum inualida existimetur, ali-
quando ad ostendendum quid voluerit eonare; & quid
sibi retinere, & quid donatarius habere debeat; &
quid non; sequitur quod hæc reseruata manent in do-
minio donantis; si autem remanent in eius patrimo-
nio, ad quid disputare de fatultate, cum siuè reser-
uatio fit in pecunia, siuè in aliqua re, sēper remaneat
in bonis donantis; qui reseruatorum amplius domi-
nus effici non potest, quàm est ideò nullam facultа-
tem exerciturus est; nàm facultas ista disponendi ve-
nit in consequentiam dominij, per quod factum est,
vt de rebus suis quisq, pro arbitrio disponere possit;
nàm & si nemo dubitet, quemcumque, qui intesta-
tus decedit, tacitè velle, vt ad venientes ab intestato,
bona deferantur, & quod nunquàm intendat fiscum
ad illa inuitare, non tamen rectè ex hoc inferri potest,
spectandam hoc casum voluntatem delinquentis taci-
tam, vel expressam, cum verius sit quòd statim quòd
quis delinquit, taliter vt si confiscationi locus, fi-
scus est ei hæres, tanquàm ab intestato velit nolit,
quia pró mortuo habetur realiter, vt suprá proba-
tum est, ita vt neque testamentum, neque alia vltima
18 voluntas possit ei esse, qui deliquit † *leg. eius qui* 8. §.
primo, seq. cum l. seq. l. qui a latronibus. 13. §. *fin. D. qui te-
stam. facere poss. leg. si quis figlio.* 6. §. *sed & si fuerit de in-
iust. rupt. & irrit. testam.* nisi tantum si antè delictum
vxoris mortis causa donauerit. *d. l. sed si mors.* quo ex-
cepto intestatus mori dicitur, quare quis negabit fi-
scum succedere in his reseruatis; an nè spectandū est,
disponat, vel non, qui amplius disponendi facultate
non potitur? an verò disputandum est, si hæc facultas
transeat in fiscum, cum facultas non sit sed actio ad
pecuniam, & nomen debiti, si in pecunia per dona-
tarium præstanda reseruatio consistat, vel corpus
aliquod donantis, si realis sit reseruatio, forsan aliud
importat dicere, reseruo mihi ad testandum ducen-
ta, quàm dicere facultatem disponendi de ducentis?
certè non video, nisi forsàn sonitui verborum cedere
potius velimus, quàm Iuris rationi, verborum soni-
tus spectantes, & non sensus, & rationes, vt Molfesius,
& Athoro dictis locis scripserunt, apertius verò Mo-
nach. *decis. Don.* 71. *n.* 81. *& seq.* fortius dum constat a-
19 pud nostrates has reseruationes facultatiuas † nil no-
noui inducere, cum reseruando quis nihil agat, nisi
tantùm ostendere, quod viam sibi (aliquid disponen-
do vel faciendo) non præcludat ad cetera reseruata,
& quod ad illa prout hactenus se habeat, & ideò re-
seruatio supponit priuationem partis, si ergo donans
nihil donasset, an non fiscus succederet? quarè non
poterit, si partem donauit, partem verò reseruauit;
cum idem sit pars respectu suæ partis quod totum re-
spectu totius? exemplum sit in renuntiationibus per
filias fieri solitis si aliquandò contingant itá fieri, vt
salua sit renuntianti facultas succedendi; nequè enim
hæc adiectió aliquid operatur, vt possit contrá volun-
20 tatem † succedere, nisi eo intestato defundo, vt fir-
mauit Rot. Roman. *apud Card. Ludouis* 83. vbi a pro-
positum *numer.* 16. ait, quod reseruatio declarat
quid in dispositione contineatur, & quod è contrá ab
ipsa dispositione possumus arguere, quid in reserua-
tione contineatur, vndè dum hæc facultas alia non
est, nisi exceptio dispositionis factę, sequi videtur quod
nulla nouitas per reseruationem fuit inducta; si nulla
nouitas; ergò remanet in bonis donantis summa re-
seruata, prout antè, nec facit contra superius allega-
21 ta prædicta *decisio* † *Thesauri Pedemon.* 97. in qua
quæstio vertebat inter hæredes ab intestato, & dona-
tarium de omnibus bonis, an ipsi, an verò hæredi re-
seruata bona acquirantur vbi fuit decisum donatario
accrescere, & non hæredi, quasi per hæredis exclu-
sionem, sequatur exclusio fisci, quia illa Thesauri
decisio est multùm debilis, & fundamento caret, nam
distinctio, quæ allegatur esse Cagnoli de reseruatio-
ne summæ, & de reseruatione facultatis, vt aduertit
Fotanell. *dicta claus.* 4. *glos.* 23. est verbalis, & non ha-
bet subsistentiam, vt ex prædictis colligi potest, &
latè confutatur per Anton. Monach. *dicta decis.* 71. *nu.*
80. *&*

80.*& seqq.in Bonon.* eum allegat.sess. *decis.48.leo,dec. valent.*58.qui ambos sequitur.

Item Cagnolus per me bis, &pluries, perlectus illam distinctionem non somniauit, quod prius quam nos,& si posteà repertus, adnotauit præses Defranch. *dec.600.n.2. vers.sed tantummodo* qui indistinctè videtur firmare, quod si donans de reseruatis non disponat, succedat donararius; aduertendumque est, suam disputationem ibi esse, an donatio cum reseruatione disponendi in vita valeat, & firmat ex Bartolo, nō valere, & dato valeret, tali casu,si de reseruatis cum hac conditione disponendi in vita, non disponat dum vixit, succedit donatarius; & ratio mihi videtur clara, quia si non post donans disponere, expressè in morte, dum se restrinxit ad disponendum in vita, secundum Bartol.*in dicto cons.76.* per eum citato, quanto minùs venientes ab intestato petere non poterunt,qui veniūt ex tacita defuncti voluntate, vt ijdem contrarij fatentur, & ideò miror, quomodo in hunc errorem inciderit Thesaurus, & qui eum sequuntur, si Cagnolum perlegerunt, Vndè meritò pro hærede intestati contrà donatarium fuit bis decisum in sacro Consilio Neapolitano apud Præsidem Defranch.*decis.45.544. & decis.600.* cuius authoritas vbique est magna, &
22 apud nos plusquam maxima † si fieri potest, ità vt nefas sit ab eo recedere, tàm quia dominus relator egregiè illas exornauit, quàm ratione grauitatis illius Tribunalis, quod exceptio Sacro Rotæ Romanæ auditorio, omnibus alijs Italiæ prætorijs censeo præponendum; has decisiones sequitur Anton. Monach.dicta *decis.71. num.80.* Leo. dicta *decis.58.* Fontanell. loco citato, reiecto Thesauro, & confirmant Moises.Ric.& Io.battista Thor.locis citatis,& nostrates Siculi in dictis decisionibus citant ad hoc Surdus quem sequuntur *in cons.357.n.8.& cons.384.n.53.*

Nec aduersus prædictas decisiones aliud obiciunt, nisi dicendo, quod ad hoc, vt contrà Fiscum si iudicandum, sufficiat, opinionem Thesauri esse dubitabilem vt argumentatur Mastrill.*dicto loco n.16.*cui responderi potest, quod est prædictis satis pater quam longæ absit probabilis dubitatio aduersus decisiones prædictas. Addunt aliam rationem Mastrill. ibi *sub.n. 18.& 63.*& sequaces, negari videlicet non posse tex-
23 tum in *l.conficiuntur. 8.cum gloss.ibi D.de Iur. codicill.*† ex quo sumpta est conclusio, quod decedens intestatus, videatur voluisse vt eius bona aduenientes ab intestato perueniat, procedere fictè, & ex tacita mente defuncti quæ tacita mens non potest induci fauore fisci; etenim non præsumitur, quod quis velit fiscum habere successorem, ex hoc enim duæ resultarent fictiones, Prima quod censeretur disposuisse prouenientibus ab intestato; secunda, quod fiscus habetetur pro vero hærede, qui tamen non est nisi fictus, quod etiam repetit Castill. *num.17.*

Sed respondetur Primò negando, quod fictè datum censeatur illud; quod ab intestato relinquitur, licet ademptum non fuerit, & ratio est, quia succedens ab intestato, dicitur habere titulum à lege, &
24 non ab homine, † vt ait Bal.*in l.si emancipati in 8.oppositione. C. de collat.* quem approbat Alex. *consil.* 44. videretur prima facie *in fin.lib.5.* sequitur Cefal.*consil.* 437.*alibi* 436. *num.* 18. vbi dicit quod talis dispositio est legis,& non hominis,& in hoc sequitur Decium qui ante eum hoc firmauit in *l.semper in stipulationibus num.6.D.de reg. iur.* allegat etiam Cuman. *in d. l. conficiuntur*, firmantem quod in hoc casu nulla fictio interueniat; idem Cefal.*cons.408.nu.60. & cons.725. nu.39.lib.5.* & est Text.in *l.obuenire, 130.D. de verbor. signif. puto,* inquit Pomponius *si ipse quoque prætermiserit, & quod lege ad se rediret, possederit hæreditatem, &* in *l.si pecuniam 3.D. si quis omiss.caus.testam.* Iauolenus ait, *hæreditatem lege possideri*, indeque qui ex intestato veniunt legitimi hæredes legitimeque tutores dicuntur;ex quibus probatur,hanc successionem in fictione
25 non consistere, & ratio potest esse, quia fictio † stat in suppletione alicuius rei,vel qualitatis; successio verò ab intestato procedit per defectionem, quia deficiente dispositione hominis, lex inuitat successores, qui ex hoc legitimi dicuntur, idest à lege vocati; illa enim mortuo ciue Romano,nè dominia rerum sint in incerto, vocant proximiores defuncti, seruata gradus prærogatiua, quos verisimiliter ipse defunctus inuitasset, metiendo affectum ex gradus, atque sanguinis vicinitate, studens lex ipsa naturam, quantum in se est imitari, quod; & si fiat non per hoc hominis prouisio iudicanda est, sed tantùm legis.

Nec faciunt verba I.C.*in d.l.conficiuntur*.ibi *quoniam creditur pater familias sponte sua ijs relinquere legitimam hæreditatem*, ex quibus videtur sentire, dari legitimam hæreditatem, quasi ex voluntate defuncti, vti arguunt Corne.*cons.213.num.11.lib.2.Curt.Iun.cons.4. n.15.*Cefal.*cons. 28.n.9.*Port.*cons.56.nu.48.* Menoch. *con.308.num.18.*Tiraquell.*de retract.lignag.§.26.gloss. 1.num.9.* Valentin. Foster. quem expurgatum habeo. *lib.1.c.12. num.3. de success.* alijque per D. Giurb. *ad consuet.Mess.c.6.glos.12.nu.15.& cap.11 glos.2.num.6.* Nàm respondetur, omnes prædictos manifestè falli, dato quòd locum prædictum Iurisconsulti indistinctè capiant pro omnibus venientibus ab intestato; nā tātummodo Paulus I.C. loquitur vbi testator, & si nullo condito testamento decedat, attamen codicillos conficiat, & in eis grauet intestati successores, vt puta ab eis fideicommissa relinquens, vel vbi testamentum ex clausula codicillari sustinetur; quod etiam probatur *in l.3. D.eod.& in leg.ab exæredatis.126. de legat.1.* nam hoc casu solummodo verificatur quod huiusmodi successores dicantur obtinere successionem iuxta defuncti tacitam voluntatem; quod secus est vbi defunctus, vel morte præuentus, vel alio casu impeditus disponere non possit, quod sæpè numero accidere solet; raro enim videmus, & ego nunquam vidi; quod quis testatus decedere possit, si mors vrgeat, & tamen velit potius intestatus decedere, nisi fortè viuendi spes, vt euenire solet, eum fallat; & procrastinare faciat testamentum, & ideò in hoc secundo casu error est firmare, quod tales successores habeant hæreditatem ex defuncti voluntate, cum potius, è contrario illam obtineant contrà, vel prætèr testatoris voluntatem, vt optime discurrit Antonius Faber.*de error.pragmatic. part.2.decad.38. error. 7.num.5.cum sequentib.*vbi refert alios casus,in quibus prætor voluntatem defuncti succeditur, & ità intelligo DD. per Giurb. citatos, vt etiam notat Crauett. vir maximè authoritatis *in rubr.de legat.1.n.19.*ideoq.

Caianar. in allegato *conf.37. num.29.* dum oculatissi-
mus firmat, quòd concessa potestate alienandi, &
disponendi, requiratur, quòd concessionarius illa v-
tatur in vita, seu in morte, & quod non sufficiat tacitè
in venientes ab intestato disposuisse ex Siluano, & a-
lijs, quos ibi allegat, est intelligendus quando ve-
nientes ab intestato, non grauantur in Codicilis, pro-
ut in *dict.leg.conficiuntur.* nam aliàs falsum, est defun-
ctum in illos tacitè disposuisse, & ideò ipse minus pro-
priè loquitur, neque opposita opinio est contraria di
cto textui, prout ipse tenet, quia textus, vt diximus,
non procedit, quandò quis omninò absque vlla vlti-
ma voluntate decederet, sed quandò Codicilis con-
ditis intestati successores grauauit, & in necessariam
antecedentiam, vocauit, super quò aliqua dixi in
responso reddito pro Antonino Cigala Socero, quem
vti verum patrem habeo, contrà Ferdinandum Spi-
nò.

Demùm parum concludit quod ex Ruino adduci-
tur *in conf.23.nu.17.24.26.cum plur.seq.lib.5.* dum fir-
mare videtur, quod ius adeundi hæreditatem delatam
26 siuè suo, siuè extraneo, non transmittatur in fiscum; †
quia conclusio Ruini est verissima, eamque tenet Pan-
cirol *conf.136.num.5.lib.1.* Cesal.*conf.* 321. Decianus
conf.83.num.10.libr.2. omnes allati per Mastril, qui-
bus ego addo D. Gratian. *discept.271.num.* 29. Surd.
decis.140.num.19. Cancer.*variar.resolut.lib.3.cap.21.*
num.160. nec dissentit Peregrin.*de iur. Fisc.lib.5.tit.1.*
num.95. licet ante, post *num.48.* videtur tenere con-
trà Ruinum, & cum Ruino sentit Noalis post hæc
scripta Visus *in tractat, de transmiss.cap.8.numer.123.*
Sed ex hoc non infertur, quod idem firmari debeat
in hac reseruatione, siue dicamus facultate; nàm ra-
tio principalis, quarè Ius adeundi non transmittitur
in Fiscum, alia non est, nisi quia tale Ius non est in
27 bonis nostris, † vt firmat Ruin. *dict.loco numer.17.* &
confirmant Surd. Gratian. & Cancer. vbi ex hoc dedu-
cunt, non venire in obligatione generali bonorum,
neque posse per creditores, quibus adiudicantur,
seù insolutum dantur bona debitorum exerceri, quia
illud est personale intantùm vt retineatur per con-
demnatum dum viuit nec transmittatur ad suos hæ-
redes, nisi ex morte naturali, vt ait Ruin. intantum,
vt liceat condemnato illud repudiare in præiudicium
28 Fisci; & creditorum, † ad hoc vt sequenti in gradu,
vel coniuncto hæreditas acquiratur, nec peccat hoc fa-
ciendo respectu Fisci. Vt ex Diuo Thoma Aquinate
declarat Gomez. *tom.3. tit. de confiscat. bonor. cap.14.*
num.3. dixi respectu fisci nàm in hoc differunt Fiscus,
& creditores respectu huius repudiationis faciendæ,
vt repudians quo ad Fiscum, non dicatur peccare, ra-
tione, quia nullo modo est debitor, in tantùm vt cre-
29 ditores, quicumque sint, Fisco præferantur † pœ-
nam exigere volenti *l.p.C.pæn.fiscal. credit. præferr. lib.*
10. Vnde constitutum est, vt ante sententiam con-
demnato etiam repudiatio concedatur Peregr. *dicto lo-*
co Franch.*decis.101.num.5.* Sances *de matrimon. disput.*
4.libr.6.in medio, in creditore vero secus est, vt ait San-
ces *ibi num.9.* vbi quod huiusmodi repudiatio in præ-
iudicium creditoris non sustinetur in bona conscien-
tia; imo talis repudians mortaliter peccat quo ad
iustitiam; quia sicuti tenetur soluere; ità tenetur e-
tiam adhibere media, vt soluere possit; vndè cum re-
pudiando hæreditatem opulentam, faciat se inhabi-
lem ad soluendum, dicitur, peccare contra charita-
tem secundum quam quilibet tenetur obuiare damno
proximi sui; quam sententiam defendit P.Molina *de*
iust.& iur.tract.2. tom.2. disp. 435. ad finem, vbi quod
etiam Causidici, & Aduocati peccant, qui consulunt
hæc debitoribus; sequitur Gratian.*dicto num.* 29. no-
ster Giurb.*ad consuet. Messan. cap.5.gloss.7.numer.9.* &
nos latori Calamo *in hoc eodem discursu particula 9. à*
num.4. vsq; ad finem.

Sed an idem dicendum sit de filio repudiante legi-
timam, vel eius supplementum in fraudem credito-
30 rum, dato enim † quod legitima quæratur filio ab-
sque eius facto, vt dicitur ipso iure, videtur quod non
teneret repudiatio, quia esset excludere creditores su-
per Iure delato, & quæsito sicuti concludit Marc. An-
ton.Peregr. *de fideicom.art.3.num.131.* quod procede-
31 re videtur etiam iure agendi † ad supplementum, nā
si legitimæ petito, sicuti, & eius supplementum trans-
mittuntur in hæredes absque eo, quod aliqua agni-
tio præcedat, vt post plures probat Noal. de trans.
missio, *cas.10.numer.1.* Ea ratione, quia legitima est
Ius competens ex beneficio legis, & ex titulo singula-
ri, quod affirmant prædicti, maximè Noalis *ibi num.*
5. procedere tam si agatur de hæredibus suis, quam
32 de extraneis † nàm quò ad hoc nullam agnoscunt no-
strates diferentiam, post Boer. *decis.250.numer.5. &*
Gail. *obseruat.120.numer.16.& 131.numer.12.libr.2.*
& in terminis supplementi Mantic. *de coniectur. libr.7.*
titul.8. num.10. Crass. *in §. legitima quæst.37.* vbi quod
hoc Ius detrahendi legitimam, transeat in hæredes
33 cum sua qualitate, † nè possit grauari, vel graua-
tum reijci, citat Angel. *conf.242.* Anchar.*consil.323.*
Crass.*§.de transmissio quæst.29.n.9.* sequitur illa acquiri
irreuocabiliter, & esse radicata, adeò quod non de-
beat sustineri renunciatio.

Sed contrà est veritas, imò renunciationem valere
in præiudicium creditoris, & fisci; nam, & si in legi-
tima videatur Ius esse quæsitum filio, atquè in esse
productum quò ad eius acquisitionem in potentia;
attamen quò ad effectum actualis, & incommutabilis
34 acquisitionis † requiritur voluntatis declaratio, &
petitio, quæ nun accedat, non potest dici Ius quæsi-
tum cum effectu, & in actu esse, ideoque interim
admittitur repudiatio expressa vel tacita patiendo Ius
sibi præscribi. Roderic. Suarez *in leg. quoniam priori-*
bus, limit.3.num.2.fol.294. & ampliat.10.fol.209. D.
Stephan. Gratian. *decis.4.num.22.cum plur. sequent.&*
discept.271.nu.13. Sess.*decis.127.n.u.28.* Peregr.*conf.46*
nu.17.vol.3. Ceuall. *quæst.711.comm.contr.comm.* Gut-
tier.*in cap.quamuis.nu.24. de pact.* Tiraquell. *de primog.*
quæst.24.nu.12.Cancer.variar.resol.cap.3.nu.41. libr.1.
Franch.*decis. 101.* D.Giurb. *ad consuetud. Mess.capit.5.*
gloss.7.num.9.& 10. cum seqq. vbi responder Menoch.
contradicenti, nec non Peregrino lòco citato, & am-
35 pliat, hoc idem procedere in trebellianica, † vt nō pos
sit cogi filius grauatus restituere, illam deducere in
creditorū commodum, ad quod allegat Font. *claus.4.*
gl.9 p.5.n.120. ampliat etiam ibi Giurb. cōclusionem
ad plures casus, vbi renunciatio admittatur, & *in gl.8.*
d.capit.per tot. tàm si de hæreditate agatur, quàm si de

lucro

lucro statutario, vel alia legis, vel hominis obuentio-
ne.

Non obstat, quod diximus de trāsmissione: quia re-
spondet Grat. & benè in dicta *dec.4.n. 22.* quod ma-
gna est differentia inter acquisitionem ad effectum
transmittendi prescribendi, & renunciandi, & ad a-
lios effectus; nàm ad transmissionem concedendam
sufficit deberi absque petitione, vel agnitione; sed
ad effectum, vt dicatur incommutabiliter iusquæsi-
tum necesse est, vt præcedat petitio; vndè ex hoc fir-
mat posse præscribi antequam petatur, de quo nos
alibi latiùs tractabimus.

Item dicitur legitima ipso Iure quæsita quò ad re-
iectionem grauaminis, tàm respectu oneris iniuncti,
quàm respectu minoratæ quantitatis, quod etiam
onus appellare solitus sum, vnde ortum habet quod
diximus de supplimento ipso Iure debito.

36 Cœterum huiusmodi repudiatio, † si in fraudem
fisci, vel dotis facta proponantur, quæri solet an
debeat rescindi, & Don Giurba loco statim citato
secutus Azebedi distinctionem *in l. 3. numer. 141. tit.
10. libr.4. recopil.* tenuit recissioni subiacere differen-
tiam eius, quæ fraude caret, quam validam respe-
ctu fisci profitetur aduersus Cancer. Gregor. Lopez
Menoch. & Peregr. quid autem in dotem dicendum
sit, non aperit super quo optaui eius scire iudicium
meum pro modo aperiam doti fauorabile; haud e-
nim iustum est, mulierem dote priuari propter viri
segnitiem, non dicam malitiam; nec in hoc compa-
rare debuit Menoch. in dicto *cons. 1220.* Dotem cum
fisco, & delicto venienti, cum illa sit longè fauorabi-
lior, & sicuti non peccare putat I. C. eum, qui in du-
37 bio aduersus fiscum pronuntiat, ità † è contra peccare
non desinet ille, qui in dubio fauore dotis sententiam
non proferat, ad textum in *l. in ambiguis 85. D. de re-
gul. Iur.*

Quandò verò hæc renunciatio supponat præambu-
lam acquisitionem, ità vt tunc creditoribus, & fisco
via dicatur patere, videas eumdem *d. gloss. 8. & in cons.
10.* prò illo de Celi edito.

Confirmatur illud, quod dixi de transmissione, in
tantum differre eius effectum cum repudiatione fa-
cienda; in quantum respectu fisci admittitur renun-
ciatio; & tamen in eum transmittitur Ius detrahen-
38 di legitimam, † filio delinquente post mortem pa-
tris, si credimus Peregrino *de Iur. fisc. libr. 5. tit. part.
num. 79.* Farinaz. *quæst. 24. num. 20. vers. contrarium.*
Noalis *de transmissio cas. 10. num. 6.*

Hæc licèt ità sint, non ex hoc est bona consecutio,
quod bona vel summæ in donatione reseruatæ; ad in-
star horum Iurium reuocabiliter, & vt ità dicam
mutationi subiectorum iudicandæ sint, vt in fiscum
non transeant, nàm cum in fortiori casu dicant tran-
sire Ius legitimę detrahendæ, quæ, vt incommutabi-
liter debeatur, petitione, vt dixi, opus habet; certè
fortiùs firmandum erit, bona hæc reseruata fisci, es-
se, quia non indigent alia acquisitione; potiùs enim
dicuntur permanere in dominio donantis quam de
nouo acquiri, cum illa summa reseruata dicatur su-
peresse donanti tamquam à donatione exclusa, alias
remaneret in aere, quod dicendum non est, cum
rerum dominia in incertò manere non debeant; nec
natura rei reseruatæ mutatur, si consistat in pecunia
per donatarium præstanda, & in iure illa petendi;
quia non ex hoc cessat esse rei pars, non solum quia
39 habens actionem † ad rem, rem ipsam habere vide-
tur, ad text. *in l. is qui 15. & l. minus 204. D. de regul.
Iur.* vt ad propositum ait Bald. Imol. Alex. & Ias. *in l. si
quis mihi bona 25. §. 1. D. de acquir. vel omitt. hæred.* Ma-
strill. decis. 118. *num. 2.* Sed etiam quia tanto minus
datum intelligitur, quantum reseruatio importat, nec
minus requiritur aliqua declaratio, quam si in re
nostra dominium acquirere velemus, cum vna vice,
40 quod nostrum est amplius nostrum fieri non possit †
*§. sed si rem Instit. de legat. leg. proprius 13. Cod. de legat.
capit inter dilect. de fide instrum.* Casanat. *cons. 10. n. 106.*
Cancer. *var. lib. 3. cap. 7. num. 313.*

Non obstat argumentum de morte ciuili, quod
operetur minus, quàm naturalis; quia hoc fateor,
quo ad transmisionem rei non agnitæ; Secus verò
vbi agnitio non requiritur, ad hoc, vt Ius quæsitum
dicatur Irreuocabiliter; nam hoc casu non est expe-
ctanda mors naturalis, cum dicatur esse in boni delin-
quentis: Et ratio differentiæ est, quia ad hoc, vt iu-
re transmissionis res in fiscum deueniat, necesse est,
41 vt delinquens † dum viuit, nolit acquirere, vel re-
pudiare; nam cum possit hoc facere, durante eius vi-
ta, mors expectanda est.

Cœterum mors ciuilis intantum operatur eumdem
effectum, quem naturalis, vt restitutus in gratiam
non redeat ad pristinas obligationes, & actiones;
quia dicitur nouus homo, ac si verè à mortuis susci-
42 tatus fuisset; nàm † sicut mors naturalis dissoluit o-
bligationes, ità & Ciuilis. Alber. *in leg. actione. 66. §.
publicatione in principio D. pro socio.* Gail. *obseruat. 86.
numer. 10. lib. 2.* dicitur enim amittere personam cum
bonis, vt ait ibi Albericus, ideoque omnis obligatio,
& ciuile vinculum extinguitur. *l. si debitor. 48. D. de fi-
deiussor. leg. vlt. D. de duob. reis l. fin. C. de sent. pass.* Immò
quod magis est, etiam naturales obligationes cessa-
re, & in fiscum vnà cùm ciuilibus transire, voluit glos.
in d. l. debitori verb. fideiussorem. *Imol. num. 2.* Gratian.
qui quamplures refert *discept. 423. num. 27.* addo Cla-
rum *in §. final. quæst. 78. vers. Itèm in fiscum, & modernos
ad eum* D. Regent Costant. *in d. l. part num. 117. C. p. en.
fisc. cred. præfer.* Quod mirabilitèr explicatur vt pro-
43 cedat etiàm quòad ad bona † inposterum quæren-
da, ac obueniuda bannito in gratiam restituto:
nam fiscus in bonis confiscatis obligatus manebit, &
antiqui creditores contrà eum se dirigere debent,
& non contrà restitutum, ac eius bona peruenienda,
quidquid sit de obligationibus de nouò contrahendis,
quæ non trahant causam de preterito, vt bellè di-
scurrit D Gratian. *loco citato numer. 25. vsque 42.* vbi
assignat rationem, quòd vna vice, quòd omnes actio-
nes, & obligationes translatę fuerunt de persona de-
bitoris in fiscum (qui hoc fuit effectus debitor) resti-
tuto debitore, ad eum non reuertuntur, sed adhuc re-
sident in personam fisci, ideò quemadmodum antè
gratiam, & restitutionem non poterat pro debitis
molestari, ità & post, quia non reuertentibus in
debitorem actionibus, & obligationibus iam trans-
lati in fiscum, non potest contrà eundem redire
personalis actio, quæ ortum habet ab obligatio-
ne, allegat Odd. *de restitut. in integr. part. 2. quæstion.
27. artic. 2. num. 13.* Farinac. *quæstion. 25. num. 179.* per

quos ego aliàs conatus fui defendere quendam meum
affinem, antequàm vidissem Gratianum, in quo ca-
su difficultas oriebatur ex eo, quòd erat petita exe-
cutio instrumenti censualis, vt apud nos dicitur iuxtà
formam bullæ; cum pactis de more apponi consuetis
prohibentibus debitori aliquid opponere iuramento
44 firmatis; dicebam hanc † esse exceptionem Iuris fun-
datam supèr extinctione obligationis, & sic intentio-
nis, & facti, vt ait Angel. Aret. *cons.* 81, *in medio* quæ
poterat æquipararicacellationi actus, seu dicamus no-
uationi, & quod sicut, facta nouatio, ne aut cancella-
tione, instrumentum exequi non potest contra obli-
gatum, ità stante translatione obligationis in fiscum;
addebam non obstare iuramentum, nàm constitutum
est, vt cesset eius effectus sublata principali obligatio-
45 ne; † sequitur enim naturam actus, seraph. *de iura-
men. priuil.* 153. qui vulgare refert, alios addit Gra-
tian. *d. loco n.* 46. & in specie, quod vinculum iuramen-
46 ti non liget bonis † per Fiscum occupatis. Grammar.
decis. 85 addit D.Gratian. ibidem Marchesan. *in prax.
commiss. relaxat. Iuramenti part.* 1. *cap.* 1. *num.* 36. & tan-
quam accessoria sequuntur conditionem principalis,
47 † super quo Gratian. allegat punctuale *cons. Socc.* 78.
num. 3 *lib.* 3. & Fan. *de inuent. part.* 5. *nu.* 104. Sed exitus
quæstionis fuit diuersus, quia Princeps de facto or-
dinauit, quod non inquietaretur prò illis obligatio-
nibus sequendo hanc iuris dispositionem.

Restringuntur supradicta in casu quo restitutio cō-
cederetur tàm respectu personæ, quàm respectu bo-
norum; siue per vniuersitatem, siue per quotam, bo-
na fuerint restituta; nam tunc respectiuè creditoribus
48 † respondere tenetur, vt voluit *Rebuff. in l. Princeps.
§ 1, col. 1, vers.* dubitatio, *D. de verb. signif.* Constant. *lo-
co citato num.* 118. vbi meritò hanc restrictionem de-
clarat non procedere, vbi res aliqua particularis re-
stituatur; quia tunc ad nihilum tenebitur, ueluti si
49 consecutus fuerit fundum † sempronianum, uel Cor-
nelianum, quod etiam placuit Gratiano *d. disceptat.*
423. *num.* 49. cum seq. dummodo tamèn fundus non
contineret magnam partem facultatis ad terminos *l.
quoties* 13. *C. de hæred. instit.* cum alijs per me adductis
in responso reddito prò Don Francisco Yepes, contrà
D. Vincentium Paternò, de quo alibi, Deo dante, di-
cam, dissentio tamen a traditis per Gratian. ibi, dum
dicit restitutum, statim restitutione facta, teneri cre-
ditoribus respondere, siuè recuperet à Fisco, siuè
50 non † etenim hoc est temperandum, ut non possint
creditores exequi, nisi illud ius tanquam de bonis
debitoris, in tantum ut nunquàm possint molestari
personæ restitutorum, nisi tanquàm possessores bo-
norum, ut ad predicta uidendus est D. Giurb. *cons.*
45. nuper edito post hæc scripta, ubi etiàm habes,
quid in fideiussore firmandum sit.

Ex quibus penitus cessant rationes adductæ con-
tra Fiscum, quem puto omninò ad hæc bona reserua-
ta admittendum uenire, & gauisus sum post hæc scrip-
ta uidisse D. Giurb. *in cons.* 55. & 56. ubi per quam-
plurimas rationes tenet contrà prædictos, & decisum
testatur; licet non utatur nostris rationibus, sed a-
lijs, & fortè melioribus, assumptum defendat: ideò
desisto, solum aduertas rogo, aliud sentire, si agere-
tur de reseruatione summę facta à donante ad fauo-
51 rem donatarij grauati de restituendo in pacto reuer-
sionis iuxtà doctrinam dicti Ant. Monach. *d. decis.* 71, *n.*
74. & Fontanell. *claus.* 5. *gloss.* 10. *nu.* 68. *par.* 1. Nam in
hoc casu contra Fiscum tenerem, ex eo quòd neque in
hæredem transiret summa reseruata, nisi expresè di-
spositione secuta vti habes in meo responso edito prò
Socero contrà Ferdinandum Spinò, ea ratione, quia
reseruatio est de re aliena ad fauorem eius, qui non
est dominus, & cui spectat declarare, velit ne vti li-
centia, vel facultate concessa quod si non faciat redi-
re debent ad donantem integrè res donare, vel ad
eum quem donator substituit, quasi ex fideicom-
misso.

Et dum sumus in materia reseruationum, non o-
mittam casum mihi occursum, dum hæc scriberem;
Quidam fecit vxori suæ donationem de omnibus bo-
nis, reseruata sibi certa quantitate soluenda super fru-
ctibus bonorum donatorum in tot frumento, vino,
oleo, & similibus his habitis deliquit, & ob contu-
maciam fuit bannitus, & bona Fisco applicata, vxor
se manuteneri petijt in bonis sibi anteà donatis, & ob-
tinuit, præter tamen reseruata; decessit vxor dona-
taria, & pacto bona ad donantem fuerunt reuersa,
modò Fiscus prò illis fructibus reseruatis inquietat
hæredes uxoris iàm præmortuę in bonis proprijs ip-
52 sius donatariæ, † intendens sibi deberi fructus à die
quo non apparet exactio per maritum facta, dicebam
nullo Iure Fiscum hæredes uxoris inquietare, nisi ap-
pareret illam locupletiorem effectam ex illis fructi-
bus non exactis, si agimus de fructibus antè confisca-
tionem marito debitis, qui ratione administrationis,
53 quàm habebat eo tempore præsumitur, † sibi soluis-
se. Afflict. *decis.* 13. Surd. *cons.* 290. *num.* 33. Mascard. *de
probat. conclus.* 980. Pitr. Maur. *de solut. c.* 4. *n.* 30. & *c.*
78. Si uerò de alijs fructibus post confiscationem de-
bitis, uerum erat dicere uxorem, quæ erat mariti de-
bitrix in illa summa soluere potuisse marito eius bo-
54 nis iam confiscatis, ità demum † si non interuenisset
unum de tribus *ad l. vltimam C. de nouat.* dicebat uerò
Dominus Fisci partes tuens interuenisse, saltèm à die,
quo fuerunt ei restituta bona, uirtute donationis ex-
cepta summa in reseruatione contenta, quia ex tunc
fuit inducta scientia, & quidem iudicialis, quæ habuit
uim intimationis, sed duplici modo respondebatur,
primò Fiscum fuisse in mora capiendi ex bonis donatis
illos fructus, prout in donatione erat dispositum, posse
sibi illa capere propria authoritate, & ideò ex quo no-
luit exercere authoritatem sibi concessam, dū bona do-
nata erant penès ipsam donatariam, non posse modo
resoluta per mortem donatione agere eius hæredes;
sed agere debere contra ipsum donantem, vel illum,
ad quem bona ex pacto peruenerunt; nam onus illud
55 etiam quo ad præterita transijt cum re, † & defi-
ciente possessione rei, deficit illa quasi obligatio e-
tiam quò ad præstationis præterita, sicuti dicimus
de onere census super re debito, per doctrinam Co-
uarruias *variarum resolut. libr.* 3. *capit.* 7. *numer.* 6. *vers.*
Hinc etiam deducitur; Felician. *de censib. libr.* 3. *capit.* 6.
versic. Tertiò inquirendum. Ball. *ad pragmatic. de cens.
quæst.* 1. Mastrill. *ad Gregor. quæst.* 5. *nu.* 233. firmantium
ità demùm obligatos esse, qui possident, si onus re-
cognouerint, durante tamen eorum possessione;
56 addo ego, nisi ab ea ex facto voluntario recedant † vt
sæpiùs obtinui per doctrinam Imol. *in l. cum mulier.* 49.
D. solut.

*D.solut.matr.*Anton.de Ballis supèr *Bull.de censib.quæst.*
*1.num.*11.quicquid dicat Coouersanus in Scholijs ad
Iotrigl.*quæst.*66. de quo etiam loquitur D. Anton. A-
mat.*in suis varijs resolut.tom.*1 *.resolut.*21 *.num.*5.& nos
alibi in terminis mariti.

Neque in hac specie poterat considerari obligatio
aliqua respectu vxoris, quæ tantùm consensit, quod
maritus sibi reseruaret illam summam: nec ad il-
lam præstandam se obligare voluit; maximè dum
constat quod illa desijt possidere ex facto necessario
resolutionis donationis, quæ etiàm ipsa nolente, ex
pacto processerat, si dari poterat velle, & nolle in
iàm mortua, & ad hoc adaptabam illam conclusio-
nem, quòd quoties resolutio actus procedit, ex causa
57 necessaria resoluitur etiàm in preiudicium tertij, † vt
ait Surdus *decis.*102. *& decis.*286. *& de alimen.tit. fin.*
*quæst.*42.Garcia de *expens.post.tract in tit.de resolut.hy-*
potheca.

Addebam, & quidem peremptoriè iudicio meo,
hanc reseruationem in fructibus esse quêdam vsufru-
ctum formalem, qui finiebat morte donantis sicuti,
58 per capitis diminutionem † fructuarij, siuè maxima,
siuè media illa sit. *l.si vsufructus.*67 *.D.de iur.dot.l. cor-*
ruptionem. 16 *.C. de vsufruct.§.finitur. instit. eodem titul.*
in tantum, vt publicatis bonis fructuarij per condem-
nationem totum Ius vsufructus conuolet ad proprie-
tatem; nec transit in Fiscum fructuum commoditas,
59 quia vsufructus non est transmissibilis †tam si ex cō-
tractu, quam si ex vltima voluntate debeatur, ità ait
Caualcan.*de vsufructu nu.*229. & sequitur Peregrinus
*de iur.fisc.lib.*5 *.tit.*1 *.num.*116.qui refert decisum patre
60 bannito, posse deducere filios dotes maternas, † non
habita ratione vsufructus patri competentis; quod
etiàm procederet, si diceremus, hæc reseruata esse
loco alimentorum per tradita à Peregrino *ibid. num.*
123. ideoque statim ac vir fuit bannitus, fuit extin-
ctus, nec habebat Fiscus quid quærere ex persona
banniti.

Et in hanc sententiàm inclinauit Mag. Cur. huius
Regni pro V. I. D. Don Francisco Yepes Catinense,
mihi vti fratre charissimo.

Ad prædicta aduertendum est, deportatos hodiè
dici damnatos ad perpetuos carceres, vel ad triremes;
illi enim dicuntur pati maximam capitis diminutio-
61 nem † seù mediam, vt ait Caualcanus, & Peregrin.
locis citatis, & Mastrill. *Decis.*283 *.num.* 41. vbi addit
pœnam relegationis in Insulam.

Item non qoilibet bannitus cum confiscatione bo-
norum secuta per contumaciam, habetur prò mor-
62 tuo; † sed illi tantùm qui lapso anno prò delicto capi-
tali, damnantur in contumaciam ad pœnam mortis;
qui ex tunc dicuntur hostes publici, & habentur prò
mortuis per Constit. pœnam eorum, & scribent, ibi,
& per Afflict. *in Constit. foriudica totum bona.* Castill.
*decis.*107 *.num.*45.Mastrill.*decis.*283. *num.*72. *&* 73.
Consil.Gizarell.*decis.*13.Domin.Regens Tapia *decis.*
49 *.per tot.S.C.N.*nàm banniti pro causa leui, prò qua
non veoit imponenda pœna mortis vel deportationis
63 prò mortuis † non habentur, licet per perseuerātiam
in banno post terminum in statuto contentum publi-
centur eis bona, in pœnam contumaciæ, nec isti pos-
sunt offendi impunè, nec possint foriudicari, vt notant
scribentes Regnicolæ ad *Capit. Alphonsi.*149.per Cu-
niam ordine *suo* 64. licèt in vno æquipatentur facta
publicatione bonorum, vt tam banniti pro leui deli-
cto, quàm prò graui dicantur vrgere ad inopiam, ad
hoc, vt vxores possint petere dotis restitutionem, nec
64 non, & lucra nuptialia, † quæ dodarium, seù ante-
fatum appellamus, ità Batt.*in l.si constante numer.*18.
Barbos.*num.*30. *D.solut.matrim.* qui in dote loquūtur,
& in dodario, est textus expressus in *Constit.pœna ca-*
*rere, tit.de vxor. foriudicator.*sub Imperatore Fiderico,
vbi quod vxores foriudicatorum debent manuteneri
in suis dotibus, donationibus propter nupt. quarta,
atquè dodario, & eis nullatenus inquietari, iuxtà
quem textum fuisse ità in hoc Regno decisum anno
1617. ad fauorem Ioannis Angotta contrà Regium
Fiscum, testatur Mastrill. *decis.*283 *.num.*26. vbi am-
65 pliat, in vxore hæretici † per *Capitulum Caroli* 75.
inter capitula huius Regni, & notabiliter *nu.*45. allegat
illam notabilem doctrinam Gloss.*in auth.bona damnat.*
C.de bon.proscript. dictantem, quòd vxori pauperi in
bonis mariti diuitis banniti confiscati, debeatur quar-
66 ta proinde ac si maritus † naturaliter mortuus esset,
quam merito dicit communiter approbari etiam in
crimine læsæ maiestatis, reo, vel in damnato ex causa
hæresis; & iure optimo, vt innocens mulier marito or-
bata hoc saltim habeat subleuamen, dum alimento-
rum spe omninò remanet destitura: vndè resultat quā
grauiter contrà Iura peccent Fisci partes tuentes, qui
non solùm mulieres à quarta, & dodario excludere
pertinaciter tentant, sed etiam à dotis restitutione,
asserentes casum restitutionis ad húc non extēdi, quod
in Curia Præturæ aliquando vidi in cōttouersiam ad-
duci, & pauperes mulieres vexari, cum eos auertere
deberet miseria prædicta, in quam incidunt proptèr
viri bannum, nec addere afflictionem afflictæ.

67 Viro autem restituto, tenetur mulier ei dotem †
denuo consignare, imò, & fructus, qui forte super
fuerunt deductis alimentis familiè per Tiraquell.*trac.*
*cess.caus.lim.*14 *.num.*4.

Quorum occasione non prætermittam alium casū,
qui frequenter potest occurere, quem habuimus in
facta, & maximè quidem grauitatis; bannito enim vi-
ro vxor dotis restitutionem petierat per viam iudi-
cialis adiudicationis, vt dicimus per primum, & secun-
dum decretum, ex quo habebat dotis instrumen-
tum pro se, cui per statutum huius Regni tribuitur,
vt habeat executionem paratam, ob quod obtinuit à
Iudice, curatores dari viro bannito tanquàm absen-
ti, quibus datis instituit cum ipsis iudicium, & fue-
runt ei adiudicata omnia bona viri, illi donata per pa-
trem in contractu dotali contemplatione matrimo-
nij, & ad discursum vendita tanquam vltimæ emptri-
ci, exindè verò marito in gratiam restituto fuerat per
eum approbata adiudicatio in eius vltimo eulogio,
quò vita functo eius successores tanquàm vocati ex
fideicomisso, quod pater defuncti erexit in dicto con-
tractu dotali, intentanerunt iudicium reiuendicato-
rium contrà mortui vxorem, habita pro nulla, &
quatenus opus erat rescissa dicta iudiciali adiudica-
tione, excipiebat vxor contra se minimè potuisse in-
tentari iudicium reiuendicatorium, ad quod intentan-
68 dum actor debet probare se dominum, † & reū pos-
sessorē *l.p.C.de alien. iud.mut.caus.fact.*Pract.Papiens.*in*
form.libelli huius.act.& Oliban.*de act.p.*2 *.lib.*1 *.c.*1 *.n.*5.

& tamèn dominium dictorum bonorum erat in eam
69 iure translatum per adiudicationem, † iuxtà doctri-
nam Afflicti *in decis.* 358. Ann, *allegat.* 104. Burg. *de*
laudim.insp. 45. *n.* 9. Mar. Mut. *decis.* 10. *num.* 14. non ob-
stante quod bona essent restitutioni subiecta, quia pro
70 dotis restitutione † licitè etiam iudicialiter distra-
huntur. Auth. *res quæ C. comun. delegat.* tàm pro fidei-
commisso instituto in testamento, quàm in contra-
ctu, vt ex veriori opinione inter descendentes sustine-
bimus in *discursu tertio particula fin. tractat. Primæ*; re-
plicabant actores dictam distractionem esse nullam,
ex eo principalitèr, quòd non fuerat celebrata cum
71 legitimo contradictore † ad tradita per Alex. *conf.* 5.
in causa vol. 2. & per Marium Mut. *ad Rit. Regni* 107.
num. 70. Fundabant se super eo quòd, cum stante fi-
deicommisso intencto, bona ad ipsos spectabant, pri-
mo donatario bannito, stante pacto expresso in casu
delicti, cùm eis erat instituendum iudicium, ad quos
bona fuerant ipso Iure deuoluta; contrarium ego sub-
stinebam, & mecum doctissimus Sitaiolus in causa
Marchionissæ luce cum Principe Gampifranci, imò
optimè dictam adiudicationem, seu pignorum distra-
ctionem processisse datis curatoribus viro bannito,
tanquam absenti mouebar, quia banniti, ad sui in-
commodum tenentur comparere, vel procuratorem
dimittere, quidquid fecis sit in sui fauorem, & ideò
non comparendo, nec procuratorem mittendo, in-
currunt contumaciam; & possunt etiam quod ad cau-
72 sas ciuiles condemnari † tanquàm verè contumaces,
vt dixit Gail, *de pace publ.* 3. *lib.* 2. *c.* 2. *n.* 17. & sequitur
plura afferendo eruditissimus Scac. *de iud. caus. ciuil. lib.*
2. *cap.* 9. *numer.* 1772. *vers. sequitur. fol.* 452. ratio est
quia ipsi passiuè sunt capaces iudicij, & possunt in
iudiciali lucta rei partes sustinere licèt non actoris;
sed sic est quod contra absentes, qui procurato-
73 res non dimiserunt, solent † Curatores decerni pro-
bata absentia; Angel. *conf.* 103. *Bald. conf.* 327. *num.* 1.
libr. 5. Menoch. *de arbitr. cas.* 150. Mastrill. *decis.* 197.
num. 20. Marius Muta *decis.* 4. in eadem causa edita, vt
in Regno quotidie seruamus etiam contrà exteros,
dummodò ratione contractus, vel rei sitæ sint effe-
74 cti subditi iurisdictioni † dantis Curatores; & reali
vel mista actione conueniantur vti substinebam quan-
doque pro Marchione floresta contra Dominam
Lauram orioles de quo nouiter post Gall. *conf.* 35. di-
scurrit Amatus noster *resol.* 33. *nu.* 6. *& seq.* quarè non
idem dicendum est de bannitis, qui habentur prò ab-
sentibus in eorum perniciem; ad hoc vt possint vti
tales conueniri; & cum hac Theorica concordat Re-
gni praxis, iuxtà quam litigatur cum bannitis ante
incorporationem, si de bonis annotatis sit questio, vel
post si agatur de superuenientibus, vel non annotatis,
tamquam cum absentibus, vt testatur Franciscus
Prouincialis conciuis meus *in l. si ab hostibus D. ex quibus*
causis maior: quod in hac caosa testati fuere omnes
quasi nostri temporis famosiore, causidici, & in-
75 ter eos præcipuus, pace omnium dictum sit, † An-
tonius palma, capacitate, animique; synceritate,
& candore, in quam praxim per sapientissimos Iu-
dices, pluries concordi applausu itum est.
Non obstat his, quod hæc procedunt, vbi simplici-
ter cum bannito agitur, cui vt ita dicam, bonorum
suorum dispositio non fuerit interdicta, & quod di-
uersum Ius constituendum sit, vbi fideicommittens
voluerit vt in casu delicti per mensem ante bona ip-
so iure in vocatos peruenirent, quasi tunc non cum
bannito amplius, sed cum vocatis agendum sit, tam
quàm omnes actiones, & passiones in eos fuerint trās-
latæ, accedente nouissimo statuto §. 21. Domini Co-
mitis de Castro per quod in eos datur executio in-
76 strumentorum, † & pariter ad eorum instantiam, e-
xequuntur, facta fideicommissi verbali, vel reali re-
stitutione, de quo Mastrill. *decis.* 122. maximè addita
notitia fideicommissi in personam agentis; Quia re-
spondetur, quòd hæc de dominij translatione forte
possent procedere, vbi essemus in fideicommisso in-
ducto vltima voluntate, sed fideicommisso institu-
to in contractibus applicari non possunt; nam cum
77 inter viuos dominium absquè traditione † non trans-
feratur, *l. traditionibus*, 29. *C. de pactis*, cum alijs per
me adductis in *discursu secundo part. prima vltimæ tra-*
ctationis. fieri non potuit, vt isti successores efficeren-
tur legitimi contradictores, in quos nec dominium,
deficiente traditione, neque possessio transierat, quia
78 non fuerat appræhensa, † sicuti requiritur in omni
acquisitione ex contractu intèr viuos descendente,
quidquid sit in materia successionis ex testamento,
vel ab intestato, stante statuto nostro sub Rege Fer-
dinando, continuante possessionem in hæredem ab-
sque eius facto; & priuilegio vltimarum volunta-
tum, vt dominium absquè traditione transeat vel
quidquid esset, quandò adfuisset constitutum ad fa-
uorem posteriorum donatariorum, in casu delicti vo-
79 catorum; quod habet vim realis traditionis † *l. quoties*
ibique [illegible] *num.* 14. *C. de reiuendicat.* Addo *conf.* 839. *n.* 9.
tertio & quarto dubio Peregr. *art.* 51. *nu.* 79. *de fideicom.*
& alij dicto loco per me adducti, licet sufficeret, quòd
ex parte opponentis deficeret possessio, in Regno,
vbi iudicia executiua diriguntur, contrà possidentes,
80 & contrà habentes dominium † rei, vnde fit, quòd
possidens etiam si dominus non sit, impediat instru-
menti executionem opponens de sua possessione,
eamque ostendens impromptu, dummodo non sit
nulla, vt traditur à Giurb. *decis.* 61. *numer.* 2. *& me-*
lius decis. 62. *numer.* 3. *& seq.* Hinc sequitur, quod su-
perfluum fuisset, & inane, contra hos vocatos iudi-
81 cium † executiuum instituere, quod debet in possi-
dentem dirigi, qui habet facultatem rei restituendæ,
vt aiunt DD. *in §. omnium Instit. de actio.* Ordelaff. *in*
l. fin. numer. 1010. *D. de reiuend. fol.* 180. Conferunt satis
ad prædicta omnia illa, quæ per DD. traduntur ad
cognoscendum quis nam citari debeat, quandò Iu-
dicium aliquod instituitur, siue reale, siue mistum
82 illud sit. An videlicet sufficiat solus titulus † ad hoc,
vt quis citandus per necesse sit, prò quo solet alle-
gari doctrina Baldi *in l. manifestissimi num.* 3. *vers. at-*
tende quia C. de furt. vbi deducit, non posse dici habere
interesse eum, qui solo titulo nititur. Facit etiam, quod
aliud est, habere actionem ad rem, & aliud rem ipsam
83 possidere † Etenim primo casu citandus quis non est
secundò verò sic; quarè non potest dici actum in illo
iudicio de re aliena; quia illi vocati habebant actio-
nem ad rem, ad tradita per Tiraquell. *de retract. Con-*
uent. gloss. prim. & vnic. §. 2. *num.* 48. Nam aut vocamus
substitutos, creditores fideicommissi, aut interesse ha-
bentes, vtroque casu in distractione bonorum grauati

vo-

vocandi non sunt; quò ad primum, quod pernecessè citari non habeant, est doctrina Alex. *conf.* 184. *in causa num.* 10. *vers. ex hoc verificatur. lib.* 6. Et in terminis substituti, est textus in *l. ex contractu.* 44. *D. de re iudic.* Bart. *& alij in l. in diem D. de aqua pluu. arcend.* Ad secundum certò certius est, interesse habentem, cui interesse, tangit in consequentiam, omitti posse, nec
84 actorem cogi eum citare † ad text. in *l. filius familias.* 117. *§. Diui. D. de legat.* P. Alex. & alij *in l. sæpè.* 63. *D. de re iudicat.* & Roman. *in l. in diem*, in puncto Moror. *conf.* 13. Gamm. *decis.* 207. *num.* 3. Franc. *decis.* 462. *num.* 3. Intrigliol. *decis.* 15. *num.* 97. Farin. *decis.* 118. *num.* 7. *par.* 1. *tom.* 1. Ioseph Sesse *decis.* 5. *num.* 17. *lib.* 1. cum alijs per Amat. *resol.* 32. *num.* 2. limitarem hanc conclusionem dupliciter, primo si adesset constitutum, de quo dixi, secundo si successores bonis vacantibus de
85 facto possessionem apprehendissent, † nàm tunc quia absque vitio possiderent, essent legitimi contradictores, & deberet cum eis iudicium institui ad tradita per Addentem ad Ludouis. *decis.* 206. *nu.* 10. post Peregr. *art.* 47. *num.* 11. & Rota *decis.* 140. *per Farin. post lib.* 2. *Consilior.* vbi quod potest substitutus capere bona authoritate propria, si nullus hæres existat, qui restitutionem faciat; vt distinguebam in casu occurrenti inter illas dominas de Omodei, & Luchesio; vbi vltimi morientis grauati hæres, erant vnus ex substitutis, qui potius maluerat ex fideicommisso portionem suam habere, quam tanquam grauati hæres totum, ex beneficio statuti, ex hoc enim inferebam noluisse vti statuto; & ex tunc hereditatem iacuisse, sumpto argumento ex traditis per *Fabr. in C. tit. de acq. poss. definit.* 5. nam sicuti secuta declaratione affirmatiua retrotrahitur ad tempus mortis, vt alibi dicam, ità si facto, vel verbis obstendat nolle; ac ideo potuisse consubstitutam portionem suam de facto agnoscere.

Ideo circumscriptis terminis Capituli Ferdinandi super continuationem possessionis defuncti in heredes, quod non potest adaptari in casu isto, vbi hæres deficit; quia nullus, defunctus est, nec in fiscum † huius
86 statuti beneficium transit, quando ex delicto venit; Peregr. *de iur. fisc. lib.* 5. *tit.* 1. *numer.* 5. & Tiraquell. *in tract. possess. in tit. la mort saisit part.* 2. *declar.* 15. *num.* 16. Mastrill. ad Gregor. *de iud. consu. feud. quæst.* 18. *litter.* A D. Antoninus Amat. curiose, & docte *in resolut.* 39. *num.* 108. quidquid sit, quando venit tanquam successor, & non ex delicto; vt discurrit ibi Amatus, clarum est, iure communi inspecto, posse fideicommissarium possessionem intrare, si iacet, & intrando, effici legitimum contradictorem, & citari debere; & iuxta prædicta in dicta causa sentiebant Doctissimi Iudices, licet quo ad reliqua adhuc sub iudice lis sit, de cuius exitu dicam in secunda tractatione. post hæc vero scripta, fuit decisum sub die 12. Septembris 1629. cum prædicta opinione, licèt stante læsione, decretum fuerit habitum prò rescisso, & concessa retentio Vxori de omnibus creditis inter D. Marchionissam hinc cuius partes agebam & Principem Campifranci.

TRA-

TRACTATIONES PRIMÆ

DISCVRSVS SECVNDVS

PARTICVLA TERTIA.

ARGVMENTVM.

DONATIO inter patrem, & filium, an confirmetur per ingressum in religionem, tanquàm per mortem, & an annulletur si ingressus exeat, & habitum dimittat. Per quas causas professio dici nulla possit, & quid de eo, qui profitetur in Religione Iesuitarum, & quid de nouitio: Religiosus effectus Episcopus quæ bona recuperet; Aliqua de incapacitate Religiosorum ad feuda, & an illa rehabeant, si habitum dimittant. Et quid de Episcopis, & Cardinalibus.

SVMMARIVM.

1 *Mors spiritualis, per ingressum religionis, naturalis æquiparatur.*

2 *Donatio ex causa ingressus, assimilatur donationi causa mortis, & num. 4.*

3 *Pactum de dote lucranda conceptum in causam mortis, habet locum in casu professionis, morte naturali nec expectata.*

4 *Insinuatio non est necessaria in donatione facta ex causa ingressus in Religionem.*

5 *Conditio quatenus possessio fuerit emissa, subintelligitur in qualibet donatione ex causa ingressus, intellige, vt num. 140.*

6 *Deo seruire regnare est.*

7 *Religiosi transeunt in potestatem sui superioris.*

8 *Societas ita soluitur per Religionem. sicuti per seruitutem, quia eadem in vtraque adestratio.*

9 *Religiosi nullius acquisitionis capaces sunt, nec testari possunt.*

10 *Milites Religionis Sancti Ioannis Hierosolymitani sunt incapaces bonorum, & intestabiles sicuti cæteri religiosi.*

11 *Religiosus si professione emissa, ex iusta causa egrediatur, an bona recuperet, quæ donauit, latè discutitur.*

12 *Donatio ex causa ingressus facta, itá reuocatur, si professio sit nulla, sicuti si non fuerit emissa.*

13 *Nouitius recuperat bona cum fructibus. professus verò nulliter minimè, sed solummodò bona.*

14 *Donatio confirmata stante professione, illa existente nulla, reddit ad pristinum statum reuocabilitatis.*

15 *Monasterium an possit bona nouitij retinere prò alimentis præstitis. prò & contrà num. seqq. declara vt num. 17.*

17 *Monasterium non potest retinere personam nouicij pro alimentis.*

Nequè

18 *Nequè vestes, si alias non habeat, cum quibus possit cōmodè ad sæculum redire.*

19 *Episcopus potest etiam sub censuris cogere superiores religionum, vt sinant nouitios liberè abire, eisque bona restituere.*

20 *Religiosus infra quinquennium à die professionis potest dicere nullam professionem coram ordinario, & superiore, vetaturque ei de facto recedere.*

21 *Dimittens de facto habitum, si redeat, potest obtinere, vt de nullitate ex ordine tractetur.*

22 *Nulliter professus, rectè matrimonium inire dicitur in foro poli, licèt in foro fori non restituatur vxori, nisi nullitate discussa.*

23 *Ista nullitas retrotrahitur ad tempus matrimonij pro validitate ipsius, & prolis legitimitate.*

24 *Quinquennium ad dicendum de nullitate professionis currit etiam minoribus.*

25 *Præscriptio superseditur, durante ætate pupillari.*

26 *Rigor consilij non reparat in ætatem pupillarem.*

27 *Minor in spiritualibus quandoque habetur pro maiori.*

28 *Tempus assignatum per statutum, currit etiam minori, & assignatur ratio.*

29 *Religioso impedito præponere nullitatem infrà tempus statutum sufficit reclamare.*

30 *Si verò non proponat, nec reclamet, dispensatione Pontificia opus est, vt possit de nullitate cognosci.*

31 *Summus Pontifex non dispensat super lapsu quinquennij sine reclamatione, non constando de impedimento.*

32 *Metus causa durante, metus durare præsumitur, nisi voluntas probetur.*

33 *Præscriptio non currit impedito præponere nullitatem professionis.*

34 *Sed an tali impedito prouideatur de in integrum restitutione.*

35 *Metus concussiuus an sufficiat ad annullandam professionem, & an solus reuerentialis.*

36 *Metus pro annullanda professione debet esse talis, qui cadat in constantem virum.*

37 *Metus mulieris respectiuè sufficit, sit talis, qui cadat in constantem mulierem.*

38 *Metus reuerentialis in fœmina adiunctis reclamationibus, & in terribilitate incutientis valet ad instar coactionis, & num. 51.*

39 *Metus idem sufficit ad rescissionem matrimonij temporalis, & spiritualis.*

40 *Excommunicatio inciditur eis, qui cogunt mulieres ingredi monasteria, vt ibi profiteantur, Secus vt maneant sæculares.*

41 *Professio tacita annullatur ex solo metu reuerentiali, intellige, vt statim, & vide num. 48. & sequent. vbi obiectio, & solutio.*

42 *Metus suspitio tollitur per ratihabitionem subsecutam, limita vt infra statim.*

43 *Metus non purgatur per assumptionem sacri ordinis per religiosum habiti.*

44 *Ratihabitio debet esse cum notitia, quod actus antea erat nullus, aliàs non operatur. & num. 46.*

45 *Exercitium ordinum scienter factum, an approbet actum metu gestum?*

47 *Professus nulliter volens ratam habere professionem an debeat incipere nouum annum probationis.*

48 *Tacita professiones an adhuc dureut post. concilium, & num. 52.*

49 *Metus reuerentialis oriens ex naturali subiectione, est communis omnibus filijs.*

50 *Professio adhoc vt valeat semper presumitur spontanea.*

51 *Metus reuerentialis debet esse admiuiculatus pro nullitate professionis.*

53 *Professio tacita quando & per quos actus inducatur latè refertur.*

54 *Milites religionis Melitensis etiam ipsi tacitè profiteri possunt, per multos actus, qui referuntur.*

55 *Æquiparantur cæteris religiosis in rerum aquisitione.*

56 *Sunt incapaces feudorum, ideo non possunt illa in religionem transmittere.*

57 *Possessio, quæ non transit in hæredes sanguinis, non transit in monasterium, sed remanet ipsi generi.*

58 *Religio capax feudorum vti corpus non per hoc est capax ex persona religiosi.*

59 *Primogenitus religiosus etiam à patre institutus non gaudet beneficio statuti continuantis possessionem, sed illa transit ad secundogenitum.*

60 *Institutio de filio professo pœnitus incapaci habetur prò caduca.*

61 *Statutum continuans possessionem in hæredem incapacem; an sit hoc nostrum, & quomodò id accipiendum sit vide num. 67.*

62 *Possessio hæc non transit in monachos, & si transeat in clericos, & fœminas.*

63 *Nam hoc statutum non includit religiosos.*

64 *Hoc statutum supponit aditionem saltem in animo.*

65 *Hic adeundi animus est apud curatores, & tutores, saltem in potentia essendi.*

66 *Operatur fauore pupillorum, & furiosorum.*

67 *Exceptio incapacitatis respectu sexus non admittitur in iudicio possessorio summarissimo.*

68 *Milites Hierosolim tam sunt intestabiles tam si caustrales, quam si commendatarij.*

69 *Legitima non competit filio religionis Melitensis professo ante mortem parentum.*

70 *Prohibitus disponendi in illegitimos non prohibetur disponere in legitimatos.*

71 *Legitimati in omni dispositione veniunt appellatione legitimorum maximè in odiosis.*

72 *Stefan. Gratian. discept. 744. nu. 23. notatur, cum aduersus eum sit communis opinio.*

73 *Legitimationem euacuari stante clausula, saluis iuribus venientium ab intestato qui dixerint.*

74 *Legitimas in materia successionis differt à natalium restitutione.*

75 *Legitimatus cum clausula saluis iuribus &c. capax est eorum, quæ voluntariè pater velit in eum conferre.*

76 *Vincentius Grigentius ornatissimus Iureconsultus laudatur.*

77 *Professio ex capite metus an sit nulla, an verò rescindenda.*

78 *Mente captus, & furiosus inter se satis distare ostenditur.*

79 *Dementia quomodo, & per quos actus probetur, & an standum sit Phisicorum iudicio.*

80 *Demens, & furiosus non sunt capaces obligationis.*

Votum

81 *Votum, vt obliget, tria requiruntur secundum Diu. Thomam, quæ cadere non possunt in demente, & furioso.*

82 *Dementis, & mente capti professio, & matrimonium non est contrahere.*

83 *Furiosus habens dilucida interualla, non est iudicandus prudens, & exemplum refertur.*

84 *Stultus ita nemo, quin aliquā verba prudentium loqui nesciat.*

85 *Furiosus in dubio etiam si habeat dilucida interualla cẽsetur actitasse tempore furoris.*

86 *Furor præsumitur, durare, dilucida interualla verò minimè.*

87 *Actus prudenter gestus facit recognoscere, fuerit nè factus tempore furoris.*

88 *Dementia extremis probatis censetur probatum medium tempus, maximè concurrente aliqua coniectura.*

89 *Fatuus substupidus, vel hebetis ingenij homo non habetur pro dementi.*

90 *Dementia prò matrimonio, & professione impedienda qualis esse debeat.*

91 *Furiosus valide contrahit tempore dilucidi interualli.*

92 *Furiosus sanæ mentis factus, potest professionem ratam habere, quod intellige, vt statim.*

93 *Furoris tempus non computatur in anno nouitiatus, nisi furor esset citò transiens.*

94 *Professio est nulla si fiat non transacto anno nouitiatus.*

95 *Idem si fiat ante decimum sextum annum.*

96 *Hæc procedunt in militibus Sancti Ioannis Hierosolymitani.*

97 *Nouitiatus annus currit de momento in momentum.*

98 *Dictio per adiecta implemento temporis designat perfectionem.*

99 *Professio potest emitti infrà annum in casu mortis, licet huiusmodi professio monasterium non succedat.*

100 *Nouitiatus annus debet esse continuus, nec iunguntur tempora prò illo integrando, & ratio numero sequentibus.*

102 *Interrumpitur per triduum, taliter quod de nouò inchoari debeat.*

103 *Nouitius debet peragere annum nouitiatus habitu retentu per totum tempus.*

104 *Nouitiatus annus tripliciter interrumpi potest.*

105 *Nouitius degens extrà claustra de licentia superioris, an censeatur continuare annum; prò & contra.*

106 *Nouitiatus annus debet incipere expleta pubertate.*

107 *Professio tàm per viros, quàm per mulieres debet emitti post sexdecim annos ætatis.*

108 *Annus probationis potest expleri antè annum 16. & professio potest posteà emitti.*

109 *Professio facta eodem die, quo quis ingreditur an valeat.*

110 *Milites Sancti Ioannis Hierosolymitani ligantur Concilio circà integritatem nouitiatus.*

111 *Professio an irritetur ex defectu informationis iuxtà bullam Sixti V.*

112 *Per matrimonium ratum non irritatur; benè verò per consumatum, & num. 114. quid in Sacerdotio vide, num. 117.*

113 *Matrimonium ratum dissolui potest ratione maioris charitatis, licet sit Sacramentum.*

115 *Professio est valida, si fiat post matrimonium, nulliter contractum etiam consummatum.*

116 *Vxor potest repetere virum, cum quo matrimonium consummauerat, etiam quòd esset effectus Summ. Pontifex.*

118 *Ità demum si vxor velit religiosum, vel Sacerdotem vindicare.*

119 *Sed an professio hæc sit nulla, vel rescindi debeat.*

120 *Nullitas an possit per tertium intentari, & quid officium iudicis.*

121 *Nullitatem allegare non potest qui ei causam dedit.*

122 *Item neque illa, quæ per partis consensum sanari potest.*

123 *Religiosus mortua vxore, quæ eum reuocauit, an teneatur redire ad monasterium.*

124 *Sed an possit aduersus coniugem repetentem excipere de adulterio.*

125 *Et an monasterium possit hoc excipere, si monachus nolit.*

126 *Religiosus an possit, vxore, quæ sit adultera in vita, coniux fieri, & quid de ordinibus sacris, num. sequent.*

128 *Summus Pontifex ex causa dispensat matrimonium rato, magis si velit vir effici Sacerdos, non verò consumato, vti in num. seq.*

130 *Professio dolo extorta an sit nulla, vel veniat rescindenda.*

131 *Hæreditas aufertur illis, qui dolo inducunt aliquem ad profitendum.*

132 *Donatio facta per religiosum ex causa ingressus an reuocetur illo effecto Episcopo.*

133 *Donatio quæ fit ex causa ingressus filijs, differt ab illa, quæ ex eadem causa fit extraneis.*

134 *Donatio, & gratuita renuntiatio inter se non differunt.*

135 *Religiosus effectus Episcopus non testatur, ex quo manet adstrictus eisdem votis, sed intellige vt statim.*

136 *Potest in vita disponere de fructibus etiam in suos consanguineos.*

139 *Molfesio in consil. primò, & consil. 39. post secundam partem respondetur.*

188 *Conditio illa, si & quatenus profiteatur, expirat illa secuta valide.*

139 *Quæ momento explentur statim cessant secuto implemento.*

141 *Religiosus effectus Episcopus potest nolle acquirere suæ religioni.*

142 *Transiens de religione incapaci ad capacem, non recuperat ius succedendi nisi in futurum.*

143 *Effectus Episcopus quare possit mutare testamentum conditum ante professionem.*

144 *Bannitus restitutus sicuti, & post liminio reuersus, possit mutare testamentum.*

145 *Religiosus an possit mutare testamentum ante professionem factum, vel in totum cassare.*

146 *Exiens de licentia superioris an recuperet eius velle, & num. 159.*

147 *Lazarus resuscitatus recuperauit nè bona, quæ moriens dimisit, & num. 151. in fine.*

148 *Maritus resuscitatus an recuperet vxorem, & quid in beneficiali an beneficium. num. seq.*

Religiosus

150 *Religiosus resuscitatus an teneatur redire ad monasterium.*
151 *Effectus Episcopus non potest exuere habitum, ex quo tenetur ad vota.*
152 *Renunciatio facta per ingredientem in fraudem monasterij an sit nulla.*
153 *Facta ante ingressum non subiacet dispositioni Concilij Tridentini.*
154 *An debeat, vti aliæ renuntiationes insinuari.*
155 *Natta solus ex allegatis à Molfesio venit ad quæstionem, cui alij adiunguntur.*
156 *Superior sicuti non potest dispensare sibi ipsi, ita nec alijs suis subditis circà vota.*
157 *Neque etiam capitulum generale cum toto conuentu.*
158 *Summus Pontifex eligendo Religiosum in Episcopum an censeatur cum eo dispensasse.*
159 *Religiosus Episcopus quid debeat exprimere, vbi obtineat dispensationem disponendi.*
160 *An recuperet bona monasterio oblata, & alia remissiuè.*
161 *Concilium Tridentinum disposuit renunciationes iure factas omnimodam firmitatem habere.*
162 *Labor omnis optat præmium, & qui seruit altari, de eo viuere debet.*
163 *Consulentes qui student maledictioni persæpè causas ammittunt.*
164 *Religiosus Episcopus an recuperet bona feudalia.*
165 *Cardinales, vel Episcopi an capaces sint feudorum, latè discutitur.*
166 *Ecclesia, & Ecclesiasticæ personæ post concordata cum Papa Honorio sunt capaces feudorum.*

CONfirmantur tertio donationes inter patres, &
filios per mortem spiritualem, quæ inducitur
1 per ingressum religionis, quæ etiam naturali † æqui-
paratur. §. *sin autem vbi* Bartol. & Angel. *auth. de
monach.* Doctores communiter *in auth. si qua mulier
C. de Sacr. Sanct. Eccles.* & ideo donatio, quæ per ingre-
diẽtem fit intuitu ingressus assimilatur donationi cau-
sa mortis; nàm sicuti illa morte confirmatur, ita & ista
2 professione inita perficitur, † & irreuocabilis fit, Mo-
lin. *disput.* 289. *numer.* 6. Surd. *consil.* 171. *numer.* 7.
& decis. 166. *numero* 9. Azor. *institut. moral. lib.* 11.
titul. de donat. capit. 10. *quæstio.* 8. Rebell. *de obligat.
iustit. part.* 2. *lib.* 6. *quæstio.* 13. Franc. Molinus. *de rit.
nupt. lib.* 3. *quæst.* 1. *num.* 9. quos habui à Domino Au-
gustino Barbos. *in lib.* 4. *decretal. tit.* 20. *cap. vltim. nu-
mer.* 21. addo Reggent. de Tappia *in repetit. auth. in-
gressi verbo, ideoque nec de his:* ratio est, quia ad hunc
effectum mors ciuilis æquiparatur naturali, per text.
in leg. Deo nobis 54. *Cod. de Episcop. & Clericor.* vbi
pactum conceptum in casu mortis vxoris super lu-
cro dotis habet locum vxore profitente in Monaste-
3 rio, † vt latè defendit Iason *cons.* 135. *numer.* 5. *libro
primo* qui dicit, se non inuenisse doctorem authenti-
cum, qui contrarium teneret, sequitur Molfes. *su-
per consuetud. Neapol. part.* 7. *quæstio.* 10. *num.* 5. *lib. pri-
mo* Mastrill. *decis.* 283. *num.* 55. vbi ex hoc deducit,
non esse expectandam mortem naturalem profiten-
tis; Intantum verò hæc donatio facta per ingressum
Religionis, dicitur donatio causa mortis, vt suprà
diximus, & tenet Cæsar Manent. *consil.* 57. *numero
primo cum alijs adductis per Rot. in illa Romana donatio-
nis Demelchioris coram Buratto sub die* 6. *May.* 1620.
quam trascribit *Gratian. disceptat.* 975. *numer.* 35. *&
sequentib.* vt ad instar eius quæ causa mortis fit, insi-
4 nuationem † non desideret, etiam stante Statuto ge-
neraliter loquente de omnibus donationibus insi-
nuandis, vt latè firmauit ibi Gratianus, ac etiam
placuit Rotæ *in alia decisione coram* R. P. D. Pamphi-
lio Spoletana donationis 10. *Februarij* 1629. quæ
magis procedunt vbi in donatione apponatur expres-
5 sa conditio, quatenus donans in monasterio † pro-
fessionem emittat, Pappon. *consil.* 120. *numer.* 7. &
si verius sit, quod hæc conditio tacitè inest in huius-
modi donationibus, ità vt prò apposita semper ha-
beri debeat, vt post quamplures defendit Meno-
chius *præsumpt.* 36. *numero* 11. *libro tertio*, ad instar
donationis causa mortis, vbi conditio inesse vide-
tur, si donans eius voluntatis sit ad mortem vsque,
vt meminimus suprà dixisse post Barbos. & alios.

Et ratio omnium prædictorum est, quia qui sæ-
culo renunciant, ad hoc vt Deo seruiant; & ciui-
tatem, & libertatem ammittunt, efficiuntur serui
6 Dei, cui † seruire regnare est, cuius persona per
superiorem representatur, vndè religiosi effecti
7 transeunt in potestatem † superioris. Bartol. *in l.
patre furioso.* 8. *D. de his qui sunt sui, vel alien. iur.*
Felician. *de societ. capit.* 33. *numer.* 9. applicando ad
effectum dissoluendæ societatis, sicuti dissoluitur per
8 seruitutem; † nam idem iudicatur de religione su-
perueniente, quod de seruitute: Dec. *in capitulo
decernimus ante finem versiculo quia religiosus, numer.
8. de iud. & in capitulo bonæ memoriæ. num.* 3. *de ap-
pellat.* Innocentius *in capitulo cum olim. de priuileg.*
Bartol. *in leg. prima, D. de stipulat. seruorum & in leg.
cum hæredes.* 23. *D. de acquirend. possess.* Bald. *in leg.*
2. *ad finem, Cod. de sentent.* Itèm sicuti de iure ci-
uili serui pœnæ effecti habentur prò mortuis, ad
effectum donationis inter coniuges, vel patrem, &
filium confirmandæ, ita & qui Deo se dedere, am-
plius sui iuris non sunt.

Ex quo sequitur, quod nullius acquisitionis capa
ces existant, sed omnia monasterio acquirant ne
testamentum vel aliam dispositionem condere pos-
sint, & sic actiuè, & passiuè incapaces reputentur
9 † dict. *Authent. ingressi & dict. authent. si qua mulier.
C. de Sacr. Sanct. Eccles. can. quia ingredientibus. cum
sequen.* 19. *quæst. vltima. cap. quia ingredientibus.* 2. *de
testamen. vbi Doctores omnes* Agamma *decis.* 309. *num.*
2. Velasch. *consult.* 108. Vasquez. *controuers. Illustr.
cap.* 122. Michael Crall. §. *testamentum quæst.* 34. Bar-
tolomeus à Santo Fault. *in thesauro Religionum lib.* 8.
quæst. 61. Emanuel Rodriquez, *tom.* 3. *quest.* 69. *art.* 2.
quæstionum regularium. Molin. *de inst. & iur. disput.*
141. & in militibus Sancti Ioannis Hierosolymitani
10 † hoc idem ius esse notat Rot. Roman. in recentiori-
bus apud Farinaz. *decis.* 76. *parte* 2. cum alijs per Au-
gustinum Barbos. *in collect. ad dictum cap. Quia ingre-
dientibus.*

Quæ quidem locum habent, tàm si expressè,
quàm si tacitè fuerint professi; nam nulla in hoc con-
sideratur differentia, etiam post Sacrosanctum
Tridentinum Concilium, vt infrà expressius tra-
detur.

Hæc de plano procedunt, vbi Religiosus iuxta pro-
positum

positum in Religione permanserit, cæterum magna insurgit dubitatio, an reuocetur donatio, si donans professionem emissa, & consequenter confirmata donatione, irreuocabiliquè effecta ex aliqua causa ad
11 hoc sufficienti religionem egrediatur, † habitumque dimmittat, an videlicet recuperet bona donata, seu renunciata religionis ingrediendæ intuitu, qua in re existimaui plures casus distinguendos esse, ad hoc, vt vbi casus occurrat, sciatur quidnam tenendum sit; in quibus aliquantulum me dilatabo propter materiæ vtilitatem, & quęstionis frequentiam.

Primus itaque casus erit, si professio declaretur nulla, vel si vti inualida rescindatur.

Secundus, si religiosus ad Episcopatus culmen adnehatur.

Tertius est casus de professo societatis Iesu, vbi vota simplicia possunt irritari consentiente Generali Pręposito.

Quartus est in casu quo quis vti incorrigibilis eijciatur, vel aliter dimittatur à monasterio.

Vltimus, quando dispensatio gratiosa à Summo Pontifice obtenta fuerit.

Primus casus nullitatis, vel rescissionis pluribus modis verificari potest. Primo si professio metu facta sit; Secundò, si emittens sanę mentis non sit. Tertiò si nouitiatus anno non completo quis profiteatur, vel completo, sed non côntinuo in nouitiatu permanserit; Quarto si professio antè decimum sextum annum emittatur: Quintò si deficiat informatio de vita, & moribus tam recepti, quam eius parentum, & acceptatio in capitulo. Sextò si ante professionem matrimonium carnali copula interueniente fuisset contractum, & vxore non consentiente fuisset professum. Vltimò, si dolo ad profitendum inducatur.

In his casibus, omnibus requisitis concurrentibus per Canones, & patres in concilijs inductis professio irritari potest, & bona essent restituenda, si dona-
12 tio ingressus causa facta fuisset; † tanquam cessante causa donationis. Aloys. Riccius *decis.643. in sua praxi*, sicut dicimus de nouitio, cui, si infra annum
13 recesserit, omnia sunt restituenda, † vt fuit ordinatum per Sacrosanct. Concil. Tridentin. *sess.25. de regular. capit. 16. in final. verb.* sequitur praxis Episcopalis *verb. monialis. §. 3. part. 1. & part. 2. eodem verb. §. 11.* hac tantum differentia admissa inter nouitios, & nulliter professos, quia primis restituuntur bona vnà cum fructibus, indè perceptis, professis verò minimè, vt post alios habetur apud Azor. *Institut. Moral. part. prima libr. 13. capit. 9. quæstio. 2. post medium* Gallet. *in sua Margarita, versiculo nouitius. numero quinto*. Etenim respectu bonorum nullam agnoscimus differentiam, si professio non emittatur, vel si emittatur sed nulliter, & in terminis nostris eodem modo donatio per parentes facta filijs, quæ
14 professione fuit confirmata; † illa existente nulla reddit ad pristinum statum reuocabilitatis, prout hactenus erat. Et ratio est, quia plenariam confirmationem non recipit, nisi professione valida existente; nam quod nullum est, nullum præstat impedimentum, ideoq; omnia debent ad pristinum reduci; etiam si traditio secura fuerit, ac si nouitius semper permansisset, quidquid sit respectu alimentorum ingresso
15 per monasterium præstitorum, † super quo dubitant Doctores an possint ingressi bona retineri; nam negatiuè respondit Pater Emanuel sa *in summa verbo Religio: num. 8.* Emanuel Roderiquez. *dicto tractat. tom. 3. quæst. 15. articulo vltimo*. Azor. *dict. loco part. 1. libr. 12. capitul. 3. quæst. 6.* Pater Sances ad præcepta decalogi *tom. 2. lib. 6. cap. 10. num. 4.* vbi quod alimenta, & expensæ minimè repetuntur, nisi in contrarium pactum sit, sicuti practicari videmus in recipiendis monialibus per monasteria, vbi præstari solet fideiussio pro alimentis de anno in annum; nàm aliàs videntur potiùs donatæ; sed in contrarium est veritas, quod imò possint bona retineri, dato nouitius habue-
16 rit, vel cum fructibus si fructifera † sint, compensari, vt tenet Azor. *dict. part. prim. Institut. moral. lib. 13. cap. 6. quæst. 2. post medium* & confirmat D. Barbos. *in Decretal. lib. 3. titul. 31. de regularibus capit. 9. num. quinto*.

Non obstant prædicti Doctores, quia sunt intelligendi, quando Monasterium respectu alimentorum
17 præstitorum vellet retinere nouitium † nè liberè ad sæculum redire possit, nisi solutis alimentis expensis; hoc enim monasterio interdicitur, solummodò conceditur, vt possit bona, vel eorum fructus retinere, admissa ad inuicem compensatione, in quorum tamen numero non veniunt illæ vestes quibus indutus
18 est; Etenim si alias non habeat, cum quibus † egrediatur sunt ei remittendæ, nè ex hoc per indirectum cogatur in Monasterio inuitus permanere; & in omnibus his casibus potest Episcopus per censuras etiam
19 Ecclesiasticas cogere † superiores regularium, vt personam liberent, & bona restituant, etiam si feudalia sint, vt deducit ex Concilio Tridentin. Augustin. Barbos. loco citato post Regentem de Tappia *in dict. Authent. ingressi in verbo sua capit. 14. num. 16. C. de Sacrosanct. Eccles.* Pereir. *in leg. si curatorem. verbo implorare: num. 27.* Carol. de Grass. de effect. clericat. *effect. 4. numer. 25.* & post se ipsum in tractat. *de offic. & potest. Episcop. part. 3. allegat. 101. numero 37.*

Et quia frequenter occurrit, professiones ex capite nullitatum prædictarum irritari, non erit otiosum singulos casus excutere prius quam ad secundum principale caput dimissionis habitus perueniamus, & antequam ad singulos excutiendos accedamus præmittendum censeo, tempus certum annorum quinque statutum fuisse, infra quod de huiusmodi nullitatibus
10 professionis † dici possit, vt patet per ordinationem Sacrosancti Concil. Trident. *sess. 25. de regular. capit. 15. & 19.* per quod statutum fuit, vt non possit Religiosus quacumque ex causa habitum dimittere, & à Religione discedere etiam cum habitu absque superiorum licentia; sed prætendens professionem nullam esse infrà dictum annorum quinque spatium, habeat causas deducere coram suo Superiore, & Ordinario; ad hoc vt ritè nullitate declarata professus, possit ad sæculum redire, aliàs si hoc ordine non seruato, recesserit, non solùm amplius super nullitatibus prætensis audiri non debet; sed etiam ad Monasterium reuocari, iniuncta ei, qui hoc admiserit, salutari pœnitentia, nec non & ad obseruantiam de cætero compelli.

Cæterum si iste, qui de facto recessit, velit postea redire

redire ad hoc vt ordine ſuo de nullitate profeſſionis
tractari debeat, non ex hoc, quod receſſit, denegabi-
tur ei audientia; tantummodo emendata per pœniten-
21 tiam temeritate, à capite † iudicium inſtituendum
eſt, vt probat D.Gratian. *diſceptat.forenſ.cap.*413.*lib.*
3. vbi ait, quòd licet ſtante nullitate poſſet quis de fa-
cto recedere, imò matrimonium contrahere tuta con-
22 ſcientia. † Attamen in foro exteriori hoc licitum non
eſt, quarè iudico, quod vxori reſtituendus non ſit, niſi
nullitate declarata, & quod talis nullitas retrotrahatur
23 ad tempus † contracti matrimonij quoad prolis legi-
timitatem.

Hoc autem quinquennium currit irreparabiliter
24 tam maioribus † quam minoribus, non obſtante di-
ſpoſitione Iuris communis, in fauorem minorum in-
ducentis præſcriptionem ſuperſederi, durante minori
25 † ætate ad text. in *l.non eſt incognitum* 3. *C. quibus non
obijcitur longi temp. præſcript. & l. bona fidei* 48. *D. de
acquir.rer.domin.* ratio aſſignatur, quod cum verſemur
25 in tempore inducto † per Concilium illud currere de-
beat, non attentis regulis Iuris : tàm vt ſeruetur rigor
27 Concilij, quam quia ſumus in ſpiritualibus. † vbi non
habetur ratio de ætate requiſita de iure communi, ſi-
cut dicimus de tempore aſſignato à Statuto nam illud
28 currit, non obſtante pupillari vel minori † ætate, vt
eſt Text. *in l.fin. C. quib. ex cauſ. in integr.reſtitut. Add.
ad* Guid.Pap. *deciſ.*30. Cumia conciuis meus *ad Rit.Si-
cil. cap.*16. *num.*24. Iuuat autem infra quinquennium
reclamare, ſi impedimentum occurrat, ad hoc, vt etiam
eo elapſo, audiatur quis ſuper nullitate profeſſionis,
29 † & adeſt ſuper hoc Bulla Gregorij XIII. quam lau-
dat Rot. Rom. *coram R.P.D. Vbaldo Toletana profeſſio-
nis Lunæ* 25. *Maij.*1615. impreſſa per Farinaz. *tom.*4.
*deciſ.*705. *num.*6. aliàs ſi reclamatio non interueniat,
& quinquennium eſſet elapſum; Summi Pontificis di-
30 ſpenſatione † opus eſſet, vt de nullitate dicto lapſu
non obſtante cognoſci poſſet, prò vt in dies videmus,
31 qui quidem nullo modo diſpenſare ſolet † niſi cogni-
to quod infra quinquennium cauſa iuſta adfuit,
propter quamuis reclamare non potuit, vt purà
quia idem metus, eademque impotentia durauerit,
quæ impedimento fuerit, vt non reclamaretur, ità
teſtatur Rodriquez. de regular. *quæſtio.* 27, *artic.* 16,
lib. 3. Aloys. Ricc. Epiſcopus Vici *reſolut.* 657. *num,
quarto*.

Et iuſtè equidem, nam metus durare præſumitur
32 durante eius † cauſa. vt ait poſt multos Ann. *allegat.*
114. vt in materia profeſſionis fuit firmatum Per Ro-
tam in vna *Neapolitanæ profeſſionis* 26. *Iunij*. 1598. *co-
ram R.P.D. Orano*. quam allegat Rota coram Ludoui-
ſio *Hiſpalenſis matrimonij* 15. *Decembris* 1608. in im-
preſſis nouiſſimè ſub nomine eiuſdem Cardinal.Ludo-
uiſ. *deciſ.*392. *num.*5. *&* 6. vbi dicitur ad propoſitum,
quod metus præſumitur durare, durante vita illius,
qui metum intulit, nec purgatur per actus præſeferen-
tes liberam voluntatem, niſi adſit plena, & integra li-
bertas, cum alijs ſtatim citandis num. 42. vti fuit in
ſupremis Tribunalibus huius Regni obſeruatum inter
Octauium de Apa, & Eliſabettam Latino, Iudicibus
integerrimis viris, & Regijs Conſiliarijs doctiſſimis
Antonio Xirotta Domino meo, Balthaſſare Canniz-
zaro, & Angotta ſeniore de anno 1615. in Conſi-
ſtorio Sacr. Reg. Conſcientiæ, Item, & eſt ſecunda ra-
33 tio, quia præſcriptio non currit impedito † *capitul.
quia de conceſſ. preben.* cum alijs allatis in terminis
profeſſionis per Ricc. *in praxi titul. de regul. deciſ.*657.
num. 5. vbi latè quando competat huiuſmodi reſti-
34 tutio † in integrum aduerſus lapſum huius quin-
quennij.

His ſuppoſitis, capio. Primum de metu, & præſup-
poſito, duplicem metum poſſe in quocumque actu
conſiderari, concuſſiuum videlicet, & reuerentialem;
35 de primo firmandum erit † ſufficere ad profeſſionem
rite, expreſſamque factam irritandam. De ſecundo
verò non item, quod probatur ex Textu *in cap. cum
virum* 12. *de regular. ibi, Coactè parentum imperio*,
quem cum alijs inducit Couarr. *de ſponſal. part.* 2. *cap.*
7. §. 6. *num.*7. Henric. *in ſumm. lib.*2. *de matrim. cap.*9.
Sances de matrim. *lib.*4. *diſput.*6. *num.*18. D. Oter. di-
uerſ.quæſt. Iuris *par.* 1. *quæſt.* 20. Rot. Roman. *in vna
Metenſi profeſſionis ſub die* 18. *Aprilis* 1614. apud Fa-
rinaz. *deciſ.*579. *num.*5. *part.* 1. vbi Domini auditores
ſecuti fuerunt diſtinctionem D. Abbatis conciuis mei
in *cap. perlatum num.* 14. *de his, quæ vi metuſuè cauſa
fiunt* firmatis metum requiſitum pro annullanda pro-
feſſione expreſſa talem eſſe debere, vt cadere poſſit in
36 conſtantem virum, † ideò minus rectè dicendum eſt,
ſenſiſſe *Nauarr. & Rodriq. Suar. Menciach.* alioſque ſi
qui ſunt, firmantes, metum reuerentialem ſufficere
ad profeſſionem expreſſam annullandam; nam illud
non eſt verum ſimpliciter, & abſolute loquendo in
terminis viri, quidquid ſit in muliere in qua minor
37 metus † requiritur reſpectu innatæ puſillanimitatis,
vt conſiderauit aliquando Rota Valentina profeſſio-
nis 12. *Aprilis.* 1570. *coram Cardin. Lancellotto* quæ
habetur inter nouiſſimas; nàm verum eſt dicere, quod
in muliere non requiratur metus cadens in conſtan-
tem virum; ſed tantum qui poſſit cadere in conſtan-
tem mulierem, vt voluit Anton. de Butr. *in capit. Con-
ſultationi in* 4. *notabili* Præpoſit. *in vltim.* & Abb. *nu-
mer.*4. *de ſponſalib.* cum alijs latè adductis in vna co-
ram Ludouiſ. *deciſ.*374. *num.*8. quæ eſt deciſio au-
rea edita in eadem cauſa, de qua ſupra, vbi quod
metus reuerentialis in fœmina, adiunctis alijs admi-
niculis reclamationis, & terribilitatis incutientis ſuf-
38 ficit ad inſtar † coactionis in maſculo, tam in annul-
latione matrimonij, pro vt fuit in dicta cauſa deci-
39 ſum, quam in profeſſionibus, † cum eiuſdem me-
dijs Doctores promiſcuè vtantur; meritò igitur
Nauarr. & ſequaces reprobantur per D. Barbos *in
capitul. cum virum*. 12. *num.*4. *de regular.* & ideò per
Sacroſanctum Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 25. *de re-
gular. cap.*18. ad effugiendos hos ſcrupulos, excom-
40 municationis ſententiæ ſubduntur † illi, qui cogunt
mulieres tam virgines, quàm viduas ad ingredien-
dum aliquod Monaſterium; de quo D. Barbos latè
in tract. de offic. & poteſt. Epiſcop. part. 3. *allegat.* 104.
vbi quod tantummodo abſque metu excommunica-
tionis poteſt induci mulier ad ingrediendum vti ſæcu-
laris, non ad profitendum.

Diximus ad expreſſam profeſſionem irritandam
non ſufficere metum reuerentialem ad differentiam
41 tacitæ, nam in ea ſufficit metus reuerentialis, vt reſol-
uit Rot. *in d. deciſ.*579. *per Farinaz. per tot.* quam lau-
dat erudiriſſimus Beltraminus addens *ad deciſionem*
385. Card.Ludouiſ. in fine adducens ad id aliam Rotæ

decisionem *Brixiensem Parochialis* 20. *Maij* 1620. *co-
ram R.P.D. Vbaldo*, quod intellige, adiunctis protesta-
tionibus, prout considerat Rota; nam cum tacita
professio fundetur super præsumptionibus orientibus
ex gestatione habitus, vel ex alijs actibus, quæ citrà
ius, & nomen professi fieri nequeunt, huiusmodi præ-
sumptiones tolluntur per alias, sicuti sunt reclamatio-
nes, & protestationes.

Omnia autem supradicta refrenantur, nè proce-
dant, si metus iste per subsequentes actus fuerit pur-
gatus; etenim tunc, tàm si in expressa, quam si in taci-
ta simus professione, omnia validantur; regulariter
enim metus suspicio tollitur per ratihabitionem sub-
42 secutam, † quarè iterum recurrendum est ad supra
per nos tradita in distinguendo, an causa metus, quan-
do huiusmodi actus geruntur duret, vel non; primo
casu dicendum est ratihabitionem non valere; quia
durante causa metus censetur actus sub eodem metu
factus. Gamm. *decis. Lusitania* 346. *num.* 4. Mascard.
de probat. conclus. 1051. *num.* 34. Menoch. *de præsump.
lib.* 3. *præsumpt.* 4. *num.* 23. Guttier. *consil.* 16. *num.* 15.
Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib.* 13, *quæst.* 1. *num.*
603. Rot. Roman. *coram Reverendiss. Ludunens. Gra-
ditens. professionis* 9. *Februarij* 1609. apud Farinaz.
decis. 175. *part.* 2. Sancez. *de matrimon. libr.* 4. *disput.*
18. *num.* 7. Greue *ad practicam Cameræ Imperialis libr.*
3. *conclus.* 93. *numer.* 21. Rot. Roman. *coram R.P.D.
Vbaldo Toletana professionis.* 15. *Maij.* 1615. apud Fa-
rinaz. *decis.* 705. *par.* 2. cum alijs supra per nos tradi-
tis *num.* 30. quæ etiam extendunt in eo, qui tunc tem-
poris dum metus durat, ad sacros ordines euehatur;
43 † nam non per hoc censetur purgatus metus præce-
dens, vt declarat Rota in *prædicta Toletana professionis.*
vbi testatur in hanc sententiam itum fuisse; alias per
Rotam *in alia Conchensi nullitatis ordinum* 10. *Martij.*
1606. *coram B. memoria Penia*, & post Nauarr. docuit
Aloysius Riccius *in praxi titi de regulas decis.* 657. *num.*
4. *in prima editione*; Aut verò metus non durat, vt
puta secuta morte eius, qui vim intulit, vel quia
ex alia causa legitimè cessaret causa metus, &
tunc inducitur ratihabitio per actus spontaneos,
per professos fieri solitos; iuxta ea, quæ trade-
mus infrà, quando de tacita professione agendum no-
bis erit.

Actus verò huiusmodi ad hoc vt vim approbatio-
nis habeant, debent fieri, & exerceri cum implicita
44 notitia † quod professio hactenus facta, sit nulla,
& quod eius vigore nullo modo astringebantur ad
perseuerantiam; nam si ignari huiusmodi nullitatis,
actus iam dictos vim ratihabitionis habentes exerceāt
non per hoc professio vires reassumet, etiam si quod-
cumque tempus transeat, nec isti tales professi effi-
cientur, sicuti probauit post multos P. Sances *de ma-
trim. lib.* 1. *disput.* 18. *num.* 7. & *lib.* 4. *disput.* 36. *numer.*
3. ad quod conducit conclusio illa cum qua commu-
niter transeunt Theologi, & Canonistæ de exercenti-
45 bus ordines nulliter † susceptos per vim, & metum,
qui non censentur illos ratos habere, ex hoc simpli-
citer, quod cessauit causa metus, nisi etiam scientes
prudentesque illos exerceant; non obstante notitia
nullitatis. Caietan. 2. *secundæ quæst.* 189. *art.* 5. paulò
post principium Nauarr. *in summa capit.* 12. *numer.* 71.
& *comment.* 4. *de regular.* §. *aduertendum* 4. *num.* 74. &
consil. 5. *lib.* 1. *de his, quæ vi, metusue caus. fiunt*, & *con-
sil.* 5. *num.* 15. *lib.* 3. *titul. de regular.* & alijs in locis A-
zor. *lib.* 12. *instit. moral. cap.* 4. *quæst.* 7. Sorb *in compen-
dio verbo nouitius notab.* 4. Graff. *in decisionib. lib.* 3. *cap.*
5. *part. prima.* Frater Emanuel. *in summa tom.* 2. *capit.*
5. *num.* 2. & *cap.* 8. *conclus.* 4. *num.* 5. Pater Sances. *de
matrim. lib.* 7. *disput.* 37. *num.* 56. & ideo quem se fun-
dat in istis tacitis ratihabitionibus, necesse est proba-
re, quod gerens actus tempore quo gerebat, erat con-
scius nullitatis; alias non posset obtinere ex sola pro-
batione actuum gestorum; sicuti dicimus in ratifican-
te actum nullum per tacitas approbationes, quod ne-
cesse sit probare quod sciuerit nullitatem, nam si cre-
46 debat † validum, ratificatio non valet Gabr. *cons.* 62.
lib. 2. Pascal. *de virib. patr. potest. part. prima cap.* 6. *nu-
mer.* 18.

Ceterum dato quod professus nulliter non obstante
nullitate animo ratificandi vellet actus tacitæ appro-
bationis gerere, esset discutiendum, an requiratur
nouus annus probationis, vel noua approbatio ex par-
te monasterij. In quo puncto quid tenendum sit, re-
47 mitto † lectorem ad P. Sances *de matrim. lib.* 7. *de im-
pedim. disp.* 37. *num.* 35. & 56. *quæst.* 6. *per tot.* vbi di-
stinguit omnes casus, ex quibus professio annullatur,
ad hoc, vt cognosci possit, quando, & in quo casu de-
beat reiterari probationis annus, & noua approbatio
accedere, quem remissiuè etiam sequitur D. Augu-
stin. Barbos *in capitul. porrectum.* 16. *numer.* 17. *de re-
gular.*

Et ad materiam de tacita professione, circam id,
quod diximus, illam irritari propter metum reueren-
tialem, non ommittam motiuum alias excitatum,
dum casus occurreret disputandus; Dicebat enim qui
monasterij partes tuebatur, quod si vera esset hæc con-
clusio tollerentur de medio omnes professiones taci-
tæ, & tamen verum est dicere, illas adhuc vigere, e-
48 tiam stante Concilio Tridentino † vt statim proba-
bimus *num.* 52. & assignabatur ratio, quod cum me-
49 tus ille sit communis † inter omnes patres, & filios,
ex quo deriuatur à patria potestate, & naturali subie-
ctione, à qua nulla persona excipitur, sequeretur, quod
omnes tacitæ professiones in viris deberent iudicari
inualidæ, & in fœminis non solum tacitæ, sed etiam ex-
pressæ, stante illa differentia, de qua supra per nos
traditum fuit, inter viros, & mulieres, vt quod suffi-
cit in viris ad inualidandam tacitam professionem,
sufficiat in mulieribus pro expressa, & sic omnis pro-
fessio respectiuè subiaceret nullitati propter metum,
50 & tamen regula est, quod professio † semper præsumi
debeat spontanea, & non metu extorta, vt probare
conatur, & fundare optimè equidem D. Oter. *quæstio.*
20. *part. prim. diuersar. iur.* dicebam ad effugiendum
hunc scopulum; quod & si Doctores dicant sufficere
metum reuerentialem; attamen Rota numquam ta-
citas professiones annullauit in viris, propter solum
metum reuerentialem, sicuti neque expressas in mu-
51 lieribus, nisi concurrentibus alijs adminiculis † terri-
bilitatis Patris; vel alterius superioris, & adiunctis re-
clamationibus filij, & subiecti, per quas cognosci so-
let quod illa perseuerantia non est ex animo, sed coa-
cta, & ex quibus eliditur legalis præsumptio sponta-
neitatis, vt videri potest in *decis. iam dicta* 505. *num.* 5.
relata per Farin. vbi ad hoc allegatur alia indiuidualis
Rotè

Rotè decisio & in decis. 579. part. 1. apud eundem, vbi non propter metum, sed adiunctis reclamationibus irritata fuit quædam tacita professio, facit etiam alia decis. Rot. 385. apud Cardinal. Ludouis. ex quibus patet responsum ad difficultatem prædictam, & ita sunt intelligenda quæ supra nos tradidimus.

Quod autem dictum est supra de tacitis professionibus, quæ inducuntur per delationem habitus; & lapsum temporis, adhuc vigere, nec fuisse exclusas

52 † per Sacr. Concil. Trident. probatur mihi ex doctrina Nauarr. consil. 35. num. 5. de regular. lib. 3. Honded. cons. 78. numer. 22. lib. 2. quos ad hoc citat Rota in decis. iàm citata 579. Gratian. discept. 640. numer. 35. Sorb. in dict. verbo, nouitius; post tertium notabile §. 1. vers. aliquid operatur Menoch. cons. 396. num. 12. Beltramin. ad Ludouis. decis. 385. Frater Emanuel Rodriquez in summa tom. 2. cap. 8. num. 1. & quæstio. regular. tom. 3. quæst. 17. art. 1. in fin. & art. 2. in fin. Azor. moral. instit. part. 1. lib. 12. cap. 4. quæst. 6. Sanchez in præcepta decalogi tom. 1. libr. 2. capit. 3. num. 36. Humada in l. 7. gloss. 3. num. 1. lib. 7. part. prima. Gallet. in Margarita, verbo profiteri. 4. Mirand. in manuali prælatorum quæst. 24. art. 12. tom. 1. Barbos in cap. 4. de regularib. Molfes. cons. 4. post tom. 2. ad consuetudin. Neapolitan.

Inducũtur autem tacitæ hęc professiones per quam plurima signa, & actus, quæ non conueniunt nisi pro-

53 fessis † vt putà per delationem habitus distincti à nouitijs tridno post professionem, dummodò habitus sit distinctus colore, scissura, & forma ab illo nouitiorum, Gratian: dicto cap. 640. num. 21. & per plures sequent. Beltramin. ibidem post Azor. par. 1. Instit. moral. lib. 12. cap. 4. quæst. 3. vers. altero modo P. Sances in præcepta decalogi tom. 2. lib. 5. cap. 3. numer. 24. Frater Basilius Pons de impedim. matrim. cap. 5. in fin. D. Barbos in cap. ad nostram. 8. num. 3. de regular. post Valer. Reginald. & alios latè, referens plures declarationes per congregationem deputatam ad interpretationem Concilij D. Gratian. d. cap. 640. qui dicit, ita decisum in casu suo, & an sufficiat sola gestatio habitus, recurras ad Barbos in collect. ad capit. 4. de regular. lib. 3. titul. 31. & circa lapsum tridui, vide Nauart. comment. 4. de regular. num. 73. vbi ait, illum esse necessarium, vbi non concurrat alius actus fieri solitus per professos priuatiuè ad nouitios; & generaliter ait P. Sances in præcepta decalogi lib. 2. cap. 3. num. 37. tom. 1. quòd professio tacita inducitur per actus, qui à Iure, & consuetudine fieri non possunt nisi à professo, si duo concurrant, quod videlicet isti tales tacite profitentes, sint infrà ætatem legitimam constituti, & sit elapsus annus continuus nouitiatus, & ita concordando opiniones dissentientes, firmat D. Barbos. loco statim citato, & quatuor alias conditiones notant Sancces, & Miranda in locis iàm dictis, primo vt actus, per quem inducitur professio, fiat authoritate, & consensu eius, qui potest ad illam religionem admittere. Secundo vt spontè fiat, Tertio vt fiat scienter, videlicet per illos actus induci professionem. Quarto vt habeat animum profitendi. Quinto vt sit in legitima ætate constitutus ad profitendum. Addo vltimum, quòd debeat præcedere annus continuus nouitiatus, ex ea ratione, quia si illud requiritur in expressis; multo magis in tacitis.

Quæ omnia procedunt in militibus ordinum militarium, maximè venerandæ Religionis Sancti Ioannis Hierosolymitani vulgò Melitensis dictæ; nam tacita professio in ea inducitur per multos actus,

54 † cum differentia circa habitus lationem commoda non detur inter professos, & nouitios, & primò inducitur per immunitatem gabellarum petitam, quæ non competit nouitijs, item propter remissionem fori intentatam, item contrahendo vti miles Hierosolimitanus, & ex gestatione habitus, per plures annos, & expeditionum, siuè caruanarum, (vt dicitur) acceptio, altero autem istorum concurrente, solent huiusmodi milites prò professis haberi, vt decisum testatur Aloysius Riccius decis. 206. per totum, part. prima, quam decisionem licèt postea renocauerit Reuerendissimus Episcopus Bruxellarum, tamen satis superque liquet, primam sententiam magis fundatam, & rectè processisse, iuxtà prædictas Rotales decisiones, nisi dicamus hanc secundam sententiam, vna tantum parte audita latam fuisse, quare haud dubito reuocandam venire, si partes iterum instatent, non enim agnoscimus differentiam inter alterius religionis professos, & istos, tàm circa acquisitiones, quàm quò ad testamenti factionem, in ter-

55 minis acquisitionis † est decisio puntualis Rot. Rom. Bononiensis depossij. 4. Maij. 1611. coràm Manzanedo quę in recentioribus est decisio 333. numer. 2. part. 2. Cardin. Tusch. conclus. 107. litter. H. tom. 4. Rot. diuersor. decis. 436. num. 2. part. 3. libr. 3. Gratian, discept. 880. num. 11. lib. 5. Et ideò quicquid acquirunt, religioni acquiritur ex eorum persona. Hoc dico ad differentiam bonorum feudalium, quę non possunt per

56 † eos in religionem transmitti, quia quò ad illa sunt pœnitus incapaces, iuxta veriorem opinionem, de qua Menoch. consil. 54. num. 14. vsque 39. lib. 1. & consil. 519. num. 8. lib. 6. & casu 235. num. 5. de arbitr. & in addit. num. 29. Osasch. decis. 27. num. 18. Regens Deponte cons. 14. num. 5. Aymon. cons. 303. num. 5. Mohedan. decis. 10. num. 3. tit. de caus. possess. & propriet. Rimin. Iunior. cons. 527. num. 15. & 16. lib. 5. Fabius Anna in Addit. ad patrem singul. 207. Ricc. decis. 216. col. 3. in collect. col. 3. vers. & vltim. Cæsar. Imbrian. de Iud. Regn. in præfat. num. 43. Artman Pistoriens. quæst. feud. lib. 2. par. 3. quæst. 33. num. 22. Nouart. de electio. for. sect. 1. quæst. 37. num. 9. Rosentall. de Feud. cap. 7. conclus. 30. num. 11. litt. O. fol. 354. D. Gratian. dict. discept. 880. num. 6. D. Mart. ad partes disputans in summa success. legalis. par. 3. quæst. 13. art. 6. & de nostratibus Magnus Cannet. in extrauag. volentes fol. 187. in quæst. quæ incipit, Sed an possit in militem Hierosolymitanum, Graff. dict. effect. 4. num. 68. fol. 313. ideò per huiusmodi incapacitatem sicuti feudum ipsi acquiri non potest, ita neque religioni per eius personam; ratio est, quia in monasterium non transit illa pos-

57 sessio, † quæ non transit in hæredes sanguinis; sed remanet ipsi generi, vt notat Bald. in l. Deo nobis. 4. col. versic. quarto nota. quem post Alex. & Afflict. in decis. 320. sequitur Petr. de Greg. de conces. feud. quæst. 7. num. 64. part. 4. nullo habito respectu sit ne capax Religio in communi bonorum, prout solet considerari

58 in bonis allodialibus; nàm potest dari casus † prout in hac sacra Religione firmant Fab. Ann. in dict.

sing. 206. Graff: *effect.* 4. *num.* 170. *fol.* 316. quod Reli-
gio sit capax in communi etiam bonorum feudalium,
& quod in eis non succedat ex persona militis propter
quam incapacitatem debet etiam denegari immissio
in possessionem, dato quod ab vltimo moriente fuerit
59 institutus primogenitus, † qui tamen sit miles Hie-
rosolymitanus, quando adest secundo genitus capax,
quia vt ait Bald. *in dict. l. Deo nobis*; iste talis primoge-
nitus non habetur amplius in numero filiorum, ad ef-
fectum successionis in feudo, commemorans illud de
Beato Ludouico, qui successurus erat in Regno Apu-
liæ, & tamen ex quo professionem emiserat in Reli-
gione Diui Francisci Seraphici, non fuit amplius ha-
bitus pro primogenito; sed fuit omissus tamquam si
non fuisset in mundo, prout non erat per professio-
nem vt iam supra probatum est; ideo talis institu-
60 tio haberi debet pro caduca † ad instar institutionis
caducę per mortem instituti ante aperturam testa-
menti.

Et ex his non immeritò dũ euenisset casus inter illos
dominos fratres del Caretto anno 1628. quandò huic
discursui postremam manum apponebam, fuit per M.
C. concessa, immissio feudorum baroniæ Fabricæ
secundogenito capaci, & denegata primogenito mi-
liti Hierosolimitano, non obstante quod fuisset in-
stitutus in testamento patris: nec facit illud quod per
Aduocatos militis allegari poterat de capitulo Fer-
dinandi Regis 43. continuante possessionem feudo-
rum in hæredem scriptum, quo medio vtuntur no-
strates in iudicio possessorio ad fauorem incapacium,
vel exclusorum, aiunt, quia communi omnium pla-
cito statutũ prædictum ita interpretatur, vt huiusmo-
61 di possessio continuetur etiam in hæredem † incapa-
cem; vt fuit etiam doctè allegatum pro D. Margari-
ta Ansalono contra Baronem Ficcaræ Anno 1627.
etenim, vt verum fatear, hoc mihi nullibi probatur
62 quò ad monachos, quidquid sit in clerico, † de quo
latè Petr. de Gregor. *de concess. feud. part.* 4. *quæstio.* 7.
num. 9. & per Addentem ibi, qui optimè loquitur re-
ferendo genuinam distinctionem, secundum quam iu-
dicatur in Regno; verior namque quo ad Monachos,
aliosq; trium votorum religiosos opinio est, vt huius
63 statuti beneficium ad eos † non extendatur. Bald.
in Rubr. de caus. poss. & propriet. in fin. Barbat. *consil.* 89.
volum. 2. Alex. *cons.* 82. *num.* 6. *vol.* 2. Guglielm. Bene-
dict. *in cap. Raynutius verbo mortuo itaque testatore, il se-
cundo num.* 73. Tiraquell. in tract. *le mort saysit part.* 2.
declarat. prima num. primo. Iacob Menoch. *de adipi-
scend. possess. remed.* 4. *num.* 756. Doctor Mart. *voto* 198.
num. 2. noster Marius Giurb. *ad Consuetud. Messan. cap.*
5. *gloss.* 5. *numer.* 4. *part.* 1. Statutum hoc etenim & si
continuet possessionem in hæredem absque alio a-
ctu apprehensionis; attamen supponit additionem
64 † saltem in animo, quæ dari non potest in religioso,
ne quidem in potentia, neque enim statutum prædi-
ctum supplet additionem, licèt fingat apprehensio-
nem, vt optimè probat Præses Anton. Faber *de error.
pragm. decad.* 5. *error.* 4. & 5. *tom.* 1. Vnde fit, quod li-
cèt infantes, & furiosi animi compotes non sint; atta-
65 men quia lex supponit † animum adeundi penes eius
tutores, & curatores, gaudent beneficio huius statu-
ti. Tiraquell. dicto *tract. part.* 2. *declarat.* 17. Molina
de Primogenit. *lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 24. Molin. Theolo-
gus *disput.* 636. *num.* 4. Stefan. Gratian. *disceptat.* 700.
num. 41. *& seqq. lib.* 4. Quarè vt dictum est, cum hæc
incapacitas respiciat etiam impotentiam ex parte ac-
quirentis, rectè admittenda venit; quidquid esset, si
ageretur de incapacitate respectu sexus, quæ non so-
let admitti in hoc iudicio summatissimo, stante statu-
to huius Regni, generaliter loquente, vt post Intrigl.
decis. 42. *num.* 4. & de feud. *cent.* 3. *art.* 92. *num.* 21. Mi-
lan. *decis.* 3. *lib.* 1. deducit Giurb. *ad consuetud. capit.* 5.
gloss. 6. *nu.* 21. confirmat D. Regens Corseti, *ad patrem
cons.* 18. *num.* 26. De Pont. *decis.* 40. Amat: post hæc
scripta læto animo exceptus *resolut.* 39. *num.* 87. qui
nil intactum relinquit ad materiam dicti Statuti, &
iuxta hanc opinionem fuit concessa manutentio per
supremum Consilium Italiæ ad fauorem fœminæ in
causa licodiæ, refert Athoro post De Ponte loco cita-
to in Compendio verbo possessio fundi; Et si contra-
rium seruetur in Regnis Hispaniarum, stante *leg.* 54.
Tauri, de qua Pater Molina *disput.* 637. *numero vnde-
cimo.*

Dixi, hos milites haberi pro verè religiosis: etiam
68 quò ad testamenti † factionem, quod euidenter pro-
batur per tradita ab eodemmet D. Gratiano *dicto cap.*
880. *num.* 8. vbi allegat *decis.* 87. & 109. Rot. Rom.
impressas sub nomine Cardinalis Ludouisij, postea
Gregorio XV. tàm si sint claustrales, quàm si com-
mendatarij; tàm de bonis patrimonialibus, quam
de quæsitis occasione religionis antea, vel post pro-
fessionem emissam, nisi Sanctissimi Domini nostri,
vel Magni Magistri, vna cum Generali Capitulo con-
sensus accedat iuxtà formam stabilimenti dictę Reli-
gionis, *sub titulo de communi Ærario cap.* 20. *cum seq.*
quod in nouis impressis de anno 1597. *est cap.* 33. de
quibus mentionem faciunt P. Molfes. *cons.* 24. *num.* 8,
cum plurib. sequentib. & D. Augustin. Barbos. *in capitul.
quia ingredientibus. num.* 4. *de testament.* Rot. apud Fa-
rinat. *decis.* 76. *num.* 1. *part.* 2. *tom.* 3. Stefan. Gratian.
discept. 360. Anton. Faber. *in C. de Episcop. & Clericor.
definit.* 27. vbi extendit, quòd neque eis competat le-
69 gitima † si ante mortem parentum professi fuerint. Et
de facto dum hæc perficerem, perlegi quamdam di-
spensationem obtentam à Summo Pontifice Vrbano
VIII. qui hodie Beati Petri Sedem moderatur, quem
nobis Deus Obtimus Maximus incolumen seruet ad
multos annos, ad instantiam cuiusdam Equitis Hiero-
solymitani, per quam dabatur ei facultas disponendi,
de bonis patrimonialibus vndecumque quæsitis, in
quem sibi placuisset, non obstante forma professionis,
dummodo tamen dispositionis compendium in illegi-
timos non conferretur; in qua illud quærebatur,
quod non omittendum duxi tamquam quotidianum,
an sub huiusmodi prohibitione censeri deberet com-
prehensus filius ipsius militis per rescriptum ipsius
70 Pontificis legitimatus, † & natalibus restitutus dice-
bamus Simon Sitaiolo vnus ex primarijs nostri tem-
poris aduocatis ad præsens dum hęc stant sub prelio
Iudex M. R. C. & ego non comprehendi, nam stan-
te legitimatione abstersa erat omnis macula propter,
quam huiusmodi filius erat legibus exosus, & ideò
remanet sub regula, tanquàm si essemus in legitimo;
in omni enim dispositione siuè hominis, siuè legis, si-
uè Statuti appellatione illegitimorum non veniunt
71 legitimati, † Sed benè appellatione legitimorum
ità

ità post antiquos Gabr. *cons.* 21. *num.* 28. *vol.* 1. Late Pariſ. *conſ.* 13. *num.* 33. *vol.* 2. Lupus de illegit. *comm.* 4. §. 2. *num.* 8. maximè inodiosis Cumia concivis meus *ad cap. si aliquem verb. maior natu num.* 71. Intrigliol. *de feud. cent.* 2. *art.* 1. *n.* 280. *& decis.* 3. ſequitur Giurb. ad *conſuetud.* Meſſan. *cap.* 1. *gloſſ.* 4. *num.* 119. *in fin. fol.* 95. addo Fachineum *lib.* 4. *controverſ. Iur. cap.* 54. *per*
72 *totum*. Quicquid dicant allegati per † D. Gratian. *disceptat.* 744. *num* 21. quia contra eos eſt verior, & magis recepta opinio etiam in legitimitatis per reſcriptum, vt poſt ſexaginta quatuor Doctores firmat etiam ad excluſionem ſubſtituti D. Fuſarius in tractat. *de fideicomm. quaeſt.* 408. *in princip.* vbi loquitur de fideicommiſſo relicto, ſi hæres abſque filijs legitimis, & naturalibus deceſſerit, & cum prædictis Doctoribus allegat prò hac opinione tres deciſiones Rotæ, vnam *in nouiſſ. part.* 4. quæ eſt *decis.* 285. & in collect. per Farinat. *decis.* 667. *par.* 1. & coram Cardin. *Seraphin.* 880. *in fin.* nec ab his diſſentit doctiſſimus Anton. Faber, *imò concurrit in* 2. *part. de error. decad.* 35. *err.* 6. in finalibus verbis.

Neque faciebat ad rem clauſula, Saluis iuribus venientium ab inteſtato propter quam dixerunt aliqui, legitimationis reſcriptum euacuari, & effici meram diſpenſationem, de quibus latè Caſtill. Sotomaior. *controverſ. Iur. de coniect. vltim. volunt. cap.* 22. *numer.* 18. D. Gratian. *discept.* 496. *num.* 6. *tom.* 3. nam reſpondetur, hoc non eſſe ſimpliciter, verum nàm & ſi propter hanc clauſulam limitatur ſucceſſio, non tamen aliquid immutatur circa integritatem perſonæ;
73 cum ſit ſeparatus Ius ſuccedendi † à natalium reſtitutione, & eſſentia legitimitatis, vt reſpondet D. Gratian. *dicto loco num.* 26. *cum plurib. ſequentib.* & ſecundum iſtam opinionem fuit deciſum in Rota coràm Sanctiſſimo Gregorio XV. in impreſſis *decis.* 201. *nu.* 6. vbi hæc formalis reſponſio aſſignatur, & approbat addens idem poſt Caſtill. *dicto loco*. nouiſſimè viſus idem D. Gratian. *discept.* 936. *numer.* 9. *tom.* 5. Et quidquid ſit de his, certum eſt, legitimatos cum hu-
74 iuſmodi clauſulis capere poſſe † omnia, quæ eis à patre fuerint quocunque titulo relicta, vel etiam ex permiſſu habuerint, & ſolummodo venire non poſſe contra voluntatem patris, vel petendo legitimam, vel contra tabulando teſtamentum, prout hæc omnia diſcurrit D. Gratian. *dict. cap.* 496. *per tot. tom.* 3. & confirmat Rot. Roman. *dicta decisio.* 201. *coram Cardin. Ludouiſ.* addo Merlin. *de legit. lib.* 1. *titul.* 2. *quaeſtio.* 9. *num.* 7. latè de omnibus diſcurrens, iuxta quas doctrinas fuit, dum hæc ſcriberem, deciſum in Mag. Cur. contra Philippinum Caſtagnuola, reuocata quadam taxatione legitimæ per antea factæ in Curia prætutæ exiſtente pro eius reuocatione aduocato Vincentio
75 Girgentio † viro inſignis litteraturæ, linguarumque dono prædito, mihi vti fratri colendiſſimo. Quid vero dicendum ſit, vbi vocantur legitime nati, an legitimitati per reſcriptum admittantur dixi infra *in particula* 6. *num.* 159. *huius diſcurſus*, interrogatus tamen quid dicendum circa diſpoſitionem Sanctiſs. Conc. Trident. *ſeſſion.* 23. *de reformat. capit.* 18. debeant ne admitti ad Seminaria legitimati per reſcriptum, diſponitur enim ibi, vt non niſi ex legitimo matrimonio nati admittantur, reſpondi ſecundum ea, quæ proponuntur legitimatos excludi, quia rigor concilij non admittit fictionem, item illud verbum, nàri, videtur poſitum ad excluſionem legitimatorum, qui facti, & non nati ſunt legitimi, & ita vidi, ante prohibitionem tenere Farin. *in ſuis remiſſionibus*, & fertur declaraſſe Sacr. Congreg. Concilij.

Ceterum pro complemento materiæ quæri poteſt, an ſtante metu profeſſio ſit ipſo iure nulla, an verò ope exceptionis reſcindatur, vel actione, quod mea
77 tus † cauſa, in qua quæſtione ſententia Abbatis conciuis mei eſt, eſſe ipſo iure nullam, *in capit. primo num.* 8
2. *de regular.* quam opinionem reiectis contrarijs, ſequitur Hieronymus Fernandez de Otero *in diuerſis Iur. diſput. quaeſtio.* 18. *parte prima*. quæ ſententia procedit, tàm in tacitis profeſſionibus, quàm in expreſſis.

Sequitur ſecundum nullitatis Caput, ſi profeſſio à demente, vel furioſo fuerit emiſſa, & pro intelligentia præſciendum puto, multùm inter ſe differre mente
78 captum, & furioſum; nam † furioſus ille dicitur qui rabie, vel impetu furoris concitatur, vel qui furorem habet patentem; Demens verò, ſiue mente captus is eſt, cui mens, & animi iudicium deficit; & ſi extrinſecum nullum furorem oſtendit, vel qui furorem habet latentem, vt diſtinguit Bald. *in l. qui furioſi. num.* 2. *verſiculo, mente captus eſt; C. de nupt. & in l. ego* 2. *ante num.* 5. *C. de matrim. fugioſ. in l. humanitatis num.* 15. *C. de impuber. & alijs ſubſtitut.* Alex. *conſ.* 54. *num.* 2. *lib.* 2. Iaſon in *l. furioſum num.* 2. *vbi* Dec. *num. primo* & Riminal. *numer. primo*. *C. qui teſtament. facer. poſſ.* Grammat. *conſ.* 16. *num.* 14. *in Criminal.* Giglielm. Benedict. *in cap. Raynutius in verſic. adiecte impuberi. num.* 76. *de teſtament.* latè P. Sances *de matrim. lib.* 1. *diſput.*
79 8. *num.* 15. Rot. *coram Cantuccio Vlixipponenſis* † *profeſſionis* 22. *Iunij* 1579. *impreſſ. in nouiſſ. deciſ.* 107. *tom.* 2. quæ eſt notabilis deciſio, in materia annullandæ profeſſionis, ex hoc capite; in qua habes quomodo debeat probari dementia, & per quos actus extrinſecos, vbi *numero ſexto* loquitur de indicio phyſicorum, quod illi ſtandum erit, ea ratione quia furor, & mentis captio ſunt paſſiones cerebri, quas phyſicus cognoſcit, vt ait noſter Barbat. *in capit. fin. num.* 8. *in fine de ſucceſſ. ab inteſtat.* quò ad effectum verò, de quo agitur, æquiparantur furor, & mentis
80 captio, † quia vterque operatur defectum cordis, & animi, quæ Deus optimus maximus reſpicit, vt aliquem ſibi obliget. *cap. ſi quid inueniſti.* 14. *quaeſt.* 5. ita argumentatur dictus Andreas Barbat. *conſ.* 59. *numer.* 5. *lib.* 2. *verſiculo & ſi quiſpiam; & numer.* 6. ſub-
81 dens, quod tria † requiruntur, vt quis ex voto obligetur, nempe deliberatio, propoſitum, & promiſſio iuxta ſententiam Diui Thomæ loco per eum allegato. Quæ tria, nec in furioſo, nec in mente capto cadere poſſunt: & quod quò ad hoc æquiparentur, tàm in nullitate matrimonij carnalis, quàm ſpiritualis, tra-
82 dit poſt Præpoſitum: Alex. † & alios Rota *in deciſ. prædicta.* 107. *num.* 16. & 17. & 29. *in nouiſſ. tom.* 2. Addo Sances loco citato, & Gutter. *de matrim. cap.* 8. *nu.* 12. Henriquez. *in ſumma lib.* 11. *cap.* 4. *num.* 3. vterque igitur profeſſionem emittendo, non obligatur. Textus eſt in *cap. ſicut* 15. *de regular.* vbi latè ſcribentes quos cumulat modern. Barboſ. *ibi num. primo*. & licet, vt aduertit Abbas Textus ibi loquatur de eo, qui poſitus erat extra ſe ipſum propter grauiſſimam in-

E 3 firmi-

firmitatem ex Textu ibi (*Et de præsenti vita d. speret*) attamen ratio illius textus fundatur in priuatione mentis, quæ ratio, vt ait Rot, *loco citato numero* 13. cum sit generalis, extendit decisionem, Textus etiam in eo, qui non ex morbo, sed aliundè mente caret,

Ampliatur modò hæc conclusio, vt procedat etiam, si talis demens aliquando locutus fuerit ad propositum, vt putà quia fuerit aliquo tempore constitu-
83 tus in conspectu vmbratæ † quietis vt ait Textus *in l. quod meo*. 18. §. *si furioso D. de acquir. possession.* nam non per hoc debet talis iudicari prudens pro validitate professionis, quia vt ait Comensis, *cons.* 69. *num.* 12. *versiculo, maximè quia lib.* 1. aliquando furiosi, & mente capti loquuntur vti prudentes, & non per hoc deficiunt esse furiosi, & mente capti, quia etiam infantes sępè numerò verba prudentium loquuntur, & faciunt actus conuenientes hominibus prudentibus; cum tamen non sint tales. Hoc idem confirmat ipsemet Comens. *cons.* 73. *num.* 3. *versic. tamen attento lib. primo*, & Roderiq. *Suar. alleg. prima num.* 17. circa medium
84 dicebat quod nullus est, ita stultus, & demens, † qui aliqua verba nesciat proferre, quæ iudicentur hominis sapientis, & sanæ mentis; quarè multum cauendum est ab huiusmodi furiosis, & mente captis, vt dicimus (Mattarellis) nec nimium fidendum est in hac vmbrata quiete, ne multum fidenti eueniat quid simile, quod euenit illi, qui vocatus à quodam furioso, credens eum sui compotem, eò quia benè loquebatur, & vti prudens, se decepit, multum se illi approximando, taliter quod furiosus potuit in eum manus mittere, eiusque caput inferreos cancellos, vbi detinebatur, adeo concutere, vt semiuiuum eum dimiserit. Quod dicere volui ad confirmationem doctrinæ Comensis, & ad instructionem Iudicum, vt non ex vnico colloquio iudicent aliquem esse prudentem, nàm multoties benè loquuntur; & tamen non per hoc non sunt iudicandi dementes, vt de quodam mente capto testari possum; nàm dum adessem ei loquenti, de intellectu aliquarum scripturarum sacrarum, quamplures alij, qui adstabant auditores, firmiter crediderunt illum non modò non dementem, imò prudentissimum virum. Et ideò quod malè se habuerit quidam Iudex, qui ei tanquam dementi, & prodigo prouiderat de curatore, ijdem tamen paruo temporis spatio interiecto coacti fuere iudicem illum laudare, & extollere vsque ad sidera. Etenim interloquendum cæpit aberrare ab articulis fidei, intantum quod si non excusassent illum, vti dementem, debuissent dominis Inquisitoribus eum denuntiare, iuxtà laudabilem huius, per quam catholici Regni morem, dictique Tribunalis institutiones; ità vt non mirum, si paucis ab illinc diebus forsitam illusi alij Iudices curatorem reuocauerint; multi siquidem testes, qui fortè primę parti sermonis interfuerant, deposuerunt de prudentia, & compositione hominis illius, quibus Iudices detulerunt.

Ampliatur secundo etiam quod huiusmodi furiosus habeat dilucida internalla; nàm si dubitetur, an professio, aliusque actus factus sit tempore furoris, an
85 tempore interualli in dubio pręsomitur gestus † tempore furoris, ita tenet Menoch. *de præsumpt. lib.* 6. *cap.* 45. *num.* 63. Mascard. *de probat. conclus.* 39. *numer.* 4. Sances *de matrim. lib.* 1. *disp.* 8. *num.* 17. Caldas Pereir. *cons.* 24. *num.* 4. quæst. Forens. Guttier. *de matrimon. dict. cap.* 8. *num.* 14. Valer. Reginald. *in praxi fori penit. lib.* 31. *num.* 68. Ratio est, quia furor præsumitur
86 † durare omni tempore, & lucida interualla, quæ sunt per accidens non probant certitudinaliter, quod actus gestus fuerit, dum illa durant, ita Menoch. *d. loco num.* 18. *& cons.* 374. *num.* 45. P. Molin. *de iustit. tract.* 2. *disp.* 36. *num.* 3. *&* Molin. *de primog. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 30. Velasch. *consult.* 145. *num.* 13. Farin. *in fragm. crimin. p.* 1. *verb. furiosus. num.* 317. Quod intellige, nisi ex quali-
87 tate actus inspici possit, ita prudēter gestum † vt pręsumi debeat factum tempore sanæ mentis, vt aiunt Menoch. Farinaz. & alij iam citati, faciunt prò hac ampliatione tradita in *d. decis.* 107. Rot. Rom. *n.* 25. vbi quod in probatione dementiæ sufficit probare extre-
88 ma, ad hoc vt medio tempore præsumatur † talis, ratione, quia in dementia præsens status potest concurrere cum naturali veritate præteriti; quod maximè procedit, quando vltra præsentem statum concurrit aliqua coniectura prò prætèrito, vt ait Salicet. *in leg. ex persona; propè fin. C. de probat.*

Limitatur primò ne procedant in simplici fatuo,
89 † substupido, & hebetis ingenij; qui licet integrum animi vigorem non habeat, tamen intellectu omnino non caret; vt voluit Castr. *in l. si frater in princip. C. qui testam. facer. poss.* Dementia enim pro matrimonio, & professione impedienda talis esse debet, quæ impe-
90 diat † vsum rationis. Henrich. Boich. *in capit. dilectus num.* 4. *de sponsalib.* Soc. *cons.* 47. *num.* 9. *lib.* 3. Rot. *d. decis*, 107. *num.* 29.

Limitatur secundò, quando talis furiosus contra-
91 heret tempore dilucidi interualli, † quando rationis vsus particeps est, vt post Ioan. Andr. Henric. Bohic. Alex. de Neuo, Prepos. *in d. cap. dilectus*, tenet Sances *dicta disput.* 8. *num.* 16. ad quem recurras, vt cognoscas quomodo hæc procedant.

Intellige demum prædicta, nisi furiosus sanæ men-
92 tis factus, professionem ratam habeat, † iuxtà doctrinam Boer. *decis.* 23. *nu.* 69. Azor. *instit. moral par.* 1. *lib.* 12. *cap.* 2. *quæst.* 5. Sances *in præcepta decalogi tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 5. *& tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 57. *& de matrim. lib.* 1. *disput.* 8. *num.* 15. quod ita accipiendum est hodie post decretum S.S. Conc. Trid. *tit. de regular. sess.* 25. *cap.* 15. si præcesserit annus integer nouitiatus: nam, vt diximus, generaliter in quacumque tacita professione hoc requiritur, & fortius in casu isto; Qui quidem annus vel debet præcedere furorem, vel subsequi; nec facit opinio Hostien. *in dicto cap. sicut* quam secuti sunt Ioan. Andr. Zabarell. Aachar. & Abb. ibi, & post eos Syluester *in summ. verbo religio.* 5. *quæst.* 2. & Azor. dicta *quæst.* 5. censentes statim ad sanam mentem reuerso furioso professionem ratificari, si conscius professionis emissæ non contradicat; imò tacendo assentiatur; quia hoc esset fortè verum ante decretum prædictum Concilij; hodie verò secus est debet enim præcedere integer nouitiatus annus, non computato tempore, quo quis demens fuit, & facit doctrina P. Sances *dict. lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 63. *& seqq.* vbi tenet tempus furoris non esse computandum, nisi
93 esset furor citò transiens, † vt putà phrenesis causata per morbum acutum, quæ non solet vltra octo, vel quindecim dies durare. sequitur Diu. Barbos.

in dict.

in dicto capit. sicut. 15. de regular.

Tertio professio nulla declarari potest, & conse-
quenter reuocari donatio, quę intuitu religionis fiat,
si emissa fuerit, non transacto, integro anno nouitia-
tus vel transacto, sed nouitio partim degente extra
claustra in domo paterna; partim intrà claustra, de
94 quo adest Text. *in c. ad apostolicam.* † *de regular.* qui fuit
per Conc. Trid. *sess. 25. tit. de regul. c. 15.* confirmatus
quantum ad id quod professiò fieri non debeat intra
tempus probationis, licet derogatum fuerit eius limi-
tationi, permittenti fieri posse de voluntate nouitij;
& religionis, æquiparatur enim ibi per Concilium
95 professio facta antè decimum, & sextum annum, †
& illa, quæ fit nouitiatus anno adhuc non expleto, quò
ad effectum nullitatis ideò sicut primum, ità, & se-
cundum non possunt in controuersiam deduci, vt te-
net Nauar. *cons. 33. tit. de regular. num. 5. in antiquis, &*
cons. 62. num. 6. in nouis. P. Emanuel *in summa tom. 2. c. 6.*
num. 10. & quæst. regul. tom. 3. q. 15. art. 7. Azor. *Institut.*
moral. p. 1. libr. 12. c. 4. quæst. 9. Ledesma *in summa p. 2.*
tract. del Estado de los religiosos. capit. 7. concl. 2. Ludoui.
Beia *p. 4. resp. casuum conscientiæ cas. fin. vers. 3.* Bart. à
S. Fausto *in thesaur. religioso. lib. 5. quæst. 170.* Fr. Ludou.
Miranda *in manual. prælat. art. 7. concl. vnica q. 22. tom.*
1. firmat D. Barbos. *addictum cap. ad apostolicam. nu. 3.*
post Ricc. *decis. prima in Praxi, & resolut. 617.* & dispo-
sitionem prædictam Concilij procedere hodiè etiam
96 † in militibus Sancti Ioannis Hierosolymitani, post
Genuens. *in praxi Archiepisc. c. 21. in addit. in fin.* tenet
D. Gratian. *disc. 360. num. 27. p. 2.* qui quidem annus
97 currit de momento † in momentum, in tantum vt
professio dicatur nulla, si duo, aut tres dies deficiant;
quia in his, quæ traduntur prò forma, seruatur rigor,
vt ait Ruin. *in rubr. de nou. oper. nunc. num. 9.* Concilium
enim loquitur perdictionem, per annum; quæ adiecta
implemento temporis, solet significare professionem
98 † Soc. *in l. non putabat. 47. in princ. de cond. & demonstr.*
nec dicitur annus completus, nisi constet de omnibus
suis momentis Bàl. in *c. cum vigesimum in fi. de off. deleg.*
quidquid esset, quando adesse defectus horarum, vt
per multas, & pulchras rationes probat D. Gratian.
disc. 413. num. 16. cum plur. seq. tom. 3. vel si essemus in
anno bisestili, vbi sufficit compleuisse 365. dies, vt ait
Syluester *in verbo, relig. 3. q. 19. §. 3.* Henric. *in summ.*
libr. 10. c. 19. lit. K. Bart. à S. Fausto *d. tract. lib. 5 q. 161.*
Alyos. Ricc. *in praxi resolut 376. in 2. edit.* vno tantum-
modo casu excepto, in quo professio, durante noui-
tiatus anno, potest emitti quandò videlicet nouitius
in articulo mortis constitutus inueniatur velitque pro
99 lucrandis indulgentijs † religiosis concessis profiteri,
poterit namque hoc valide facere, stante bulla Sum.
Pontif. Pij V. data Romæ 23. Augusti 1570. sicut le-
gitur in vita B. Stanislai Kostæ Poloni è Societate Iesu
nouitij.

Hoc, si facta professione decedant, cæterum si su-
peruiuant, complere debent probationis annum, &
iterùm profiteri, vt tenet Ludou. Beia *dicto casu final.*
vers. 3. nec prætereundum est circa successionem hu-
iusmodi nequaquam Monasterio acquiri virtute hu-
ius indulti; sed ad nouitij hæredes, & successores spe-
ctare iuxta doctrinam Ludouic. Mirand. *d. tom. 1. art.*
10. concl. vnic. vers. 20. quem approbat D. Barbos. ibi-
dem reprobando contrà sentientes, quicquid esset si
conualuisset, & nouitiatus tempore expleto, de nouò
professionem emisisset, vel iam emissam ratificasset, iu-
xta quam resoluit Reuerendiss. Aloys. Ricc. Episcopus
Vic. *resol. 493. p. 1.*

Quò ad secundùm, verius est, hunc probationis
100 annum debere esse continuum, & non † interrup-
tum, ità vt coniungi non possint tempora vt voluit
Lapus *alleg. 46.* Ratio est, quia lex loquens simplici-
101 ter de tempore † intelligitur de continuo *l. prim. cum*
ibi notat. D. de diuers. tempor. præscript. capit. cupientes. §.
cæterorum cap. prouide de elect. libr. 6. & ita in specie te-
net Cancer. *libr. 3. var. resol. cap. 2. de sponsal. & matrim.*
numer. 178. quæst. 11. post multos quos allegat, & post
Nau. *cons. 2. n. 2. & cons. 34. n. 2. & 39. n. 1. & 42. n. 4. &*
n. 4. & 84. n. 3. tit. de regul. & alios supra citatos. P. San-
ces *in præc. decalog. tom. 2. lib. 5. cap. 4. n. 51.* D. Barbos. *de*
offic. & potest. Episc. p. 3. alleg. 101. n. 23. quare tridui in-
102 terruptionem † sufficientem causam esse vt de nouò
inchoetur post Sances loco citato, & Gallett. in *Marg.*
verb. nouitius n. 2. tenuit idem D. Barbos. *in d. c. ad apo-*
stolicam n. 6. vbi n. 7. obseruat hunc nouitiatus annum
103 de essentia peragendum esse habitu † religionis su-
scepto; eoque retento, vsquequo professionis dies acce-
dat. post. Frat. Eman. Bartol. à *S.* Faust. Mirand. & Sanc.
loco citato.

Diximus non interrumptum, intelligendo triplici-
ter interrumpi posse, Primo, si dimisso habitu, quis in-
tra annum probationis ad domum suam reuertatur &
postea verò redeat, & iterum habitu suscepto, velit
reintegrare tempus, coniungendo cum primo; Et de
hoc casu videtur loqui Cancer. & alijs ex præcitatis.
Secundo modo si sub eodem habitu extra claustra de-
gat in domo propria; Et de hoc secundo casu, est per
pulchra decisio Rot. Roman. *granat. profess. 9. Februarij*
1609. apud Farin. *decis. 175. p. 1.* vbi ex hoc fuit nulla
declarata, & ratio assignatur ibi per Rotam; quia an-
nus prædictus datus est, vt nouitius vires suas experia-
tur in actibus religionis, & vt religio eum per tales
actus cognoscat, at hoc fieri non potest, quandiu no-
uitius in domo paterna, seu propria moratur, quo
tempore occurrere potuisset occasio in religione, per
quam ab illa se retraxisset, vt putà alicuius asperita-
tis, vel mortificationis.

Tertio modo interrumpi potest, si durante nouitia-
tus anno ad aliam religionem nouitius transeat magis
arctiorem, vel de eademmet religione ad reformatos
eiusdem, nàm hoc casu non potest tempus in prima
religione lapsum, computari in anno nouitiatus fa-
ciendo in religione secunda reformatorum; vbi se trã-
stulit; nàm annus debet esse continuus, & perfectus in
eadem religione, sicuti ad terminos Concilij Triden-
tini dixit Nauarr. *cons. 19. lib. 3. tit. de regular.* vers. Ta-
mèn quia; Et *cons. 29. per tot.* Frat. Emanuel. Rodriq.
tom. 3. quæst. 15. art. 11. Et ita fuit decisum in Tribuna-
li legati nati huius Regni, vt vocant Regię Monar-
chiæ, reuocata sententia lata pro validitate professio-
nis per Curiam Archiepiscopalem Montis Regalis ad
fauorem fratris Illuminati de San Guglielmo contrà
procuratorem Congregationis reformatorum Diui
Augustini, cuius causæ allegationes impressit post
hæc Franciscus de Luna I.C. Panormitanus in ordine
28. *inter Consil. diuers. Siculor.* addo ad fauorem dictæ
conclusionis, quòd si annus nouitiatus ex integro in-

cipi,

cipi, & compleri debet per religiosos iàm professos v-
nius religionis ad aliam; quanto fortius debet de no-
uò a capite incipi per nouitium, qui ad arctiorem
religionem ingrediatur Rebuff *in tra.nominat.q.114.n.*
115. Rrodr.*d.tom.3.q.17.art.8.lib.12.c.14.q.13.artic.*
15. Less. *de iust.lib.2.cap.41.dub.13.* & contra Sorb. &
Cordub. tenent Bart. de S. Fausto *in d.tract.lib.5.q.371.*
Frater Ludouicus Mirand. *in Manual.prælatorum.q.31.*
art.21.tom.1.

Limitatur hæc conclusio, vt non procedat, vbi no-
105 uitius de licentia sui superioris extrà claustra † mo-
retur; frater Emanuel Rodriquez *q.regular.tom.3.q.*
15. *art.*10. vers. Tùm quia; Mirand. & alij per Barbos.
*d.allegat.*101. *n.*28. Sancez *in precep.decalog.to.2.lib.5.*
*c.4.n.*27. idem Barbos. *in c.Insinuante, 7.titul.qui clerie.*
*vouentur n.*4. vbi assignat rationem, quod satis dicitur
manere intrà Monasterium, qui manet extra ipsum
sub obedientia prælati, & de eius licentia iusta de cau-
sa data, & cum habitu probationis, qui ferri consue-
uit in tali religione, idem firmat in dicto capit. *ad apo-*
*stolic.n.*8. post alios, quos in numero allegat sed cõtrà
videtur sentire Rot. Rom. dicto loco, vbi fuit conclusũ
prò nullitate professioois, non obstante allegatione
dictæ licentiæ vnà cum causa infirmitatis, & iuxtà Ro-
tę decisionem fuit in Curia Archiepiscopali Panormi-
tana decisum prò illo de Isquiglo, qui in religione re-
formatorum Sancti Francisci dictorum S. Mariæ de
Iesu, professionem emiserat; magna enim vbique est
authoritas Rotæ.

Ego tantummodò in casu licentiæ infirmitatis cau-
sa concesse recederem ab opinione Rotæ, & adhærerẽ
opinioni Gonsal. de Mendoz. Vasconcell. *in c.15. lib.2.*
var. iur. arg. tenentis hoc casu habendum esse pro præ-
sente, ac si nunquàm fuisset egressus, cum per eum nõ
stet quo minus conditio impleatur, quæ sententia prò
se habet declarationem Illustrissimorum Cardinaliũ
Congregationis Concilij, sicut idem etiam testatur,
& refert D. Grat. *disc.*166. *n.*14. *tom.*1. Quidquid sit in
nouitio; & post Ricc. sequitur D. Barb. *loc.cit.n.*6. Imò
puto circà hoc non contradicere sententię Rotali, quia
potuit moueri ex alijs capitibus nullitatis ibi adductis
quæ maioris momenti sunt, sicuti ex lectura decisionis
patere potest cuicumque legenti.

Ad quartum de professione emissa sexdecim annis
nondum expletis, præmitto, nouitiatus annum inci-
106 pere debere † expletis 14. annis, & sic post puber-
tatem, Azor. *inst.mor.p.1.lib.12.c.2.q.7.* Nã, & si quis
ad habitus susceptionem admitti antea possit Sancez
in prac.decalogi to.2.lib.4.c.18.n.8 verè tamen, & pro-
priè nouitius esse non potest, nec annus probationis
currere, nisi pubertate expleta. Sancez vbi supra *to.2.*
lib.5.c.4.n.22. & est Textus expressus *in c.significatum*
11. ibi *seù quatuordecimum annum compleuerit cum reli-*
gionem intrauit, de regular. vt notat frater Emanuel
to.3.q.regul.q.12.art.1.circ.fin. incepta verò probatio-
107 ne post quartodecimum annum profiteri † nemo
potest, nisi post completos sexdecim annos, stantè de-
creto Concilij *sess.25.de regul.c.*15. quòd tam in viris,
quàm in mulieribus procedit, vt voluit Praxis Episco-
palis *p.1.verb.Monial.*§.2. Sances *de matr.lib.2.disputat.*
24. *n.*22. *& ad precepta decalogi to.2.lib.5.c.4 n.*4. Cam-
panilis *in diuers.iur.can.rub.7.c.6.nu.*129. Nec per hoc
108 sequitur quod nouitiatus annus non possit expleri †
ante annum 16. & posteà professio emitti completis
annis 16. quia per Concilium nil noui supèr hoc indu-
citur, vt aduertit Hænr. *in summ.lib.13.c.40.*§.2. Sorb.
*in priuileg.mend. verb.Nouit. notab.*4. Frater Emanuel
d.tom.3.q.15.art.2.in fi. Azor. *d.loco c.4 q.9.in fin.* Sanc.
d.tom.2.lib.5.c.4.n.22. Galett. *in margar. verb.præsbiter.*

Ampliatur tertio principalis conclusio, vt nulla dica-
tur professio, si pauci dies deficiant cum etiã dubite-
109 tur an valeat eodem † die facta, vt videri potest a-
pud Sanc. *loc.citat.nu.*22. Campanil. etiam loco citato
Gallet. *in margar. verb. profiteri*, Ricc. *in praxi dec.*656.
Rota apud Farinac. *decis.*175. *p.*1. vbi fuit declarata
nulla ob defectũ sex dierum.

Ampliatur secundo in militibus Sancti Ioannis Hie-
110 rosolymitani † iuxtà doctrinam Farinat. *in cons.*197.
*n.2.p.*2. vbi dicit, han Concilij dispositionem extendi
ad ordines militares emittentes tria vota substantia-
lia, & quòd ex hoc milites Hierosolymitani agnoscẽ-
tes se ipsos ligari omnibus prædictis per quoddam eo-
rum stabilimentum sub *titulo de receptione fratrum cap.*
15. *&* 28. se conformauerunt cum dicta Concilij dis-
spositione, & ità indies seruant.

Quintum nullitatis caput est circà defectum infor-
mationis requisitę per bullam Sixti V. de vita, & pa-
111 tria parentum, & ipsius † recepti moribus cum re-
ceptione in capitulo, quibus non seruatis annullatur
professio, vt fuit dictum in vna *Toletana professionis* 27
Februarij 1595. *coràm Illustrissimo Domino Pamphilio*,
& in dicta Granatensi professionis, de qua Farinat. *dict.*
*decis.*175. Sanc. *de matrim.libr.7.de impedim.disp.*37. *n.*
54. *&* 55. vbi commemorat aliũ motum propriũ Gre-
gor. XIV, super hoc editum, vt sufficeret præmitti ali-
quam informationem; temperando non omninò cor-
rigendo constitutionem Sixti V. sed an tali casu subse-
quuta posteà informatione reiterare necesse sit nõ so-
lum professionem, sed etiam nouitiatus annum; negat
Sancez loco citato, dicens sufficere professionem ra-
tam haberi cui me libenter subscribo.

Subsequitur sextum de eo, qui prius validè matri-
112 monium contraxerat, † & consumauerat, huius enim
professio nullius est effectus, Diximus consumauerat,
nam si copula secuta non esset, tunc tamquam ratum
tantum, per professionem dissolueretur, quod post S.
C. Tridentinum tamquam de fide firmiter tenendum
est, cuius Canonis verba posita *in sess.24. de reformat.*
*cap.*6. hæc sunt, *si quis dixerit matrimonium ratum non*
consumatum per solemnem religionis professionem alterius
coniugis non dirimi, anathema sit, post quod ita docet de
nostratibus Barbos. *in rub.sol.matr.par.2.n.*73. Guttier.
*can.q.lib.p.c.*17. *n.*2. & de matrim. *c.*54. *in princ.* Sanc. *in*
*cod.tract.lib.2.de matrim. essentia disp.*18. *n.*3. vbi iam
pridem hoc constitutum esse affirmat in pluribus de-
cretalibus; ratio differentiæ quò ad præsentem effe-
ctum, respectu vtriusque matrimonij assignatur per
Sances *d. libr.2.disput.*13. *& disput.*19. affirmantem
113 † matrimonium ratum ex charitate subsisteri se-
cundum Innoc. 3. *in capit. debitum Bigamis*; neque in-
dissolubile esse, imo vinculum solubile, constat enim
tunc esse indissolubile Sacramentum quoties copula
interueniat, per quam Christi cum Ecclesia coniun-
ctio significatur indissolubilis per carnem assumptam,
iuxta sententiam D. Pauli *ad Ephes.* vbi ait; *Sacramen-*
tum hoc magnum est dico in Christo, & in Ecclesia, tunc
enim

enim coniuges vna caro efficiuntur, quæ si non interueniat poterit per superiorem causam diriui, nam tunc non homo separat, sed amor Dei, qui potentior est quocumque amore carnali, vt ait Nicolaus Pontifex *in cap. scripsit 27. quæst. 2.*

Quo ita firmato, sequitur, alterũ coniugem posse in
114 gressum, præcedente copula, à Monasterio reuocare & ab eo debitum coniugale exigere, licèt ipse ligatus maneat ad hoc vt petere non possit Sanc. *lib. 7. de mat. disp. 38. n. 10.* Azot. *inst. mor. p. 2. lib. 13. c. fin. q. 12.* dixi,
115 validè, nàm si matrimoniũ esset nullum, † vel quia in gradu consanguinitatis, vel affinitatis prohibito, vel quia nõ seruata forma Concilij, vel per metum, & de mũ ex alijs causis (de quibus nobis erit sermo *in disc. 1. secundæ tractation. speciali 6,* vbi agetur, quando bona donata possint repeti à donante propter matrimonium secutum, vel non secutum, sed tale quod veniat annullandum) tunc professio remanebit valida; quia cum deficiat causa, quæ poterat efficere eam nullius valoris, cedire videtur ad pristinum statum validitatis, quia quod nullum est, nullum præstat impedimẽtum.

Amplio notabilitèt conclusionem, vt repetere pos-
116 sit, etiamsi effectus esset summus † Pontifex, post Gloss. *in c. si quis pecunia.* verb. non apostolicus 79. *dist.* Sances, & Azor. locis citatis, sequitur D. Barbos. *in c. 3. n. 3. de conuers. coniugator.* ex quo apparebit esse indubitabilem hanc conclusionem in eo, qui post matri-
117 monium ratum † ascendit ad sacros ordines, de quo per Gloss. *in cap. ex part. 14 eod. tit. ibi,* sicut nec dissolueretur, si vir fieret clericus, sequitur Barbos. *in d. rub. D. solut. matrim. p. 2. num. 67.* quod ampliatur in milite Hierosolymitano, vt placuit P. Sanc. *d. lib. 2. disp. 18. n. 8,* quod pro modo non firmo, sed me remitto ad D. Barbos. *in d. c. ex publico 7. n. 3. eod. tit,*

Limito primo professionem non irritari, si matrimo-
118 nio consũmato † alter coniux non vult repetere, & iure suo non vtitur. nam tunc coniux, qui professionem emisit, potest spontè religionis habitu dimisso ad sęculum redire, ita Butr. *in c. placet nu. 11.* vbi Abb. *n. 3. de conuers. coniugat.* post Nauarr. Vegg. in *summ. tom. 2, c. 34. cas. n. 104.*

Sed an hoc verum sit, dependet ab illa quæstione,
119 an professio sit nulla † facta per coniugẽ matrimonio consummato; an verò debeat per alterum coniugem peti, vt rescindatur officio Iudicis; nàm si esset nulla, sequeretur quod posset ab vtroque intentari,
120 quia nullitas patet omnibus, † etiam tertio, officium verò Iudicis non prodest, nisi petatur ab eo, in cuius fauorem introductum est, *l. 4. §. hoc autem iudicium. D. de damn. infect.* Surd. *consf. 161. n. 15.* & alij per Giurb. *decis. 70. num. 17.* licet ex alio capite nullitèr professus debeter prohiberi nullitatem tentare, quia cum dede-
121 rit causam nullitati, † non debet ipsemet eam allegare; tamquàm agatur de eius turpitudine, vt resoluit Vestr. *in Praxi Roman. Curiæ lib. 4. n. 17.* quem sequitur Mastrill. *decis. 137. nu. 21.* Facit ad hoc etiam ratio illa quod prohibetur quis allegare nullitatem actus,
122 † quæ sanari potest per consensum partis, vt resoluit Rot. Rom. *coram. Card. Seraph. decis. 356.* & demonstrat Ball. ad *prag. de censib. q. 30. n. 55.* sed sepositis his, hæc quæstio est simpliciter necessaria scitu ad propositum nàm si est nulla recuperaret bona filio donata; si verò veniat rescindenda ad instantiam alterius coniugis, nõ reuocaretur donatio, & si reuocaretur in consequentiam professionis, ad instar appendiciorum, hoc esset durante vita coniugis reuocantis; nam secuta eius morte, vel habito eius consensu teneretur redire ad religionem, & sic bona dimittere, super quo melius cogitandum erit, pro modo remitto lectore ad Sancez *de matr. disp. 33. & 34. lib. 7. n. 14. & seq.* & latè addo D. Aug. Barb. *in c. ex p. 9. & in c. placet. 12. per tot.* & latius *in c. quidam intr. 3. n. 4. vsq. fi. de conuers. coniug.* vbi videtur resideri cum nullitate. Et quod ideo non teneatur
123 redire ad religionem de præcepto, † licèt congruentius esset redire saltem stante proposito, quòd habuit religionem intrandi; quòd purificatum fuit tempore habili & remoto impedimento, incepit vires reassumere, & fieri debitum.

Limitatur secundò non irritari, si coniux repetere volens, adulterium commisisset, nàm tunc potest ex-
124 ceptione repelli ab altero † professo, si innocens ipse sit; Bartol. à Santo Fausto in *thesaur. religiosor. lib. 5. q. 89.* Sances dicto *lib. 7. disput. 36.* vbi dicit posse coniugem nocentem si adulterium esset occultum in foro conscientiæ reuocatione vti; sed an si innocens reuocandus nolit vti hac exceptione, an possit adulter per
125 † monasterium repelli vtendo exceptione innocentis, Gloss. *in cap. veniens 16. in verbo,* spontè, variat, ità vt Sances dicat ipsam recantare palinodiam, sed tutius est tenere, innocentem exceptione illa minimè vti posse, maximè quia hoc Ius cum sit personalissimum, sicut iniutia, non transit in monasterium; alias quæstiones vidè apud Barbos. *in d. c. veniens.*

Huic affinis est illa resolutio, quòd licèt non sit licitum alteri coniugi absquè legitima licentia religionem ingredi, & profiteri matrimonio iàm per carnis copulam consummato; attamèn sicut ingressus non
126 reuocatur † si alter in sæculo manens, adulterium commiserit; ipse verò professus innocens sit, ità talis innocens potest religionem ingredi etiam à principio repugnante coniuge adultero, & ibi professionem emittere, quòd ita capiendum est, vt debeat procedere sententia super diuortio, vel vbi adulterium ita notorium sit, vt possit innocens propria authoritate deserere consortium, & Thorum adulteri, absquè quo possit iure reuocari, vt resoluit P. Sances *lib. 10. de matrim. disput. 13. n. 7. 8. & 9,*

quod ipse ibidem *n. 16. & 17,* estendit in Sacerdotio,
127 vt possint per innocentem virum assumi † ordines sacri, inuita vxore adultera; sicut posset religiosus effici quia stante adulterio in hoc puncto pari passu procedunt. Et post Barbos. Sen. in *rubr. D. solut. matrim. p. 2, n. 25.* D. Barbos. Iun, *in d. c. constitutus 15. eodem met titulo:* quibus adhæreo,

128 Limitatur demum si Papæ dispensatio † accedat, qui sicuti potest etiam ad aliud matrimonium contrahendum, matrimonio rato, dispensare ex causa, sicuti tenet Gloss. Innoc. Hostiens. Io, And. Zabarell. & alij sine numero apud Sancez *de matrimonio lib. 2. disputat, 14. n. 2.* & post poenè infinitos D. Barbos. *in c. ex publico 7. num 14. eod. tit.* magis poterit hoc facere ad validitatem Sacerdotij, per virum ascensi inuita vxore, cum qua non consumauit, nam si consumasset secundùm
129 communem † opinionem, nequè Papa dispensare posset, de qua P. Sancez *lib. 2. disput. 13. num. 11.* vbi allegat videndum Cardin. Bellarmin. *de matr. libr. 1. capit, 15. cum*

15. *cum duobus sequentibus.*

Septimo, & vltimo professio dolo extorta videndum est an sit nulla, vel exceptionè doli mali rescindenda veniat, & distinguendum puto, quòd aut, dolus versatur circà substantialia professionis, & tunc quia excludit consensum profitentis, professio eum non ligabit, aut verus dolus, & error est circà causam fina-
130 lem, & tunc non irritabitur professio, † quia non dicitur quis deceptus, dum in substantialibus non errat, super quò consulendus est P. Sancez *de matr. lib.* 10. *q.* 9. *n.* 19. *vsque fin.* cum quo concurrit D. Barbos. *ad c. cũ dilectus 6. de ijs, quæ vi met. caus. fiunt.* addo Oterũ *diuers. iur. q.* 19. *p.* 1. vbi resoluit, professionem validam esse,
131 licet inducentes profitentem † dolo ad profitendum hæreditate ipsius priuentur; quod extenderẽ non solum ad Abbates, & superiores Monasteriorum; sed ad alios consanguineos, qui donationem extorsissent, vt aliàs consului respectu cuiusdam fatui ingressi religionem Sanctæ Mariæ de Mercede, ad tradita per Oterum, & alios, videndus etiam est P. Molfes. *in addit. ad consuetud. Neapol. tit. de renunciat. quæst.* 18. *n.* 13. & Regens de Tappia *in Auth. ingress. verb. ingress. cap.* 13. latè discurrens, & melius in *verbo sua cap. u. nu.* 15. *cum seq.* vbi habens multas limitationes.

Secundo principaliter disputari contingit, an bonà per patrem filio donata in donatione, quæ per religionis ingressum, & professionem firmitatem accepit,
132 restitui debeant, patre ad Episcopatus culmen † aduecto, quæ quidem quæstio eisdem medijs terminatur, quibus qualiscunque alia donatio extraneis facta, vel validatur, vel rescinditur; nam si iste talis bona recuperaturus esset, idem iudicari debet de donatione, quę à principio valuit, quod de ea, quæ non valuit; sed stante professione, firmitatem accepit; vtraque enim effectum sortita fuit, licèt dici non immeritò possit, sal-
133 tem ratione congruitatis difficilius reuocari † debere donationem filio factam, quam extraneis ea saltim ratione, quòd cum donans religionem ingressurus, ea mente donare videatur, si & quatenus ipse in religione permaneat, vt suprà meminimus dixisse, quando extraneo donatur, alia ratio non concurrit, nisi impossibilitatis retinendi bona donata respectu professionis emittendæ, quod quidem secus est, quandò filijs donatur, in quibus vltrà motiuum prædictum, concurrit naturalis instinctus, quo inclinamur ad donandum filijs quare potius causa illa abbreuiare videtur, & actum certò euenturum prœuenire; quam ad faciendum impellere; vt in terminis quæstionis, an reuocari possit donatio deficiente matrimonio diximus *in 2. trac. speciali 6.* de quo quidquid sit, certum est, hãc quæstionem esse valde dubiam in terminis renuncia-
134 tionis vel donationis † Quod idem est, vt ait Roland. à Vall. *cons.* 11. *nu.* 17. *libr.* 1. Menoch. *de arbitr. in add. cas.* 436. *nu.* 10. *fol.* 191. Cancer. *variar. lib.* 3. *c.* 15. *n.* 334. prò cuius validitate scripsit Consiliarius Anna *cons.* 41. *to.* 1. prò nullitate verò P. Molfes. *cons. p. post p. partem. cõment. ad consuet. Neapol. & iterum in cons.* 39. *post* 2. *p.* mihi (vt verum fatear) placet opinio Fabij de Anna, moueor vltra rationes per eum adductas; quia monachus effe-
135 ctos Episcopus, manet adstrictus eodem voto † paupertatis, in tantùm, vt Pontificiam licentiam obtinere debeat testari volens, vt ait Diuus Thomas 2. 2. *q.* 185. *art.* 8. *ad* 3. Molin. *de primogen. c.* 10. *num.* 28. *libr.* 2. Rodriq. *q. regul. tom.* 3. *q.* 69. *art.* 4. Sancez *in præcep. decalog. lib.* 6. *cap.* 8. *nu.* 45. post infinitos, quos allegat, & nos infra *num.* 154. manente verò eodem vinculo voti paupertatis, clarum est, non haberi prò resuscitato, quò ad hoc, vt supponit Molfes. sed imò effectum mortis spiritualis durare, quidquid sit de bonis posteà quęrendis, de quibus infra *nu.* 158. tàm ex fructibus Ecclesiasticis, quàm ex bonis, & successionibus inde perueniendis, de quibus, & si disponere non possit absquè Summi Pontificis dispensatione; tamen potest in uita
136 distribuere † tàm expendendo prò sui substentatione iuxta decorem tantè dignitatis adeptæ; quàm pro pauperum consangnineorum, uel aliorum subleuatione, ut sentit Rot. Roman. *apud Cardin. Ludouis. in una Vssellensi spoliorum* 13. *Februarij* 1609. *vt in decis.* 401. & *sub die* 28. *Iunij* 1610. apud eumdem *decis.* 466. ubi fuit firmatum Episcopum regularem facere fructus suos in uita, & disponere posse de eis, ac si esset sæcularis, allegat Bald. *in cap. clerici el* 2. *de vit. & honest. cleric.* Nauatr. *cons.* 15. *n.* 4. *de regular.* & alios referens, ità teneri in toto orbe Christiano, & sensisse Rotã in alijs causis, de quibus ibi per eum, & per addentem, litt. A. addo Regent. Tapiam in dicta *Auth. ingressi in verb. sua c.* 6. *n.* 59. cum plurib. seq.

Non obstant contraria per Molfes. allata; quia faci-
137 li negotio † diluuntur. Nàm ad primum, quod renuntiatio, & donatio, censentur conditionalia, quatenus quis in religione perseueret, & ideò renuntiatio cesset monacho effecto, Episcopo; respondetur, quòd, & si hæc conditio subintelligatur in quacunque professione, etiàmsi non esset opposita in scriptura, ut dixi suprà *n.* 5. cum seq. attamèn nequaquam est perpe-
138 tua, † quia tamdiu durat, quamdiu professio emittatur, quæ si ritè, & rectè fuerit emissa conditio, cessat, quia iàm fuit adimpleta; nàm cum illa respiciat uoluntatem emittentis, cessat professione expleta; quia uelit nolit, cogitur perseuerare in eo, quod semel ele-
139 git, ideò hæc est conditio; † quæ momento expletur ita, ut non habeat tractum successiuum. ad text. in *l. si quis hæredem.* 7. *C. de instit. & substit. l. hæredibus* 9. *in princ. D. ad trebell.* Ruin. *cons.* 89. *num.* 8. *lib.* 4. & in puncto A pont. *de potestat. Proreg. tit. de assensu reg. fol.* 230. *n.* 13. Rot. coràm Ludouis. *Fauensi lucri dotis* 30. *Iulij* 1600. in Impress. *decis.* 5. *n.* 10. confirmatur ex eo quod assumptus in Episcopum, non cessat perseuerare in eodem proposito paupertatis, in tantum, ut sibi non acquirat nisi fructus; reliquum uerò religionis acquirit, prôut hactenus, ot in dicta decisione Vssellensi non obscurè uidetur sentire Rota, limitando tantum in eo ca-
140 su, ubi expresse uoluit † monasterio non acquirere; undè dicimus, quod non liberatur in totum à potestate religionis; sed tantùm quò ad effectum obedientiæ, ut dictum & quò ad reliqua concernentia paupertatem potiùs aliqua ei permittuntur, quam in totum eum eo dispensetur, quarè conditio una uicè quòd est adimpleta, facto alterius non incipit extare, & ideò in casu ubi quis professus transit de religione incapaci bonorum, ad capacem, non recuperat bona sed tan-
141 tùm transfert Ius succedendi † in futurum, ità Doctor Marta *de succes. legali p.* 3. *q.* 13. *art.* 1. *à n.* 2. *vsque* 27.

Secundum parum facit; quia & si illa regula sit ue-
142 ra, quòd renunciatio † præsumatur facta re in eodem statu permanente; attamen non procedit in casu isto

vbi

vbi status non mutatur in substantia, sed in acciden-
talibus, vt probatum est, & notauit in specie Alexand.
consil. 32. num. 8. libr. 5. quia, ait ipse, honor superue-
niens non mutat primæuum statum, licèt in aliquo
augeat, sequitur Tappia. *loco citato vbi num. 71.* dicit
quod tantùm mutatur quò ad accidentalia regularia
quæ quales sint, habes ibi.

Ad tertium, quod religiosus effectus Episcopus
143 possit † testamentum mutare respondetur hoc ideò
fieri, quia testamẽtum de sui natura est reuocabile, &
ideò habilitato denuò testante potest testamentũ re-
uocare, sicut dicitur de bannito, & postliminio reuer-
so, nam licet eorum testamenta acceperint firmitatem
144 secuto banno † deportatione, vel seruitute, tamen
postea restituti Iure postliminij recuperant cum alijs
Iuribus Ius testamenti reuocandi, licèt hoc non sit ità
tutum in Episcopo, quin de eo dubitari non possit,
quia adhuc durat impotentia, ad effectum testandi de
nouò, sicut diximus suprà *n. 133.* per quam rationem
principaliter mouentur qui dicunt, monachum testa-
145 mentum reuocare † non posse; quia aliud de nouò
condere non posset, & ità concludit Zeuallos *in com-
mun. contr. commun. q. 806. n. 19.* Nec facit, quod mona-
146 chos exiens de superioris licentia, recuperet eius
velle, vel nolle, quia hoc absolutè non est verum; haud
enim potest superior super votis religionis dispensare,
cum nec Papa, nisi iusta causa subsistente, dispenset a
*cap. cum ad monasterium, cap. quod Dei timorem, cap. su-
per quosdam, de stat. regular.* Illud verò, quod dicitur
147 de Lazaro, quod resuscitatus † bona recuperauit,
non est applicabile; quia hic Episcopus non ità dici-
tur vetus homo, vt possit comparari cum pristino sta-
tu seculi, cum adhuc retineat aliqua impedimenta, &
ad illud de Lazaro videtur de directo contrarius *Tex-
tus in c. super illa 4. de secundis nupt.* vbi vir resuscitatus
148 non recuperat vxorem † de quo Menchiacha *contr.
Illustr. in præf. n. 76.* Henriquez *in summa libr. 2. c. 12.*
Cened. *collect. 71. n. 7. ad decretal. & Rebuff. in tract.
de pacific. possess. n. 268.* dicit quod beneficialis miracu-
149 losè resuscitatus, non recuperaret † beneficium Fa-
cit etiam Garz. Girond. *de priuileg. & exempt. explicat.*
150 *n. 1282. & 1291.* vbi quod religiosus † resuscitatus
non tenetur redire ad monasterium, quæ omnia ap-
probantur per D. Augustin. Barbos. *ad d. c. super illa.* Se
in puncto quod Lazarus non recuperauerit bona,
tenuit Benedict. *in c. Rainutius. verbo, mortuo itaq; testa-
tore num. 324.* sequit. Paschal. *de patria potest. p. 1. cap. 8.
num. 207.*

Ad quartum concedo effici capacem bonorum pro
se sustentando, vel in pios vsus conuertendo, non per
hoc tamen reuocare posse bona donata affirmare pos-
sum, imò expresè nego, nam aliud est effici capacem
in futurum, aliud capacitatem retrotrahi, vt reuocet
donata; Nàm ad primum sufficit assumptio maioris
dignitatis, ad secundum necesse esset annullatio præ-
teriti status; quòd intantum abest, in quantum re-
manet monachus, pròut priùs tribus votis adstri-
ctus, vt probat Martinus Azpilcueta Nauarr. *in cons.
6. n. 11. de donat. lib. 3.* ibi tùm quia monachus per as-
sumptionem non exuit monachatum, quò ad tria sub-
151 stantialia vota † neque quò ad habitus delationem,
licèt exuat quò ad alias obseruantias regulares, iux-
ta, & cætera; quibus addendus est Ricc. *in praxi decis.
596. fol. 707. in prima* qui ista cumulat, & alij suprà
per nos traditi *n. 133.*

Ideò minus vrget argumentum de renunciante, &
egrediente, professione non expleta, nàm non est bo-
na consecutio; Etenim habitum dimittens, recuperat
bona, ergò eodem modo recuperantur per assump-
tum in Episcopatum, quia intèr se casus isti differunt,
& arguere de vno ad alium idem esset, quod arguere
de priuatione ad habitum; qui enim à religione exi-
uit, professione non edita, habetur pro nunquàm in-
gresso; qui verò est effectus Episcopus, adhuc durare
videtur monachus, vt probatum est imò perfectiorem
statum adeptus esse. Non obstat Crauetta in qua in
loco allegato non dicit id, ad quod allegatur; Decius
verò loquitur in terminis eius, qui exiuit, non emissa
professione. Soccin. Sen. inter cons. Ruin. de hoc non
loquitur, sed de renunciatione facta ante ingressum
152 monasterij, annullanda fauore ipsius Monasterij †
tamquàm in fraudem, contrà quem, & alios, qui in
hac rescripserunt, extat verior, & communior Docto-
rum opinio, de quà Guttier. *in cap. quamuis pactum
verb. cum nuptui traderetur n. 1. vers. Et tandem fol. 402.*
Menoch. *de arbitr. cas. 436.* Gratian. *regul. 456. n. 7.* Hu-
mad. *in l. 7. par. 5. titul. 7. gloss. 3. n. 4.* quo loci affirmant,
Concil. Trident. eiusquè dispositionem non habere lo-
cum, quando renunciatio facta fuit ante ingressum
153 religionis, & in hac forma resolutum fuisse in Sacra
Congregatione deputata ad declarationem Concilij;
Soccinum verò, & Corneum, suosque sequaces repro-
batos inuenio per Decium *consil. 31.* Couarr. *in dicto c.
quamuis pactum* sequitur Minado *in constitut. in aliqui-
bus n. 26.* Vasquez *de successions creation. lib. 2. §. 18. re-
quisit. 29. num. 93.* post hos Dominus Marta *in summa
succession. legal. part. 3. q. 13. art. 1. n. 34.* declarans ibi ad
finem, multum in se differre, quod renunciatio facta
sit antè ingressum, vel in ipso ingressu, cum his etiam
contra Soccin. videtur pertransisse Sacrum Rotæ audi-
torium *in decis.* relata per Gratian. *disceptation. 975. n.
31. & 42.* ad quem etiàm recurrendum est quoties in-
cidat quæstio, an huiusmodi renunciationes subiaceāt
154 sollemnitatibus † statutorum, requisitis in contra-
ctibus minorum, tàm in dicto capitè, quàm in alia *di-
scep. 971. n. 11.* Natta verò, qui solus ex allegatis vide-
tur percutere punctum, licèt perfunctoriè, si benè
aduertatur non loquitur de recuperatione bonorum
a religioso renunciatorum, si Episcopus efficiatur;
155 sed † tantummodò affirmat, quod iste tali recupe-
ret primæua Iura succedendi, cui addo quamplures
relatos per Addentem moder. *ad Capic. decis. 200.*

Item casus eius Consilij versabatur in eo, qui sibi
expresè reseruauerat euentum egressus à religione, &
dubitabatur, an vere vera professionem emisisset, vndè
agnoscens difficultatem, & quòd aliter dicendum es-
set, vbi deficit protestatio antè *n. 7.* prorumpit in hæc
verba (Inhæreo tamen magis superiori fundamento
proptèr expressam protestationem, quæ eximit rem
ab omni difficultate)

Restat Gratian. *in decis. Marchia 42.* qui nescio ad
quid allegetur, cum appareat, conclusum fuisse pro
validitate donationis, & sic contra Patris Molfesij o-
pinionem. Nec replicetur quòd in dicta causa per Gra-
tian. relata non agebatur de professo, sed tantummo-
do de ingresso, qui antè professionem exijt de cuius

exitu

exitu nec constabat, quia hæc replicatio facit, vt Gra-
tian. non solùm perperam allegetur, sed etiàm vt à
contrario sensu possit capi prò nobis, si ità licet argue-
re in dictis Doctorum.

Dixi, restat Gratian. quia Caualcanus in loco al-
legato nil dicit ad propositum, vt responsione egeat.
Minus facit, quod iste religiosus electus Episcopus di-
mittat habitum de licentia superioris. Quia responde-
tur, quòd nullam agnoscimus in superiore potestatē,
156 qua † possit subditum a votis obsoluere, vt supra di-
ximus, nam prohibitio ita afficit subditum, sicut, &
superiorem, alias posset sibi ipsi dispensare quod inep-
tum esset asserere Iacobus de Graff. *decis. aurear. par. 1.*
lib. 3. c. 5. n. 59. Auendagn. *de exequend. mandat. Princip.*
p. 1. c. 4. n. 34. vers. Tertio requiritur Pacian. *consil. 36.*
n. 103. P. Molin. *de iust. & iur. tr. 2. disp. 141. vers. dubium*
Regens de Tappia Marchio Belmontis in *auth. ingressi*
verb. ideoq; nec de his, c. 1. n. 4. & 27. C. de Sacros. Eccl. P.
Less. *de iust. & iur. lib. 2. c. 41. dub. 8.* Azor. *instit. moral. p.*
1. lib. 12. c. 9. quæst. vlt. Sanc. *in præcepta decalogi tom. 2.*
lib. 6. cap. 8. Fr. Emanuel Rodriq; *to. 3. q. 69. art. 2. quæst.*
regularium Barthol. a S. Fausto *in thesaur. religiosorum*
lib. 8. quæst. 62. & 65. asserentes, prælatum cum toto
conuentu testandi licentiam concedere non posse; ne-
157 què etiam Capitulum † generale, quos modernè se-
quitur D. Augustin. Barbos. *in c. quia ingredientibus. 2. n.*
6. de testam. amplius post predictos, vt neque possit co-
dicillos conficere; neque causa mortis donare, limi-
tando vbi quid moderatum ex causa donet, sicuti
post Cin. & Bart. tenet Tapia dicto loco, Xuar. *allegat.*
20. n. 27. in fine, quatenus verò Molfes. ibi affirmat,
quòd saltem recuperare debeat bona ex tacita per-
158 missione Sum. Pontificis, illum in Episcopum eligen-
tis, † confirmo in quantum ad exitum; sed negò quò
ad recuperationem suorum; nam ista dispensatio nō
solùm trahitur ad bona renunciata: sed neque opera-
tur, vt censeatur data facultas testandi de bonis patri-
monialibus superuenientibus; quia licet Pontifex eli-
gendo, videatur cum eo dispensare voluisse; nè regulis
monasticis amplius adstringeretur, neuè sub pote-
state superioris maneret, ità vt nullo in hoc superioris
consensu interueniente, ex illo die censetur eum suo
Iuri restituisse, vt ait post Abb. & alios P. Azor. *Instit.*
moral. p. 1. lib. 2. c. 19. q. 13. Emanuel Roderiq. *q. regular.*
to. p. q. 34. art. 4. Less. *de iust. & iur. lib. 2. cap. 41. dub. 12. n.*
49. P. Sances in *precept. decalogi to. 2. lib. 7. c. 29.* Attamē
in concernentibus vota substantialia religionis, in tan-
tum non censetur dispensasse, vt noua facultate opus
sit, ad effectum, vt disponere possit etiam de patrimo-
nialibus, iuxta doctrinam dicti fratris Emanuel *in d.*
tract. to. 3. q. 69. art. 4. Enriq. *in summa lib. 10. cap. 33. n.*
3. & 4. Pacian. *cons. 132. n. 33. libr. 1.* Regens de Tappia
in d. Auth. verbo, sua c. 7. n. 85 Sanches *dict. to. 2. lib. 6. c.*
6. n. 10. vbi affirmat, religiosum iam Episcopum obti-
159 nentem testandi licentiam † ad pios vsus teneri ex-
primere duplex impedimentum, videlicet se esse reli-
giosum itèm, & Episcopum, aliàs dispensatio esset vi-
tiosa; vndè quod huiusmodi religiosi Episcopi effecti
non recuperent bona, quæ monasterio obtulerunt, †
160 in ipso ingressu, firmauit post multos Dominus Tap-
pia *loc. cit. in verbo sua c. 6.* percurrens omnia, a quibus
dicitur solutus per huius dignitatis ademptionem, &
post Bart. Felin. & Aluarot. idem tenuit Corbul. *de iur.*
emphyt. tit. de priuat. ob mortem ciuil. nu. 3. fol. 57. Casan.
cons. 26. nu. 12. Rot. Rom. *in nouiss. diuers. decis. 705. n. 4.*
tom. p.

Demùm nimis fragilè, non dicam extra propositū,
est illud quod adducitur de conditione suspensiua sub-
intellecta in istis renunciationibus, per quam effici-
tur, vt pleno Iure dominium non transferatur; quia
hæc conclusio non potest fundari in Iure nostro, &
erubescimus, cum sine lege loquimur; maximè quia
nimis perniciosum esset quòd actus puri starent in su-
spenso, nec dominium transferretur, & quòd expe-
ctari deberet mors naturalis ingressi, vt hæc conditio
impleretur, cum è contra verum sit, quòd professio-
ne completa haberi debeat prò mortuo ad omnem
Iuris effectum tam pro restitutione fideicommissi,
quam prò legitima filij debita, de quibus infrà latius
patebit. Nec omittam, quòd hæc sententia repugna-
161 ret satis apertè sensui sacrosancti, † Concilij Trid.
volentis huiusmodi renunciationes iure factas habere
omnimodam firmitatem, ex quo nemo Patrum no-
strorum hanc conditionem subintellectam, effectum
earum retardasse somniatus fuit.

Cuius sententiæ nullum potest afferri efficacius ar-
gumentum illius sopra relatæ conclusionis, videlicet,
quòd neque recuperet bona monasterio delata, quam
ex Tappia nos quoque probauimus, eque etenim du-
raret condictio respectu Monasterij, sicuti affirmat
Molfes. durare respectu renūtiatarij, ac ideo quòd vtro-
que casu cesset, ac pro impleta haberi debeat, affir-
mauit Gamma *decis. 308. in causa monasterij nu. 2. & 3.*
quem sequitur D. Augustin. Barbos. in *cap. 2. n. 11. de te-*
stam. Quibus omnibus attentis existimo magis iuridi-
cam opinionem Fabij de Anna, non obstantibus præ-
dictis Molfesij fundamentis, necnon, & responsioni-
bus ad noua motiua impressis, post *secundam partem*
ad consuetud. Neapol. cons. 39. n. 7. cum sequent. a cuius o-
pinione libenter recedo, non solùm ex prædictis ra-
tionibus sed etiam, quia nimiam excessit, cùm pro
tuenda sua opinione, egrediendo terminos modestiæ,
prorumpit contra consulentem ex aduerso, dicens,
quòd scripsit prò pecunia, & non prò veritate, in quo
vt verum fatear, ipsum laudare non possum, & si in
cæteris reputem illum omni laude dignum; Neque
enim ex hoc quod consulenti in Iure aliquid laboris
ergò tribuatur, quod etiam palmarium, seu honora-
rium appellamus, dicendum est, contra veritatem cō-
162 suluisse; etenim omnis labor optat † præmium, se-
cundùm Apost. ad Corinth. *p. c. 3.* & altari seruiens, de
altare viuere debet, *cap. cum secundum 26. de præb.* Di-
gnus est enim operarius mercede sua Surd. *de aliment.*
tit. p. q. 59. n. 2. Mexia *in tass. pan. concl. 2. n. 87.* & est ele-
gans canon. in *c. quicumque 12. q. 2.*

Nec credendum est, quòd omnia responsa per ip-
summet Molfes. reddita fuerint gratis, dato quod præ-
dictum fauore Episcopi fuerit prò amico confectum,
pro quo facilius fuisset Iura peruertere, quam prò
modica pecunia non gratis data.

Ideò apud me certum est, quod huiusmodi consu-
163 lentes, qui potius stendent maledictioni † quam in
doctrinis afferendis magis exinanire dicantur, fidem
suis responsis, quam addere; vnde sæpius in clientum
perniciem causas amittunt.

Amplio, prædictam conclusionem etiam procede-
re

164 re in bonis feudalibus; imò multò fortius, † sicuti
enim ad feuda superuenientia post Episcopatû adeptum
non admittuntur; minus rehabebunt feudalia in
agnatos delata, stante ipsorum professione, per ea,
quæ latè post mille Grass. noster deduxit de *effect. cler.*
in effect. 4. *n.* 121. & per ea quæ latè per nos traduntur
in causa feudi Gibilliuorum.

Magna enim est inter Doctores altercatio; an E-
165 piscopus, † vel Cardin. non tamen monachus capax
sit feudi superuenientis, cum prò affirmatiua sint Isern.
in c. 1. §. *si quis decesserit. fi. de feud. defunct. content. sit Bal.*
in c. 1. *in fin. vbi* Afflict. *n.* 10. *de milit. vass. qui arm. depos.*
Abb. *in c. inter dilect. n.* 2. *&* 5. *de fid. inst.* Bellam *cons.* 48
col. 3. Ias. *cons.* 119. *lib.* 4. Curt. Iun. *cons.* 140. *n.* 47. *lib.* 3.
Nart. *cons.* 307. *n.* 17. Lud. Mol. *de primog. lib.* 1. *c.* 13. *nu.*
97. Clar. *in* §. *feud. q.* 78. *in fin.* Ceph. *cons. p. n.* 40. *cons.* 2.
n. 13 *& cons.* 151. *n.* 43. Ann. *singul.* 70. Mart. de Iurisd.
p. 4. *cent.* 1. *cas.* 97. *n.* 5. Scruff. *cons.* 140. *n.* 12. quos omnes
refert Bambac. *in c.* 1. §. *qui cleric. num.* 85. 89. mouentur
quia aliàs illa suprema dignitas afferret potiùs decrementum,
quàm incrementum, quibus Grass. noster *d.*
effect. 4. *n.* 118. addit Brochol. *de feud. cap.* 5. *tit. qui feud.*
dare, vel accipere possint, n. 49. *vers.* hi feuda amittunt;
Guer. Pison. in *consimili tract. c.* 32. *n.* 20. Menoc. qui al-
lios allegat *cons.* 54. *n.* 31. *& cons.* 181. *n.* 80. Conrad. *in*
templo omnium Iud. lib. 1. *c.* 2. *de rege q. p. n.* 21. Fronster.
de success. ab intest. c. 23. *n.* 44. Tappia *in d. Auth. ingressi*
verb. sua c. 14. *n.* 45.

Et prò negatiua Andr. Sicul. dictus Barbat. *in suo*
tract. de præst. Card. lib. 1. *q.* 5. *n.* 15. Imol. *d. c. inter dilect.*
Ioan. de Anania *in c. Iudei tl.* 2. *in gl. fin. n.* 2. *de Iud.* Cald.
cons. 2. *tit. de feud.* Ruin. *cons.* 52. *nu.* 18. *&* 8. *vers. Ex his*
igitur, lib. 3. Petr. de Ceruit. *in* §. *qui cleric.* vbi Bambac.
n. 100. tenet hanc esse magis communem opinionem,
& allegat vltrà prædictos Mmad. *in const. in aliquibus in*
verbo filiorum n. 6. Menoch. *in tract. de arbit. iud. cas.* 231.
n. 6. *& cons.* 181. *n.* 63. *& seqq. lib.* 2. *& cons.* 202. *n.* 116.
& seqq. lib. 8. Io. Bapt. Vicemal. *cons.* 1. *n.* 127. *inter cons.*
feud. diuers. qui testatur de communi opinione in Gall.
inter eadem cons. cons. 2. *n.* 10 *vers. &* consequenter ex
ordine, vltrà prædictos allegatos per Bambac. *d. n.* 86.
qui *in n.* 87. dicit, quòd aliàs de facto Sacrum Consilium
Neapolitanum hoc habuit prò resoluto. Idem
dixerunt Rosentall. *in tract. de feud. c.* 7. *concl.* 29. *nu.* 9.
Intrigl. concius meus *in tract. de feud. cet.* 2. *art.* 1. *n.* 161.
& 162. Vultei: *in tract. de feud. lib.* 1. *c.* 9. *nu.* 67. *vers. de*
Episcop. & vers. Card. fol mihi 467. vbi dicit, hanc esse
de iure veriorem opinionem, Rimin. Iun. *cons.* 527. *n.*
65. *& seq. lib.* 5. Menoch. *de arbitr. addit. ad cas.* 231. *n.*
44. qui alios allegat, Masull. ad Capyc. *dec.* 70. & alij,
quos allegat Grass. *d. effect.* 4. *n.* 119. qui dicit, hanc sibi
videri veriorem; Ego tamen adhærerem priori opi-
nioni proptèr authoritatem Andreæ de Isern. Bald. &
aliorum, maximè vbi seruitium non esset præstandum
personalitèr, vel vbi admitteretur fæmina; nàm cum
vtroque casu possit per substitutum seruitium præstari
vt affirmat Rot. Rom. apud Farin. *decis.* 362. *nu.* 3. *p.* 2.
tom. 3. huiusmodi dignitates obtinentes debent habiles
censeri, vti vidimus disputatum, & conclusum pro Sa-
cerdote Don Angelo Maglia supèr inuestitura capienda
feudorum Cesalianæ, li Castelluzzi, & mandra
noua, illa præcipuà ratione; quod post concordata
cum Papa Honorio in planitie Sancti Martini Eccle-
166 siæ, & Ecclesiasticæ personæ capaces feudalium existant,
sicuti, & Grass. refert.

Descendendo tamèn in sententiam Molfesij, quotiès
in renunciatione adesset pactum, vel conditio, quòd
donatio censeatur facta, si & quatenus profitens in
religione permanserit; nàm tali casu iuxtà cons. Nattæ,
securo quandocumq; egressu, recuperabit bona
renunciata non liberè ad disponendum; sed ad fruendum
tantum.

TRACTATIONES PRIMÆ
DISCVRSVS SECVNDVS
PARTICVLA QVARTA.

ARGVMENTVM.

Societatis Iesu instituta referuntur, ex quibus generibus personarum constet, & quas Domos habeat; an scholares professi, eorumque nouitij sint feudorum capaces; & an bona etiam in tertios traslata recuperent, si habitum dimittant; Feminæ quare in regno ad feuda admittantur, & quid de Clericis beneficiatis; Et an seruitium sit personale domino feudi præstandum; Quando princeps censeatur dispensasse cum inhabili in agnati præiudicium: Via executiua ad feudum quando agi possit. Causa quando dicatur feudalis. Filij ingressi, & amissi in acie an ad feudum admittantur.

SVMMARIVM.

1 *Societatis Iesu religiosus an recuperet bona in ingressu relicta, si ipse dimittatur.*

2 *Auctores ipsius, in quæstionibus ad eius institutum spectantibus citantur.*

3 *Constat ex quatuor generibus personarum, & tres habet domorum species.*

4 *Eius nouitij, scolaresque professi, eorumque domicilia bonorum capacia existunt.*

5 *Coadiutores vtriusque generis, & professi quatuor votorum sunt omnino incapaces, & mortuis æquiparantur.*

6 *In ea omnes personæ prout vnum corpus efficiunt sunt mendicantes.*

7 *Est vere religio, & contrarium asserens est excommunicatus.*

8 *Scholares professi possunt bonis interdici ad libitum superiorum.*

9 *Scholares si sponte egrediantur sunt apostatæ, idemque si dant causam, vt dimittantur.*

10 *Votorum substantia dependet ex voluntate promittentis, ideo non immutatur per accidens ex facto alieno dependens.*

11 *Census contractus dicitur perpetuus, & tamen potest ex parte venditori dissolui.*

12 *Societatis Iesu subiecti æquales sunt in substantia votorum.*

13 *Religio fecit se ipsam incapacem succedendi ab intestato scolaribus professis.*

14 *Scholares professi ipsius legitimè, dimissi validè matrimonium contrahunt.*

Matri-

15 *Matrimonium ratum contractum ante professionem in ea factam, an dirimatur iuxta Sacr. Sancti Concilij Tridentini dispositionem.*

16 *Nouitij Societatis recuperant bona allodialia ad instar nouitiorum aliorum religionum, sed an feudalia.*

17 *Nouitius an recuperet feudum durante nouitiatus tempore sibi delatum, latè discutitur.*

18 *Clericus si mota sibi quæstione de feudo patiatur agnatum ipsum ingredi, vel dominum eum non recuperat si habitum dimittat.*

19 *Nouitio potest statui terminus velis ne feudum alias agnatus proximior admittitur.*

20 *Feudum delatum nouitio agnatis vel domino permittentibus potest stare in massa hæreditatis vsque quò deliberet.*

21 *Potest eodem modo agnato concedi reuocabiliter durante dicto tempore.*

22 *Hæredis non adeuntis portio infra tempus de iure prætorio datum transit incohæredem vel coniunctum reuocabiliter.*

23 *Feudum Francum, vel informe transit in nouitium, & interim administratur per monasterium.*

24 *Scholares Societatis Iesu iecti recuperant bona donata ex causa ingressus ex consuetudine, non deiugere:*

25 *Iesuita Scholaris recuperat bona in alios traslata tempore quo fuit in Societate, sed an feudalia.*

26 *Assimilantur clericis minorum ordinum beneficiatis secundum aliquos.*

27 *Clericus beneficiatus si, delato sibi feudo, beneficio renunciet, illud recuperabit, secus verò si iam delato beneficium assumat.*

28 *Hæres si patiatur labi tempus datum ad adeundum censetur repudiasse.*

29 *Feudale seruitium videtur quod in Regno non requiratur, quod sit personale ex quo feminæ admittuntur.*

30 *Feudi dominus scienter non opponens de inhabilitate censetur dispensare, & n. 48.*

31 *Andreas Ortulanus Regni Prothonotarius, & Consistorij magnæquè Regiæ Curiæ Iudex laudatur.*

32 *Iesuitæ scholares potius assimilantur monachis respectu feudalium.*

33 *Feudi incapax est monacus, & qui vouet religionem.*

34 *Monasterium non succedit in feudo pro quo præstatur seruitium personale, eum agium, vel habente iurisdictionem.*

35 *Feudi incapaces sunt in hoc Regno Ecclesiæ, & Ecclesiasticæ personæ.*

36 *Seruitium domino feudi præstandum in Regno Siciliæ est personale; nec admittitur seruire volens per substitutum.*

37 *Extensio non fit in exceptionibus de similibus ad similia.*

38 *Iesuitas scholares non succedere in feudis iurisdictionalibus, vel requirentibus seruitium personale, qui dicant.*

39 *Magis assimilantur clericis beneficiatis, quam simplicibus, & ratio assignatur.*

40 *Clerici beneficiales non possunt clericatui renuntiare, ideo sunt feudi incapaces.*

41 *Feudi acquisitio ad fauorem secundogeniti stante inhabilitate primi est irreuocabilis.*

42 *Dispensatio de iure speciali non nocet tertio.*

43 *Restitutus de iustitia recuperat bona in tertios translata, secus si de gratia.*

44 *Exceptio inhabilitatis, quæ facit rem transire ad alium, est de non iure tertij.*

45 *Feudi dominus non dispensat inhabilitati per quam feudum transit in agnatum, sed tantum vbi transit ad eum.*

46 *Feudi dominus nec de plenitudine potestatis potest derogare iuri agnati consistenti in re quidquid sit si spe tantum.*

47 *Iura alteri fauorabilia procedunt eo volente.*

48 *Patientia Principis, in officijs habetur pro titulo.*

59 *Officialis administrans sciente Principe, vel ab eo nominatus habetur pro electo.*

50 *Princeps solo verbo nobilitat.*

51 *Via executiua, quando agi possit ad feudum.*

52 *Feudalis non dicitur causa quoties feudum auocatur actione personali, etiam ex lege feudi.*

53 *Causa ad hoc, vt sit feudalis, quæ debeant concurrere.*

54 *Rocci de Potenzano præcipui aduocati laudes.*

55 *Feudo priuatus per ingressum religionis, non excludit eius filium.*

56 *Bello amissus aliquando habetur, ac si viueret.*

DEuenio ad tertium de eo, qui professione ritè,
rectèque emissa in Societatis Iesu religione
postmodum de licentia superioris ob aliquam
rationabilem causam iuxta dictæ religionis laudabilia
instituta ad sæculum redeat, an videlicet iste talis re-
1 cuperet † bona ingressus intuitu in alios translata, vel
illa, quæ dum ipse in statu religioso manebat ad alios
peruenerunt, de quo integram particulam scribere
decreui, vt meæ deuotionis erga societatem hanc, si-
gnum aliquod ostenderem, licet longè, lateque pa-
tere posset, cuiquè, qui ad eiusdem religionis doctissi-
mos alumnos recurrere vellet, omissis auctoribus illis,
loquentibus in terminis aliarum religionum à quarũ
institutis, non rectè arguitur ad ista, hi sunt, Pater
2 † Ludouicus Molina, P. Thomas Sances, P. Ioannes
Azorius, Illustrissimus Cardinalis Bellarminus, Pater
Leonardus Leslius Pater Enrichez, & vltra hos ad Em
manuelem Rodericum Monachum locis per me infra
citandis.

Et pro introductione materiæ præmittenda puto
aliqua scitu digna concernentia huius peregregiç reli-
gionis institutum, quæ erunt lectori non iniucunda, &
Primo religionem hãc ex quinque personarũ generib.
3 constare † nouitijs videlicet, scholaribus professis, coa-
diutoribus duplicis generis spiritualibus, & tẽporalib.
& ex tẽporalibus aliqui formales, aliqui simplices, qui
scholaribus æquiparantur, & denique professis, quos
quatuor votorum appellant. Secundo tres domorum
species habere, domum videlicet professam, Collegiũ,
quòd studiorum domũ alij nominant, & domum deni-
què probationis pro nouitiorum habitationem insti-
tutam, harum personarum primæ nouitij videlicet, &
4 scholares † professi trium votorum simplicium sunt
bonorum, atque successionum, tam ex testamento,
quàm abintestato capaces, possuntquè bona retinere,
de eisquè disponere pios in vsus, de superioris tamen
licentia, prout infra dicetur, ideoquè domus proba-
tionis, & collegium ad ipsorum scholarium, & noui-
tiorum inhabitationem instituta capacia pari mo-
do sunt bonorum in communi pro eorum substenta-
tione, expedit namque, ad hoc, vt possint religio-

se disciplinæ, & studijs literarijs incumbere, vt opus non habeant victum sibi quærere, vel manibus laborare, è contra vero coadiutores vtriusque generis, † nec non professi quatuor votorum viuunt in altissima paupertate, quare tam domus ipsæ professæ, quàm personæ haud capaces sunt omnis generis bonorum, & in communi, & in particulari ad instar capuccinorum, vel minorum de obseruantia, ac per hoc reputantur, vti verè mendicantes viuentes ex eleemosynis piorum hominum; quorum solemnis professio mortem plenariam operatur, ad omnem iuris effectum, non minus, ac si indictis religionibus fuisset emissa, vt colligitur ex dictæ Societatis constitutionibus *par. 6. cap. 2. §. 12.* & distinctè tradit Pater Molina *de iust. & iur. disput. 139. & 140.* Pater Sances *in summa tom. 2. lib. 7. capit. 12.* Pancirol. *consil. 114.* Gabr. *consil. 28. lib. 1.* Mandosius *in tractat. de priuileg. ad instar partem vltima* Iacob. Menoch. *conf. 1014.* D. Marta *in summa success. legal. tomo 1. part. 3. quæstion. 13. articul. 1. num. 17. fol. 1089.* Sthephan. Gratian. *disceptat. 202. numer. 44. tomo 2.* omnes verò, tàm scholares, quam coadiutores, & professi quatuor votorum sunt propriè, & realiter religiosi, omnesque personæ, prout vnum
6 corpus religionis efficiunt † censeri debent mendicantes, & gaudere eorum priuilegijs, nec enim capacitas ad tempus permissa respectu nouitiorum, & scholarium, quatenus sint in via ad assequendam perfectiorem statum religionis, qui consistit in coadiutoribus, & professis derogar essente mendicitatis, ex quo debet inspici finis, & principale intentum, atque propositum religionis, & si media, quæ ad finem conducunt, appareant prima, vt dicitur, faciè diuersa, vt discurrit Menoch. dicto loco, ascenditur enim de virtute in virtutem vsque ad montem Sion. Qua propter Gregorij XIII. diplomate incipiente, ascendente domino sancitum est, vt nefas sit prædicta in dubium
7 reuocare diris subijciendo † non solum illos, qui audent asserere totum corpus societatis religionem non esse, sed etiam eos, qui de istis scholaribus secus sentiunt, & an sint verè religiosi negatiuè resoluunt de qua mentionem facit compendium societatis in verbo religiosus; & Don Hieronymus Fernandes de Otero in *diuers. q. iuris part. p. quæstion. 9.* vbi ad partes disputat quæstionem, & resoluit affirmatiuè, etenim, & si in multis per quam maximè distent huiusmodi scholares professis a professis quatuor votorum, attamen quoad essentiam religionis respectu ipsorum vouentium, nihil different, vt benè notat dictus Otero ibi.

Nec his refragatur, quod possint bona retinere, quia hoc eis permittitur non ad eorum libitum, sed donec superioribus placuerit, ità, & taliter, quod
8 quandocunque ipsis † videbitur tali scholari administrationem bonorum interdicere, & vt bonis se abdicet mandare, teneatur illico obtemperare, & de omnibus irreuocabiliter disponere, pios in vsus, vel fauore consanguineorum, adhibito tamen duorum ex dicta religione patrum, ad hoc opus per superiores electorum consilio.

Diximus irreuocabiliter, quia fas non est per viam donationis causa mortis vel testamenti hoc peragere, quasi nulla debeat remanere spes recuperationis disponendorum, neque enim nouitijs post ingressum hoc permittitur, vt affirmat P. Molin. *dicta disputaton. 139. versicul. tàm professi, & versicul. nouitij* Lessius *de iustit. & iure, lib. 2. capit. 4. num. 27.* Sances *in summa dicto lib. 7. capit. 8. nu. 22.*

Minus etiam obstat quod possit societas quandocumque hos scholares dimittere a votis absolutos, quia respondetur hoc euenire ex parte societatis, quod quidem non facit, vt respectu ipsorum non sint votis adstricti, & si possint per Generalem Præpositum iusta de causa, vtputa inhabilitatis, vel infirmitatis dimitti, vt Otero dicto loco affirmat in tantum vt si sponte sua egrediantur, habeantque dimittant secularibus se immiscendo sint, & haberi debeant pro verè apostatis, † & vti tales coerceri, sicuti si
9 dara opera sint in causa, vt dimittantur, nam dispensatione non obstante votis manent allegati, vt docent Lessius *in dicto tractat. lib. 2. capit. 41. dubitat. 12. num. 8.* Sances *in summa dicto tom. 2. lib. 6. capit. 9. num. 60.* quapropter per dictos auctores isti scholares assimilantur seruis, qui licet possint à dominis manumitti, & libertate donari, non tamen licitum est ipsis in libertatem se vendicare, sequitur Gregor. de Valentia, & alij allegati per Reginald. *in praxi fori panitential. lib. 18. capit. 24. num. 367.* Et ratio afferturin casu isto multum concludens per Ioannem Andream *in capit. semel Deo dicatum de regul. iuris in 6.* quod cum substantia votorum dependeat à voluntate emittentis, † non immutatur per aliquod accidens, quod
10 dependet ex alieno arbitrio sequitur Honded. *consil. 62. num. 47. & 48. lib. 1.* sicuti dicimus de contractu consensus, qui non per hoc dicitur temporalis à ex quo venditori facultas est illum quandocumque redimere, quia sufficit ad perpetuitatem contractus, quod sit perpetuus ex parte ementis † argumento *l.*
11 *sufficit vbi notat Ias. num. 2. D. de condit. indeb. l. iuris peritos 23. D. excusat. tut.* Glossa *prima in capit. final. in verbo perpetuos, vbi Gemin. nu. 8. de rescrip. in 6.* Bonius *de censibus articul. 14. num. 32. & artic. 15. numer. 38.* Ruinus *consil. 82. numer. 2. lib. 2.* Decianus *consil. 59 numer. 10. lib. 1.* Fideric. Martin. *de iure cens. capit. 2. numer. 14.* ex nostratibus Anton. Cannet. *in extrauag. volentes §. successiue num. 15. fol. mihi 164.* Cenc. *de censib. capit. primo quæstion. 1. articul. 2. part. prima fol. 5. à num. secundo*, vbi alibi se citat, cum alijs per nos adductis *in discursu primo secunda Traction.* in pulchra quæstione, an inter immobilia computentur.

Sequitur ex his omnes in hac Societate professos, siue simpliciter, siue solemniter professi fuerint æqualiter, quod ad ipsos spectat, ac verè religiosos esse
12 vt puta in substantia † æquales iuxta ea, quæ dicuntur in dicta bulla Gregoriana *vers. ad hæc*, & confirmant Molina *loco citato versic. non solum.* Lessius *ibidem* nec non Reginald. *libr. 18. capit. 24. numer. 365.* Sances *in summa tomo 2. libr. 6. capit. 9. numer. 60.* Emmanuel Rodericus *tomo primo artic. 9. quæst. 2. regulari.* Menochius, & alij superius citati nec huic conclusioni, vt dictum est obstare, quod aliquis ex eis à religione dimitti possint.

Illud autem minime tacendum puto, quod habui à P. Molina. *dicta disputation. 139. vers.* tàm professi, quàm coadiutores (ex hoc enim cognosci potest,

quam

quàm aliena sit societatis huius religio à successionibus suorum affectandis, & quam pessimè à quibusdã detractoribus carpitur, quibus iam per quam plures apologeticos discursus satisfactum est Societatem nempe ipsam sese incapacem effecisse bonorum † scho
13 larium prædictorum, qui professione emissa, nullam de suis bonis ante solemnem professionem, vel coadiutoriam dispositionem fecere, ità vt in hoc casu, non ipsius societatis domus, sed ipsorum professorum intestati hæredes ad huiusmodi bona admittantur, quem omnes præcitatos secutos esse inuenio.

Cæterum indubitatum est istos legitime dimissos
14 posse matrimonium liberè † contrahere, ex quo à votorum omnium obseruatione soluti remanent. Azorius *institut.moral.part.1.lib.12.cap.6.quæstion.2. in fine* Sances *in præcep.decalogi tomo 2. lib.5.cap. primo n.* 11. Vasquez *prima 2.quæst.96. articul.4. disputat.* 165. *cap.8.num.*83. P. Ribandiner. *de Societat. Iesu instit. cap.* 17. in solutione ad quintum *& cap.19. ad finem* solummodo dubitatio insurgit, an sicuti dispensatione obtenta, vti dictum est, non impeditur matrimonium
15 contrahendum, pariter non dirimatur † contractum, quod professionem præcesserit, & an Concilij Tridentini decretum extendatur ad hos scholares professos, & non extendi firmat Vasquez *dicta disput.* 165. *capit.* 10. Ribadiner. *loco citato capit.19.§.el primier.* Enriches *in summa libr.11.cap.8. num.7.* Sances *de matrim. lib.2. disputat.18.num.6. & in præcepta decalogi dicto c. 2.num.29.*

Nec facit quod matrimonium cõtractum per scholarem professum dispensatione non præcedente iudicetur nullum, quia hoc euenit ex speciali huius religionis priuilegio; Item resultat ex conclusionibus prædictis, quod respectu ipsorum habeantur prout essent solemniter professi Enric. dicto *lib.12.cap.5.§.5.& 6.* Valent. *tom.4.disput.*10. *quæst.5.puncto* 3. Reginald. *in prax.lib.*31.*n.*225.

His præmissis, vtpotè necessarijs, ad decisionem quæstionis; plures casus distinguendo, deueniam. Primus casus est, quandò donatio facta sit per nouitium ante, vel post ingressum de licentia superioris iuxta societatis institutum.

Secundus quãdo fit à scholare professo antequam solemnem emittat professionem.

Tertius vbi agitur de bonis vtrique superuentis separando in vtroque casu allodialia à feudalibus, vbi diuidi necesse sit.

Quò ad primum nouitium recuperare omnia per eum donata, quæ ante ingressum possidebat, certum
16 est, nec quo ad hoc, hæc religio ab alijs differt, † vnde in ea locum habent omnes conclusiones per nos supra firmatæ in *num.*14. quibus addendus est Reg. de Tappia *in authen.ingressi verbo sua c.*2.

Diximus, quæ antea possidebat non sine mysterio, etenim si de bonis post ingressum superuenientibus agatur, distinguendum erit, separando feudalia ab allodialibus, ista recuperet eodem modo, prout bona, quæ ante ingressum possidebat, feudalia tamen secundum aliquos tantummodo habere possit, si per
17 agnatos non fuerit realis capta possessio, † nàm vna vice, quòd ad agnatos transijt feudum, non poterit reuocari, ex quo res non est amplius integra, quæ resolutio respicit ad tertium casum, illamquè firmauerunt Bambac. *in §. qui clericus num.53.& 60. Ardizon. de feud.cap.97.colect.1.& 2.* qui generaliter loquuntur, non solum in superuenientibus sed etiam in ante quæsitis.

Contrà verò, quòd imò nouitius pariter recuperet feudalia ante ingressum quæsita, quam post ad instar allodialium senserunt Thom.de Marinis *de feud. libr. 1.tit.2.de feud.ex pact.& prouid.num.*139. post præpositum in *dicto §.qui clericus num.*2. & Afflict.*n.*11. Tappia *in dicto verbo sua. capit.14 num.16. vers.sed contrarium,* Grass.noster *de effect.clericat.effect.4.n.25.& 32.* dicens quod hæc opinio est æquior, & verior in puncto iuris, quàm etiam modernè tenet D. Augustin. Barbos. *in tractat.de offic.& potestat.Episcopus part.3. allegation.*101.*nu.*37.*& sequentibus* & magis nouè idem *in cap.super eo 9.num.5.in fine de regularibus.* vbi allegat Caldas *in l.si curatorem verbo implorare à num.37. D.de restit.in integr.*

Ego verò ità quæstionem terminandam puto, quod aut feudum fuit delatum nouitio ante ingressum, aut post, primo casu iterum distinguo, quod aut propinquus agnatus habuit feudum ex renunciatione, seu refutatione ingressi, & tunc nouitio ad sæculum reuerso tenetur ei feudum restituere; pro qua conclusione potest allegari dicta *authen.ingressi, & authen.de monachis in principio*, vbi disponitur, quòd recuperet bona ingressus intuitu donata, quorum decisiones, vt annuit Grassus dicendum est comprehendere etiam feudalia, ea potenti ratione, quod non habeamus legem feudorum contrarium disponentem, quæ corroborantur etiam ex eo, quod per Concilium Trident. disponitur, vt nouitio exeunti omnia bona restituantur, quod decretum, non solum, vt aliqui purãt comprehendit superiores religionum, sed etiam consanguineos, vel alios, ad quorum manus bona nouitijs delata sunt, vel ex propria renunciatione, vel alio acquisitionis titulo, tàm feudalia, quàm allodialia.

Aut agnatus feudum habuit, non ex facto nouitij, sed quia sublato de medio nouitio possessionem fuerit ingressus, vti proximior in inuestitura vocatus, & tunc si citari fecerit nouitium, terminumquè ei constitui ad deliberandum; fortè non teneretur illud restituere illud nouitio exeunti, sicuti dicimus de clerico, qui si patiatur agnatum feudum ingredi, vel domino deuolui, mora sibi quæstione de feudo, etiam quod postea habitu dimisso laicus efficeretur
18 feudum, vtique non recuperat, † vt ex Neapolitanis tenuere. Capyc. *decis.*125.*num.*11. Reg. de Ponte *decis.4.nu.4.* ex Oltramontan. Rosentall. *de feud.c.7.conclus.30.num.1.* ex nostris Intrigl. *de feud. cent.2. art.1. nu.*185. Grass. *dicto effect.4.num.*85. quibus assentior, licet respectu nouitij pro modo non resoluam, sed tantum te remitto ad doctrin. Mart. *de success. tom.1.p.3.q.13.art.2.à n.*11. (dicturi forsan in nostro de verborum feudalium significatio tractatu Deo adiunante) verbo nouitius.

Aut (& hoc secundo) feudum deferatur nouitio post ingressum, & tunc certum est non statim sequenti in gradu acquiri, sed ità demum si monitio præcedat, per quam dato condecenti termino, moneatur,
19 ad hoc vt † deliberet si velit habitum dimittere, & feudi inuestituram capere, an verò in religione per-

feuerare, quòd si ei placeat Regi Regum seruire, & feudo renuntiare, tunc sequens agnatus illud habeat irreuocabiliter sicuti refert practicatum fuisse Vinc. de Anna *allegat.98.num.9.* Bambac. in *dicto* §.*qui clericus num.72.& 83.* quæ praxis placuit nostro Grasso *in dicto effectu 4.num.87.* nàm licet possit dominus pro suo interesse non instare super hac deliberatione capienda, item, & agnatus, ità vt hoc casu feudum vel remaneat in massa † hæreditatis, vt ait Bambac. *ibi n. 78.& 80.* & Crass. loco citato *num.99.* vel transeat ad
21 proximiorem agnatum reuocabiliter, † ac per modum custodię iuxta tradita per Reg. de Ponte *de potest. Proreg. tit. de assens. super alienat.* §.4. *num.* 24. iuxta ea, quæ tradit Bald. *in leg. vnica. C. quando non petent. part. vbi Iason.* loquentes in terminis vnius ex hæredi-
22 bus non adeuntis † portionem suam infra tempus constitutus de iure prætorio; attamen quoties, vel dominus, vel agnati instent necessarium est deliberare nè feudum stet impendenti.

Quæ locum sibi vendicant in feudis nobilibus vbi seruitium, vel iurisdictio sunt annexa, nàm si essemus
23 in feudo Franco † vel informi, aut tale ad quod Ecclesiastici possent admitti, tali casu cessant prędicta, ex quo illud transit ad nouitium, & interim administratur per monasterium, non minus, ac alia bona ipsius nouitij, non obstante quod eumagium ratione fidelitatis præstari deberet, ex quo potest per procuratorem hoc impleri.

Secundus est casus de donatione facta per Iesuitam scholarem post emissa tria vota simplicia, vel ante si statim professio subsequatur, quo casu attentis conclusionibus per nos supra firmatis, videlicet, quod isti tales sint verè, & vt ita dicam irreuocabiliter religiosi respectu ipsorum de rigore sequeretur, quod non deberent bona donata recuperare licet cessaret causa ingressus, quia effectus esset consummatus, solidato iam dominio in personam donatarij, per ea, quæ dixi supra ad terminos consiliorum Molfesij, & Fabij de Anna, & per ea, quæ tradit Aponte *dicto titulo de assens.* §.4.*num.*14. Sed quia his non obstanti-
24 bus in contrarium vsus † obtinuit, vt tàm à posse Collegij, quàm extraneorum auocet bona donata, etiam quod solemniter de eis disposuerit, amplius insistendum non est sed tantum vt supradictos auctores adeas moneo; etenim si quod sentiam petas fatear hanc obseruantiam mihi satis rationabilem videri, & fortè crederem, quod fundatur super illa ratione, quod in ceteris religionibus monasteria sunt perpetuo adstricta ad alendum monachum, sicuti ipse se, & sua Deo dicauit, in hac vero religione secus, ideo congruum est rationique consonum, vt ex iusta causa dimissus, vt puta quia inutilis, vel infirmus non debeat remanere bonis exutus, & à religione alienus, conducunt quamplura alia per me dicenda hoc eodē discursu, vbi de eiectis ab alijs religionibus agemus & iuxta prædicta fuit seruatum cum illis de Bettono Messanentibus non solum quò ad alia bona, sed etiam quò ad officium Portulani Vrbis Messanæ, quem rehabuit à religione exiens, à posse Regiæ Curiæ.

Tertius casus de bonis superuentis ità decidi potest, quod aut sumus in nouitio, & iam diximus eum illa recuperare si allodialia sint indistinctè, si feudalia cum distinctionibus superius traditis, aut vero sumus in professis simplicium votorum, & tunc si agimus † de allodialibus recuperabunt illa sicuti diximus de bonis per eos donatis, aut denique agitur de feudalibus, & passus est multum difficilis, adeo quod cum casus in Regno euenisset super feudo Gibillinorum scissa sunt vota Præsidum duarum Rotarum, ità vt vnus pro possessore, alter pro petitore olim Iespina iudicauerint, licet maior pars dominorum vtriusque Tribunalis iudicum in sententiam petitori fauorabilem descenderit super qua post hæc scripta vidi decisionem Castill. 201. *in tertio tomo* hoc anno impresso.

Contentio erat inter duos fratres quorum primogenitus viuente patre, societati huic adscriptus in ea tria emiserat vota simplicia, mortuoque communi parente feudo ad secundo genitum delato, qui tunc primogeniti vices obtinebat, fuerat de eo solemniter inuestitus ob mortem patris, & incapacitatem fratris antegeniti quò ita per aliquod temporis spatium feudum possidente, fuit ex iusta causa infirmitatis primogenitus, è societate dimissus, vnde statim fuit per eum contra fratrem possessorem iudicium institutum, petendo feudum sibi vti prius nato restitui debere; nec illi obstare quod tempore aperti feudi erat in societate professus; quia huiusmodi scholares professi assimilantur potius clericis minorum ordi-
26 num; † quam religiosis illis, qui omnino incapaces existimantur; sicuti enim tales clerici efficiuntur capaces feudi superuenientis, illoque potiuntur si habitum dimittere velint, ità, & isti iuxta doctrinam Camilli de Medicis primare sua tempestate in Ciuitate Neapolis aduocati *in cons.2.d numer.7. vsque 85.* qui ità quæstionem absoluit, quod aut sumus in feudo superueniente, & tunc clericus dimittens habitum,
27 † & beneficium ad illud admittitur, aut verò fuit delatum ante beneficium adeptum, & minime illud recuperabit, etiamsi pœnitentia ductus clericatui renunciet, hoc etiam tenuit Rosentall. *de feud.cap. 7.conclus.30.* Grass. *dicto effectu 4.num.4.& 9.* Marta *de success. legal. tom.1 part.3.quæstion.13.artic.2. numer. 10. cum pluribus sequent.* Ioannes Baptista Thoro *in compendio decision. verbo clericus, an succedat in feud. p.1* vbi alios citat, si verò non deliberet dimittere, sed differat, non per hoc sequens in gradu admittitur. sed expectare debet vsquequo, vel expressè dicat feudum nolle, vel tacite sinendo labi tempus ad petendam inuestituram, sicuti dicimus de hærede, qui si patiatur consumi tempus ad adeundum censetur repudias-
28 se, † per ea, quæ dicit. Angel. *in leg. licet in principio Cod. de iur. deliber.* interim verò feudum stabit in massa hæreditatis, vt supra ex Bambac. & Carol. de Graff. firmatum est, vel fortè transibit in secundogenitum reuocabiliter per ea, quæ etiam diximus ex doctrina Baldi, & Regentis de Ponte non enim poterat in casu de quo agebatur, intereà temporis inhabilis reputari, dum poterat quasi iure postliminij ad primæuū statum reduci, & feudi possessionem recuperare, vt ait Camill. de Medic. loco citato, nec deficiebant exemplaria, nàm cum casus aliàs occurrisset in personam P. Vincentij Galletti fuit practicatum vt feudum retineret, imò quod pluris existimandum est per mediant personam procuratoris ipsius Collegij inuestituram accepisse constat, præstito fidelitatis Sacram.

Ea

Ea præcipua ratione, quia in hoc Regno videtur,
quod non requiratur seruitium personale, sed sufficiat
quod per alium præstetur, vnde fit, vt passim fœminæ
admittantur ad feuda, & si non possint per se ipsas
29 seruire, vti ratiocinatur † Cannet, *super extrauagan. volentes, verbo sed opere pretium numer.* 13. *fol.* 134.
Iuseph Cumia concius meus *in repetition. cap.* 51. *aliquem in verbo mortis. numer.* 12. *& verbo masculus numer.* 42. & in terminis Iesuitarum Leonard. Less. *de iust. & iur. libr.* 2. *capit.* 41. *dubitat.* 1. Sances *tom.* 2. *institut. moral. libr.* 6. *capit.* 9. licet in hac materia Sacramenti fidelitatis, & seruitij Domino præstandi
sufficeret dicere quod tanquam exceptio de iure tertij non exclusiuum iuris agentis nullius sit momenti,
& quod dum dominus cui hoc spectat non reclamat,
30 censetur potius dispensare † voluisse, non refragante,
quod ex hoc agnatis præiudicium oriatur, quia ipsi non possunt domino inuito hoc opponere, cui integrũ est iuri suo renuntiare. Marcabrun. *cons.* 25. Marcus Anton. Genuens. *in praxi Eccles. quæst.* 10. Ex his inferebatur ad fauorem fratris primogeniti olim Iesuitæ iudicãdum esse, & per quamplures alias rationes, quę per eius aduocatos adducebantur, quas læto animo expressissem, si eorum allegationes licuisset videre, tuebatur inter alios; partes Iesuitę egregius I. C. omnem laudem superans Andreas Ortula-
31 nus † nunc Regni Prothonotarius, & Logotheta, modò Tribunalis Consistorij, olim verò M. R. C. Iudex.

Et licet ex prædictis certò victoria speraretur, attamen ad cautelam per actorem producebatur carta quędam continens licentiam ipsi per Reuerendissimum Præpositum Generalem indultam ante apertum feudum, per quam videbantur cessare omnes difficultates.

Sed contra hæc, citra tamen validitatem cartæ, seu manus licentiæ per Generalem obtentæ plura obijciebãtur ex parte possessoris, primo enim dicebat, quod, supposito scholares tria simplicia vota emittẽtes, propriè Religiosos esse, saltem respectu ipsorum, vt supra latè firmatum est, sequitur, quod non bene procedit comparatio facta cum clericis minorum ordinum, ea præcipuè; ratione quod licet isti possent ad habitum clericatui renunciare, scholaribus tamen habitum dimittere non licet, vt ex doctrina Sances, *tom.* 2. *lib.* 6. *capitul.* 6. *numer.* 61. *moral.* ex Lessio *de iustit. & iur. libr.* 2. *capitul.* 41. *dubitat.* 1. *numer.* 8. & ex Reginald. *in foro pænitent. lib.* 18. *capit.* 24. *num.* 367. & ex alijs supra firmatum est, in tantum, vt neque possint data opera procurare, vt dimmittantur secundum Sances. *ibidem numer.* 61. quare si nulla obtenta dispensatione à societate se alienent, & habitum dimittant, nemini dubium est, ex hoc effici aposthatas, & quod vti tales à superioribus coerceri, & ad claustra reduci possint, iuxta prædictam Gregorianam in versiculo porrò, non solum professi, ideò ad effectum de quo agitur potius essent comparandi cum mona-
32 chis, † à quibus in nihilo distant, quò ad ipsos spectat, & sicuti; tàm monachi, etiam Religionis in communi bonorum capacis, quàm monasterium ad feudum admitti prohibentur, tam de iure communi, quàm Regni, ità & isti scholares professi.

De monacho enim certum est, quod feudi incapax sit, siue superueniat post professionem emissam, siue tempore ingressus, id possideat, imò sufficit, vt vouẽat
33 quis Religionem, † vt statim feudum amittat, etiam si pęnitentia ductus in sæculo remanere velit; ità Andreas, quem cęteri sequuntur *in dicto capitul. qui clericus.* vt testatur Marta in *summa success. legal. part.* 3. *quæstio.* 13. *artic.* 2. *num.* 14. *fol.* 1095. de quo tamen videndus est Carolus de Grass. *dict. effect.* 4. *numer.* 18. *vsque* 23. vbi hanc ampliationem declarat, ac etiam Philipus Paschalis *de patr. potest. par.* 1. *cap.* 3. *num.* 90.

De monasterio verò, an succedat in feudo illa distinctio passim amplectitur, quod aut sumus in monasterio capaci in communi feudum, sit verò informe, & tunc succedat in illo, ac si esset allodiale, aut summus in incapaci, vel in feudo, quod eius naturæ sit, quod
34 requirat † seruitium personale, atque cumagium, vel quod habeat iurisdictionem annexam; & tunc nõ succedat, Afflict. *decis.* 320. & ibi Vrsill. Thomas de Marinis. *titul.* 2. *de feudis ex pact. & provident. numer.* 142. cum mille alijs per Bambacar. *in dict. §. qui clericus num.* 141. Tappia *in authent. ingressi in verbo sua capit.* 14. *per totum* Molina *de rit. nuptiar. libr.* 1. *capit.* 18. *numer.* 37. Sesse *decis.* 44. *num.* 5. ex nostris Petr. de Gregor. *de concess. feud. part.* 8. *quæst.* 3. *in fine*, Intrigl. *cent.* 2. *artic.* 93. *nu.* 51. *de feud.* Carol. de Grass. *d. effect.* 4. *num.* 319. *vsq.* 324. ex Iesuitis P. Sancez in *summ. lib.* 7. *cap.* 15. *nu.* 36. Molin. *de iust. & iur. disput.* 139. *n.* 14. *& de maioratu disput.* 623. Azor. *par.* 1 *lib.* 12. *cap.* 8. *quæst.* 5. *instit. mor.* decisum Aponte *decis.* 4. Ricc. *Collect.* 890. Rosentall. *de feud. cap.* 7. *conclus.* 30. *nu.* 23. *& post.* 29. DD. hanc esse indubitatam conclusionem Castill. Sotomaior. *quotidianar. lib.* 3. *c.* 12. *nu.* 51. ex quo sequeretur dicendum attento iure cõmuni hos scholares feudorum incapaces esse sicuti de monasterio, & monachis dictum est ratione æquiparatorum.

De iure verò Regni ad terminos *capit. volentes* 38. Regis Fiderici quæstio videtur magis apertè decisa, quia per illud vt annotauit ibi Cannet. *verb. sed opere pretium num.* 5. *cum seq. fol.* 184. omnes Ecclesiæ atque
35 † Ecclesiasticæ personæ feudorum incapaces sunt effectæ, tàm ex contractu, quàm ex vltima voluntate, quidquid esset per successionem ab intest. Blasch. Lancea ibi in *notabili* 6. Intrigl. *de feud. cent.* 2. *art.* 1. *n.* 222. Mastrill. ad Gregor. *de concess. feud. part.* 4. *quæstio.* 7. *littera* C.

Accedat quod cum in Regno nostro firmum sit seruitium præstandum per Vassallum esse debere perso-
36 nale, † cum monachus impossibile sit, vt personaliter seruire valeat, sicuti, & monasterium; sequitur omnino incapacia effici, quod autem seruitium sit personale in Regno isto in tantum, vt excusari non possit offerendo substitutum, si dominus velit, vt personaliter seruiat, extat super hoc *Regni Capitulum sub Rege Iacobo* 39. *& sub Fiderico* 29. quo relato sequuntur Cannet. *loc. cit. num.* 13. Cumia *in cap. si aliquem verbo masculus n.* 43. Blaschus Lancea, Intrigl. & Mastrill. locis citatis, quibus addo Regentem Costant, *in l.* 60. *num.* 42. *C. de decurion. lib.* 10. *fol.* 151. vbi ait quod licet de iure communi feudorum sit in electione feudatarij, nedum per substitutum seruire, sed etiam pro seruitio

adhoam

adhoam soluere ad *text. in* §. *firmiter de prohibit. feud. alien.per Federic. vbi gloss. in verbo alium pro se*, vt post Aluar. ibi aduertit Capicc. *decis.*32. *n.*2. Attamen in Regno electionem est vassallorum, sed Regis, qui potest compellere vassallos ad præstandum seruitium personale, nec hoc inficiatur per Greg. *de concess. feudi dict.par.*4. *quæst.*7. dum se remittit ad dictum *cap.*29. *Fiderici*, & de Neapolitanis D.Regens de Ponte *decis.* 4.*nu.*2, Staiban. *cons.*55.*num.*6. Consiliar. Theodor. *alleg.*58. *num.*6. D. Regens. & Marchio Belmontis de Tapia *decis.*6. *num.*48. S.C.N. vbi quod è contra Dominus non potest cogere Vassallum, vt præstet seruitium reale.

Non obstat argumentum de fœmina, quæ licet non possit præstare seruitium personale, tamen succedit in feudo, quia respondetur, quod pro fœmina opus fuit vt conderetur illa *constitutio Regni, vt de successionibus, & cap.si aliquem Regis Iacobi*, ad hoc vt habilitaretur, vt aduertit Regens Constant. *in d.l.*60.*n.*44. *fol.*151. vnde pro religiosis remanet regula, non enim ex ex-
37 ceptionibus potest fieri extésio† de similibus ad similia, ità respondent Menoch. *de arbitr.iud.lib.*2.*cas.*231. *num.*40. Staiban. qui aliam notabilem rationem assignat. *cons.*55 *nu.*3. ex nostris Cannet. *d. vers. sed operæ pretium num.*11. Intrigl. *de feud.cent.*2. *art.*93.*num.*51.

Et in puncto loquendo de istis scholaribus Iesuitis, quod non succedat in feudis iurisdictionalibus, atq; ha-
38 bentibus seruitium † personale, sed tantum succedant in feudo informi P.Molin. *de iust.& iure disput.*139. & 140. & *de maiorat. disputat.*623. P.Sances *d.lib.*7.*cap.* 15.*à n.*35. *vsque* 45. Leonard.Less. *de iust.& iur.lib.*2. 41.*nu.*84. *vers.*5. *etiam feudum dubitat.*10. Ideo comparatio illa per aduersarios facta cum clericis minorũ ordinum non procedit, licet forte isti scholares possint
39 assimilari clericis beneficiatis, † quia ambo non possunt habitum dimittere, nisi ex licentia superioris, qui
40 tamen incapaces sunt † successionis feudi, vt liberè fatetur. Idem Camill. de Medicis *dict. cons.*2.*nu.*119. Regens de Ponte *decis.*4. *nu.*7.13. & 17. & post mille Theodor. *alleg.*58.*num.*7.

Ex his inferebatur, quod cum existente in successibili primo successuro, feudum transiierit ad proximiorem agnatum, talis actus acquisitionis fuit effectus consumatus, perfectus illo instanti, quo inuentus fuit
41 inhabilis primogenitus, † vnde quæsitum fuit plenum dominium secundogenito. Affl. *decis.*320. Molin. *de primog. lib.*1.*cap.*13.*nu.*77.93. & 94. Bambacar. *in d.cap.qui clericus quæst.*7. *per tot.præcisè. nu.*241. Cafanat. *cons.*26 *num.*5 & 6. A ponte *de potest.Proreg. tit.de assens. super alienat. feud.* §. 4. *num.*14. ex nostris Graff. *d. effect.*4.*n.*330. ex Iesuitis Sances *d. lib.*7. *eius summæ c.*15.*n.*4. Less. vbi supra *dubit.*10.*nu.*84. Azor. *par.*1. *lib.*12. *cap.*8. *quæst.*16. *instit. moral.* & post hæc visus D.Regens de Tappia *decis.*28.*nu.*3.*in illis S.C.N.* hoc anno impressis.

Ex hoc dicebant cessare illud, quod adducebatur, quod in hoc casu feudum transibat in posse agnati reuocabiliter, aut quod stabat in massa hæreditatis, quia respondetur quod dum effectus est consumatus, non potest reduci ad statum reuocabilitatis maximè dum ab alieno arbitrio & dispensatione pendebat reuersio ad sæculum, & dicta conclusio dicebatur procedere in nouitio, vel in eo, qui potest laicari ad suæ libitum voluntatis sine alterius facto; & non in scholari professo, qui efficitur habilis ex dispensatione, & sic de iure speciali, quod attendi non debet in præiuditium
42 † alterius iuxta tex.*in l.*4.§.1.vbi Bart. summat. *D.de fideicom.libert.* Idem Bart. *in l.*11. §. *qui habebat. D.de bonor.possess. contra tab.* vnde dicimus, quod restitutus de
43 iure communi † recuperat bona in tertios translata, quia illa est plenaria, & propria restitutio, quod tamen secus est in restituto ex gratia Principis, qui & si restituatur ad bona non tamen recuperat illa, quæ iusto titulo in tertios deuenere, quicquid sit respectu pretij contra cameram fiscalem latè Sforz. *de restit. in integr.par.*2. *quæst.*99. *art.*6.*nu.*41. Surd. *cons.*203.*n.*9. Camill, Borell. *de reg.Cathol. præstant. cap.*38. *num.*35. Mastrill. noster *ad indultum*, aliquè per me inferius citandi, vbi de Principis potestate circa restitutionem concedendam agemus.

Non obstare dicebatur replicationem illam, quod exceptio inhabilitatis opposita per agnatum respectu seruitij præstandi, & eumagij sit de iure tertij, idest ipsius domini, cuius consensus interuenire deberet, quia respondetur, quod hæc potius dicitur exceptio de non iure actoris, & de iure proprio conuenti ex quo inhabilitas monachi ad prædicta præstandum fa-
44 cit vt † feudum transeat ad proximè successurum habilem, non verò, vt ad dominum reuertatur, vnde licet quando feudum ex fellonia vassalli deuenire debet ad dominum, possit ipse iuri suo renunciare, tamen quã-
45 do ex aliqua causa deuoluitur ad Agnatos, † secus est vt distinguit. Curt. Iun. *de feud.par.*5. *princip.num.*10. & 12. Menoch. *consil.*181. *numer.*95. nec enim indistinctè admittimus posse Principem cum inhabili etiam expressè dispensare, sed tantum in casu, vbi ius agnati consistat in spe, & vbi fiat ante apertum feudum, nam post eius apertutam, quando ei iure ius quæsitum est, non licebit domino dispensa-
46 re etiam si dicat velle de plenitudine † potestatis, ita post mille Bambacar. *in capitulo qui Clericus quæstio.*8. *numer.*147. Rosentall. *de feud. capit. septimo, conclus.* 30. *numero tertio, & quarto.* Genuens. *in praxi Ecclesiastic. quæstio.* 10. *versiculo hinc procedit* Graff. *dicto effectu* 4. *num.*103. & 219. qui alios adducit, apprime conferunt inferius per nos adducenda in materia dispensationum obtinendorum, an ex eis præiudicetur iuri tertij, & de Principum absoluta (quam vocant) potestate.

Ad exemplar verò adductum inuestituræ captæ per illum de Galletti dicebatur nullius esse consideraționis duobus ex capitibus. Primo quia proximè successurus nunquam repugnant, & iura non operantur, nisi in fauorem eius, qui vult
47 ipsis se † iuuare, etiam si ipso iure procederent. *leg. scimus.* vbi gloss. *in verbo, ipso iure. Cod. de inoffic. testament. leg.* 2. §. *quod ait prætor. D. quorum legat. l. inuito* 70. *D. de regul. iur. l. si quis filium.* §. §. *stipulatio. D. de collatio. bonor. l. vniuersa* vbi gloss. Barthol. Bald. Castrens. Iason, & alij, *C. de præcib. Imper. offer.* Ofasch. *decisio.* 29. *numer.* 12. Putens *decisio.*8. *lib.* 2. Surd. *decis.*57. *numer.*8. Caroc. *decis.*116. Gaill. *obseru.*46.*n.*9. *lib.*2. Cancer. *var. resol.lib.*1.*c.*15.*n.*16. & *lib.*2.*c.*7.*n.*68. Gonzal. *ad regul.* 8.*cancel gloss.* 59.*n.*108. Peregr. *art.* 2.*n.*64. *de fideic.* Card. Mant. *de tacit. & ambig. lib.*4. *tit.*30. *n.*14. Roland.

land *cons*.8 1 *.n*.7 *lib*.3. Macambrun. *cons*.32 *.n*.45. Decian. *cons*.34 *.n*.21 *, lib*.3. Reg. de Ponte *cons*.81 *.n*.12, Bardelloo. *cons*. 39 *.nu*.43. Giurba qui alios affert *decis*.13 *num*.8.

Secundo, quia Princeps poterat eligere seruitium sibi præstandum per tertium, imò eo ipso quod concessit inuestituram censetur per prius dispēsasse, nam
48 patientia Principis † in illis in quibus ipse potest dispensare habetur pro titulo sufficienti, sicuti dicimus in officiali, qui si nō habeat titulum officij, vel habeat, sed resolutum, tam ex lapsu temporis, quam ex alia causa derogatoria etiam per sententiam, & tamen Princeps permittat eum administrare officium, resultabit nouus titulus, non solum quo ad validitatem actorum, sed etiam ad effectum, vt censeatur facta
49 † noua collatio, ita est text. *in l. barbarius, &* Iason ibi affirmat Ant. Gabr. *in tit. de praes. concl*.8. incipit non inutilis est *num*.21 *.vers. sed vtrum*. magis si per actum expressum probetur approbatio, puta quod ei vti officiali rescribat, nàm ista nominatio Principis habet vim collationis officij, sicuti quando vocat aliquem Don Fulanum, censetur concessisse titulum Don; &
50 permittens † aliquem exercere officium, per nobiles exerceri solitum, cēsetur eum nobilitasse. Carol. Tapp. *de const princ.c*.4 *.n*.13. Tiraq. *de nobil. cap*.6 *.nu*.10. si men sit de officijs a sherētibus ad latus Principis iuxta *text. in l*.1. ibi, *quos nostri lateris comitatus illustrat. C. de praepos. lib*.12. quod primum de titulo Don, sæpius vidimus euenire in creationibus officialium per D. Regem, quam nominam appellant, licet quidam mihi amicissimus noluerit, eum id ei accidisset, eo vti.

Hæc ei quam plura alia fuerunt in dicta causa discussa, & licet, vt prædiximus pro petitore fuerit bis pronunciatum, attamen satis constat, quod hæc secunda opinio est magis fundata, cui adhæsissent domini dictarum Rotarum, nisi intercessisset prædicta certa licentiæ per Generalem concessæ ante apertum feodum, quæ libentius tractaui, quia causa iam fuit transactione sopita, ita vt nemini possim videri molestus, ex mea opinione, maximè, quia dum hæc perpolirem conuentus fato cessit, nec taceam, quod in hoc iudicio fuerit in praxim deducta opinio illa DD. de qua latè D. Fusar. *de fideic.q*.611 *.n*.17. Et nos *in discursu secundo tertiæ tractation*. nunquam hactenus recepta, scilicet
51 agi posse via † executiua contra hæredem grauatum, eiusq; hæredem pro restitutione fideicommissi in loco vbi instrumentis, & testamentis conceditur executio, super quo licet plura fuerint in contrarium adducta, quod imò causa erat feudalis, ex quo agebatur ad feudum, & disputabatur de lege feudi, attamen non fuerunt admissa, dum conuentus erat hæres primi grauati, qui se obligauerat in contractu donationis feudum restituere primogenitis, à qua praxi ego non recederem fauore litium abreuiandarum, quæ in Regno sunt effectæ immortales, licet iura exclament properandum esse pro eorum terminatione.

Nec faciebat obstaculum, quod disputabatur de lege feudi; quia hoc casu propter obligationem cōtractam cum Don Didaco Giardina, cuius erat hæres conuen-
52 tus, agebatur personali ad feudum, quo casu † causa non est feudalis. Milan. *decis*.6 *. num*.23. *&* 24 *. lib*.1. etiam quod ex ea auocetur feudum.

Illa verò regula, quod quoties disputator de lege feudi, vel agendo, vel excipiendo, vel replicando, causa dicatur feudalis, ità simpliciter sumpta, non habet saporem, & si ita constituatur per DD. & præcipuè nostrates Greg. *de iud. caus. feud.q*.5 *.nu*.1. Nam procedit quando agitur reali, vel hypothecaria contra tertium non obligatum, quia tunc est quodammodo separata à personali, vt notat, dicitq; decisum. Milan. *ibi. nu*. 28. in causa inter D. Antonium Notabarrolo, & Barobissam Vallis longæ; verum si ageretur personali, vel ad aliud, quàm ad feudum, & disputaretur de lege feudi adhuc quæstio nō esset feudalis, quia vtrum-
53 que copulatiuè requiritur quod † agatur reali, & ad feudum Mastrill. *decis*.217 *. nu*.29. D. Preses Corsett. ad patrem *cons. vlt*. quem seq. cum multis, quos allegat Castill. *decis*.15 *in noua additione*: ideo in casu occurrenti inter Donnam Mariam Vrries, Baronissam Ricsi, & Donnam Lauineam Bracco; vbi agebatur condictione indebiti ad restitutionem certarum pecuniarum existarum ex fructibus Baroniæ, dum instabatur, quod causa erat feudalis, idèoque ordine suo tractanda, ex quo replicabatur de lege feudi, an videlicet feudum veniret in generali obligatione, de quo in §. *in generali de prohib. feud. alien. per Fideric*. obtinui declarari causam non esse feudalem per egregium Consiliarium, & facundissimum Aduocatum Roccum
54 Pontezano † nunc M. R. C. iudicem sub die 28. Iunij 1627. etenim sicut nō sufficit auocari personali actione feudum, adhoc vt causa sit feudalis, etiam si de lege feudi replicaretur, ità minus sufficiet de tali lege excipi, si res feudalis non auocetur. Aduertas demum quod de hac causa Gibillinorum post hæc vidimus impressam *decisionem* D. del Castillo 201 *.tom*.3.

Prædicta de ingresso ad feudum non admittendo, vellem limitares respectu filij ipsius ingressi; nàm, &
55 si pater exclusus fuerit, filius † tamen admittetur; vt sepius decisum firmat, Gamma *decis*.397 *.n*.15. Aluar. Velasch. *de iure emphyt. quaest*.50 *. nu*.15. Regens Constant. *in l*.1. *&* 2. *C. de filijs official*. non enim conditio filij debet effici deterior ex hoc, quod pater vacat Dei
56 seruitijs, & sicuti, qui in acie decedit habetur † aliquando prout si viueret. Bald. *in l. bello amissi, ibiq. alij classici D. de excus. tutor*. Velasq. *consultat*.148 *. num*.7. ità vt constituere lineam, ac si viueret, aliqui affirmauerunt, & si ad nauseam controuertat asserens decisum contra Vitam Gloriosam. Emanuel Cardos *post tract. de iure accrescendi in responso*. pro Roderico Tellex de Meneses; eo magis hoc firmandum erit respectu eius, qui viuens moriatur, vt Deo melius viuat, & perfectius; lineam vide licet non interrumpere, sed continuare.

TRA-

TRACTATIONES PRIMÆ

DISCVRSVS SECVNDVS

PARTICVLA QVINTA.

ARGVMENTVM.

Eiectus ob propriam culpam quando bona recuperet, & an votis solutus remaneat; & quid si nulla ex causa eiectus esset, & demum quid dicendum hodie stante Decreto Sanctissimi Vrbani VIII.

SVMMARIVM.

1 *Eiectus à Religione non recuperat bona intuitu ingressus dimissa.*

2 *Religiosus eiectus, dum extra claustra degit ab obedientiæ voto solutus est.*

3 *Religioso eiecto sine causa debentur bona Monasterio delata in ipso ingressu.*

4 *Non tamen recuperat bona in tertios translata, quia nulla adest eorum culpa.*

QVARTVS principalis casus subsequitur de incorrigibili, an si à Religione eijciatur, recuperet bona in ipso ingressu monasterio, vel alteri donata, & quid si absque causa eijciatur; ad pri-
1 mum resolutio erit negatiua; ex quo † cum remaneat votis ligatus, per consequens erit etiam bonorum incapax: vt docet Nauarr. *in commentar.* 2. *numer.* 34. *cum sequentibus, & commentar.* 3. *numero* 46. Cordub. *in regula Sancti Francisci capit.* 2. *quæstion.* 21. *section.* 3. Ledesma *in sum. tomo* 2. *tract.* 10. *capitulo vltimo, dubio secundo in solutione ad quartum*, Suarez *tomo* 5. *disput.* 21. *section.* 3. Vasquez. *part. secund. quæstion.* 96. *articulo quarto disput.* 165. *numer.* 87. Molin. *disut.* 140. *versiculo quando verò, & versiculo quo ad votum*. Azor. *institut. Moral. libro* 12. *capitul.* 16. *quæstion.* 4. *& quæstio.* 7. *in fine, & quæstion.* 11. Ribadiner. *de institutio. soc. capit.* 14. *versiculo assi que no*, Campanil. *in diuers. rubric.* 12. *capitulo* 15. *numero* 6. Less. *de iust. & iure libro secund. capitul.* 41. *dubitat.* 15. *numer.* 112. & quamplures alii, quos adducit Augustinus Barbos. *in capitulo final. numero decimo, de regular.* vbi excipit tantum-
2 modo votum obedientiæ, à qua, dum † extra claustra moratur, remanet solutus, & sicut alii clerici efficitur subiectus Episcopo illius diocesis, vbi eum morari contingat secundum Molin. Azor. & Lessium, quos ibi citat, quicquid alii dicant, quod imò subsit Episcopo originis, contra quos videtur prædictus auctor tenere, ad quem etiam in dicto capit. fin. est recurrendum, circa quamplura alia, quæ ad terminos horum eiectorum possunt euenire, maximè circa formam seruandam super eiectione institutam per Sacram Congregationem Concilii sub Sanctissimo Domino nostro Vrba-

Vrbano Octauo ab omnibus Religionibus seruandam.

Ad secundum de eiectis sine causa existimarem
3 hunc recuperare bona monasterio delata per ea, quę tradit Azor. quem allegat Rota *in decis.* 109. *part.* 2. vbi deciditur, quod ex die iniustæ eiectionis, non acquirat amplius monasterio, quidquid sit quando transfertur ad aliud monasterium causa correctionis.

Dixi monasterio delata quia iudicarem, quod
4 non recuperaret bona in tertios † translata casu quo fortè donasset ob matrimonium filio, vel alteri, ex quo non debet iste tertius damnum sentire ex culpa aliena; sed quia ex forma supradicti decreti superiores Religionum fuerunt reducti ad impossibilitatem eiiciendi sine causa, imò fuit eis restricta facultas etiam in casibus permissis, ideo non curo hanc quæstionem determinare; subsistam sola domini Barbosę citatione contentus.

TRA-

TRACTATIONES PRIMÆ DISCVRSVS SECVNDVS PARTICVLA SEXTA.

ARGVMENTVM.

PONTIFICIS Maximi poteſtas traditur circa abſolutionem votorum in præiudicium donatariorum, & de poteſtate in beneficialibus; ſæcularium Principum poteſtas ad quæ extendatur: tàm circa contractus, teſtamenta, quam circà priuilegia, officia, iudicialia, de remedijs gratioſis, indultis, dilationibus, guidaticis, Regis noſtri Catholici encomia, & in ſubditos amor ſparſim recitatur. De regalijs aliqua traduntur; & quomodo in eis agendum ſit; Et de diuerſis gratioſis prouiſionibus, quid, & quæ operentur hæc omnia in tertij præiudicium.

SVMMARIVM.

1 *Religioſus abſolutus à votis ex gratia recuperat iura ſuccedendi in futurum alteri donata.*

2 *Renunciatio omnis intelligitur rebus ſic ſtantibus ità vt cenſeatur exeluſus caſus inopinatus.*

3 *Religioſus à votis ſolutus non recupèrat bona in tertios translata, tàm feudalia, quam allodialia.*

4 *Tranſiens de Religione incapaci ad capacem recuperat iura ſuccedendi in futurum.*

5 *Diſpenſatio Summi Pontificis non extenditur ad bona ſita extra ſtatum Eccleſiæ.*

6 *Summus Pontifex in terris Regum non habet directè iuriſdictionem quo ad temporalia, ſed ſecundum quid pro bono ſpirituali.*

7 *Diſpenſatiò Pontificia operatur in præiudicium tertij quo ad beneficialia.*

8 *Summus Pontifex à nemine in hoc ſæculo iudicatur, ſed tantum in alio.*

9 *Poteſtatis ordinariæ, & abſolutæ diſtinctio, quàm aliqui faciunt in Principe reycitur, & num. 12. & 16.*

10 *Poteſtas Principum ſæcularium, non à Deo immediatè, ſicut illa Romani Pontificis, ſed à populo deſcendit.*

11 *Principem voluntate ſua omnia poſſe, non eſt verum.*

12 *Id dicitur poſſe quòd iuſtè, & vti bonus vir poteſt.*

13 *Ligatur legibus, quo ad vim directiuam, licet non quo ad coactiuam.*

14 *Populus non potuit in Principem plus iuris transferre, quàm ipſe habebat.*

Prin-

15 *Princeps ligatur suis legibus ad instar populi, immò ad strictiorem obseruantiam tenetur.*

16 *Absoluta potestatis appellatio communiter à nostris damnatur.*

17 *Princeps mundanus non debet appetere maiorem potestatem, illa qua vtitur Deus Opt. Max.*

18 *Potentia non est illa, qua se habet ad malum, sed infirmitas, & defectus potentiæ.*

19 *Potestas omnis à Deo manans non potest esse ad malum.*

20 *Imperator, vel Supremus Princeps delicti capax non est.*

21 *Principalis potestatis definitio per Bald. tradita extollitur.*

22 *Plenum non dicitur illud, cui aliquid deficit.*

23 *Verbum potestas, omnem iniquitatis speciem excludit.*

24 *Potestatis principalis effectus, qui sint remissiuè, vltra aliquos afferuntur.*

25 *Audacia malorum hominum hodiernis temporibus vsq; in immensum excreuit.*

26 *Modus procedendi ex arrupto hodie contra omne genus hominum vsurpatur.*

27 *Princeps potest mandare, vt ordo iudiciarius prætermittatur in ciuilibus, & decisio refertur.*

28 *Neque hoc casu processus erit nullus; nisi forte citatio fuerit omissa.*

29 *Modus procedendi in regalium reintegratione refertur, & probatur.*

30 *Via Philiberta, quæ in Vrbe Messanæ nobilissima conspicitur inter mundi mirabilia reputatur.*

31 *Dissensus in modo procedendi non intrat vbi adest Principis rescriptum, quod procedatur per viam præcepti, vel adest natura causæ.*

32 *Auctor quare in hanc materiam præter tractatum digressus fuerit rationem assignat.*

33 *Princeps non potest derogare iuri tertij iam quæsito.*

34 *Ægid. Boss. in loco citato per Ioan. Franciscum del Castillo decis. 124. num. 19. reprobatur.*

35 *Quod de facto fit iure fieri non dicitur, nisi à iure permittatur.*

36 *Disputare de Principis potestate in his; quæ ad Ius ciuile pertinent inciuile est, secus in alijs.*

37 *Text. in l. disputare C. de crim. sacrileg. genuinus intellectus.*

38 *Potestas humana nil potest in immutandis præceptis naturalibus.*

39 *Dominia sunt de iure gentium, & simodis ciuilibus quæruntur.*

40 *Actiones licet origine sint iuris ciuilis, attamen ipsum debitum est iuris naturalis.*

41 *Dominia rerum ante Regum institutionem introducta fuisse probatur.*

42 *Antonini Imperatoris iactatio in l. deprecatiò 9. D. ad leg. rod. de iact. refertur.*

43 *Princeps omnia Imperio possidet, singuli verò dominio.*

44 *Pro bono publico potest naturalia iura declarare, vel limitare, in modico tamen.*

45 *Non peccat secundum institiam si dominium vni auferat sibique vel alteri approprïet ex causa publica vtilitatis.*

46 *Tenetur tamen adhibere bonum cambium parti, à qua res auferetur.*

47 *Quale verò dicatur bonum publicum in hoc casu traditur.*

48 *Viarum pro constructione coguntur domini domorum illas vendere.*

49 *Vendere inuitus rem suam, nemo cogitur nisi fauore publico.*

50 *Ecclesiarum fauore cogitur, quis rem suam vendere iusto tamen pretio.*

51 *Ecclesiæ deferendum non est, cum alterius iactura.*

52 *Iustus rei valor quomodo accipiatur secundum auctorem contra Mastrillum.*

53 *Pragmat. vnic. de priuileg. ædificant. palat. vel magnos domos expenditur.*

54 *Venditio prædiorum ob publicum fauorem, quomodo fiat, ad text. in l. si eo tempore 6. C. de remissio. pign. & quid si adsit creditor Ecclesiasticus, & nu. 37.*

55 *Clerici, & Ecclesiæ non ligantur proclamatibus iudicis laici, quod intellige, vt infra statim.*

56 *Possunt citari quatenus eorum putauerint interesse, nec possunt fori declinatoriam opponere.*

57 *Coguntur concurrere cum creditoribus maioris summæ in dilatione quinquennali concedenda.*

58 *Causa continentia non debet diuidi ex causa vnius clerici creditoris, & debitor ad diuersa trahi Tribunalia.*

59 *Actus vbi non potest expediri nisi per iudicem laicum, clericus debet coram eo comparere.*

60 *Ius ciuile per clericum seruandum, vbi iuri canonico non contradicat.*

61 *Clerici creditores tenentur comparere si vendatur res hypothecata ad publicum incantum.*

62 *Edicta Principum fauore publico edita ligant clericos aliquando, puta ob pestem.*

63 *Emptores ementes ad publicum incantum debent tuti euadere, nè sub scuto legis remaneant decepti.*

64 *Praxis Senatus Cathaloniæ in publicis rerum venditionibus laudatur, & Fontanella locus refertur.*

65 *Creditores certi debent nominatim citari, & non per proclama; secus incerti si sint.*

66 *Consentientes pignus vendi censentur hypothecam remittere, ratio assignatur num. sequenti.*

68 *Hypothecaria actio, an extinguatur per lapsum triginta annorum, & quid si pro censu competit, & quid in hoc Regno, & de immemoriali.*

69 *Exceptio exclusionis ex l. si eo tempore, est prima instantia.*

70 *Exceptio de possessione ex causa anteriori, quare debet esse ex causa adiudicationis ratio assignatur.*

71 *De possessione ex pari causa, an admittatur in Iudicio executiuo bullæ pro, & contra.*

72 *Ecclesia dum vacat rectore non præiudicatur ob proclamata, quæ fiunt pro venditione rerum in publico incantu.*

73 *Text. in l. si eo tempore 6. C. de remiss. pignor. procedit contra clericos, quasi per viam exceptionis.*

74 *Clerici possunt citari, vt sciant aliquem actum faciendum per iudicem laicum, licet ex eo actu ipsis præiudicium generetur limita. vt statim.*

75 *Iudex laicus secundum aliquos potest denegare audientiam clerico conuento per viam exceptionis si ille noluit comparere.*

76 *Restitutio competit Ecclesiæ infra quadriennium computandum à die scientia vera vel præsumpta, nec ei datur restitutio aduersus eius lapsum.*

77 *Hospitale magnum Panormitanum tragit conuentos ad forum suum ex priuilegio Comitis Regerij.*

78 *Princeps tempore belli potest sibi valere de Ecclesia, vel campanili, quia de bono publico agitur.*

79 *Fides obseruatio est de iure naturali, cuius definitio à Cicerone tradita refertur.*

80 *Princeps non potest infringere pactiones priuatorum in contractum deductas, quod statim ampliatur ad actiones.*

81 *Non potest tollere prioritatem hypothecæ ex contractu oriente ad fauorem posterioris intellige, vt statim.*

82 *An possit mandare, quod creditor excutiat principalem, non obstante pacto contrario, vel quod exigat pro rata.*

83 *Non dispensat, nec derogat, ità de facili transactionibus inter partes celebratis.*

84 *Dilatio potest per Principem concedi, sed non debet hoc facere, si parti cautum non sit, alias tenebitur in conscientia ad damnum.*

85 *Fallitis concedi non debet, ne aperiatur via alijs fraudes admittendi.*

86 *Emmanuelis Philiberti Principis ex Sabaudiæ ducibus comendatio.*

87 *Mercatores fallitos deceret obseruatio illius legis æris confessi.*

88 *Princeps an possit derogare iuri tertio quæsito in spe tantum pro, & contra.*

89 *Verbum pertinet, an importet etiam ius in spe consistens, & an veniant futura.*

90 *Renuncians iuri de futuro intelligitur de trahente causam de tempore renunciationis, quod declara, vt statim.*

91 *Iurium appellatione continetur hæreditas, & successio in quacunque dispositione.*

92 *Successiones futuræ veniunt in dispositione facta in vim pacti per verba directa in futurum, & vniuersalia, & num. 94.*

93 *Pactum de hæreditate viuentis valet, si ipse consentiat, vel si fiat in genere non expresso nomine.*

95 *Donans vel renuncians hæreditatem non adhuc delatam censetur donasse sub conditione si deferatur, & delata censetur adijsse, & renuntiasse.*

96 *Dotatio est actus fauorabilis, ideo in dubio bona mulieris censetur dotata, & non paraphrenalia.*

97 *Successiones, an aliquando spe nobis competere dicantur, & qualis sit ista spes descendentium respectu ascendentis, & quid è contra.*

98 *Princeps tenetur stare proprijs conuentionibus etiam cum subditis celebratis, & an teneatur ciuiliter, an naturaliter tantum.*

99 *Conuentiones cum eo celebratæ sunt bonæ fidei, & ex bono, & æquo æstimantur, cuius ratio redditur.*

100 *Emptor primus indistinctè præfertur secundo quando venditio fit per Principem.*

101 *D. Regens Don Petrus Corsetus vnus ex duumuiris in Consilio Italiæ pro hoc Regno laudatur.*

102 *Princeps non potest infringere contractum sui prædecessoris, siue ei succedat per electionem, siue per successionem.*

103 *Iurisdictione concessa alicui Baroni, vel vniuersitati in dominium, non potest illi in aliquo derogare.*

104 *Priuilegia, quæ transierunt in contractum sunt irreuocabilia, sicut contractus ipsi.*

105 *Regnum Siciliæ ex voluntate regnicolarum peruenit ad coronam Aragoniæ.*

106 *Regi nostro quam cordi sit obseruatio priuilegiorum huic Regno concessorum, ostenditur, & quam malefaciunt inferiores illa aspernentes.*

107 *Priuilegia gratuito concessa possunt ad libitum reuocari.*

108 *Legitima non potest per Principem, vel statutum tolli in totum, bene verò minui.*

209 *Alimenta, vt sæpius fauorabiliora sunt dote.*

110 *Legitima potest prohiberi filio, vbi pater ei amplum relinquat patrimonium super quo maioratum de Principis licentia instituat.*

111 *Debet honorabili titulo institutionis relinqui nec statutum contrarium dictans valet etiam quo ad legitimatum.*

112 *Eius fauore non attenduntur priuilegia piæ causæ.*

113 *Diui Augustini dictum in cap. vltim. 17. quæst. 4. an restringatur ad legitimam.*

114 *Legitimæ onus, an imponi possit fauore piæ causæ, & quid pro male ablatis.*

115 *Princeps nõ potest remittere causam iudici notorie suspecto parte recusante, & ratio assignatur.*

116 *Iudex ex quibus capitibus reddatur suspectus remissiuè.*

117 *Pater spiritualis, an reddatur suspectus in causa filij ex Sacramento Chrismatis suscepti, vel baptismatis.*

118 *Cognatio spiritualis dirimit matrimonium contractum, & impedit contrahendum.*

119 *Princeps an possit tollere ius quæsitum beneficio iuris ciuilis, vel municipalis dissentitur, & exempla referuntur.*

120 *Legitimatio non extenditur ad bona tertio quæsita.*

121 *Bannitus restitutus non recuperat bona in tertium traslata, quicquid sit respectu fisci, vel si restituatur de iustitia.*

122 *Minore nulliter bannito restituuntur bona cum fructibus sicuti quando nulliter eius prædia distrahuntur.*

123 *Præscriptione completa ius dicitur acquisitum, nec potest per principem auelli, quod intellige, vt statim.*

124 *Fuit sublata per Pontificem stante mala fide in c. fin. de præscript. quod seruatur in foro temporali.*

125 *Passim in Regno non admittitur nisi immemorialis sit, vel stante bona fide.*

126 *Centenaria an potior sit immemoriali, pro, & contra Doctores referuntur.*

127 *Capitulum Regni 214. sub Carolo Rege non procedit in præscriptione completa ante capitulum, & decisio refertur.*

118 *Ius adeundi quanto tempore præscribatur, & quando restitutio competat, & num. seq.*

129 *Cohæres non præscribit aduersum alium cohæredem quem scit extare.*

130 *Adeunda infra primos triginta annos accrescit ei tota hæreditas licet reuocabiliter.*

131 *Portio quę cohæredi accreuit per ius accrescendi via restitutionis in integrum recuperatur.*

132 *Hæres exclusus de iure ciuili potest venire de iure prætorio infra annum vtilem, qui currit scienti.*

133 *Praxis agnoscendi hæreditatem de iure prætorio refertur eiusquè effectus traditur.*

134 *Infans præsumitur ignorare hæreditatem sibi delatam, quæ ignorantia etiam præsumitur durare.*

135 *Præscriptio immemorialis in regalijs, vt admittatur quæ sint necessaria.*

136 *Titulus debet allegari, nõ autẽ produci in immemoriali.*

Princeps

137 *Princeps non potest derogare auctoritati rei iudicatæ, nisi vbi malis medijs latæ sint sententiæ.*

138 *Item stante errore mandando supersederi vsque quo reuideatur cuius rei praxis refertur, & num. 140.*

139 *Iudici quando permittatur suam sententiam declarare.*

140 *Princeps non potest mandare retardari executionem sententiæ, neque ex certa scientia.*

141 *Reuisio, an valeat concedi à Principe cum retardatione executionis de absoluta potestate.*

142 *Instantia perempta, quando possit per Principem viuificari.*

143 *Litium abreuiatio publicum fauorem concernit.*

144 *Viuificare instantias peremptas in præiudicium tertij non licet proregibus, nisi ex magna causa.*

145 *Instantiæ prorogatio, vel suscitatio non fit nisi per Supremum Principem, limita si de iustitia fiat via restitutionis in integrum.*

146 *Pactum de retrouendendo ad certum tempus restrictum, quando possit ampliari.*

147 *Prouisio illa, quod super gratia Iudices prouideant de iustitia, quid importet.*

148 *Pactum de retrouendendo temporale propter læsionem enormissimam efficitur perpetuum, sed an hoc casu prorogatio proficiat.*

149 *Variè æstimatur iuxta consuetudine plurium regionum, de quibus remissiuè.*

150 *Iustus rei valor æstimatur ex fructibus, qui in tempore annorum viginti renascuntur cuius praxis traditur.*

151 *Fructus verbum importat, id quod superest deductis expensis.*

152 *Valor feudorum varius quomodo soleat æstimari communiter.*

153 *Creditor pro suo interesse potest petere prorogationem termini ad reuendendum.*

154 *Prorogatio terminus ad redimendum pignora datum à ritu facile debet concedi, vbi adest aliquis excessus.*

155 *Ius quæsitum in spe, oriente ex beneficio iuris ciuilis possit nè ex principali auctoritate diminui, vel derogari.*

156 *Legitimatio ad feudum potest per Principem ità fieri, vt præiudicetur agnatis in spe, quam habet si expressè hoc faciat, & num. seq.*

158 *Legitimatus debet succedere ad feuda antiqua, vbi legitimatio clarè cantet, & aliquod obiectum non patiatur.*

159 *Admittitur ad fideicommissa relicta in testamento, vbi etiam vocatus sit cum qualitate legitimitatis, sed contra statim.*

160 *Princeps potest expresse legitimare naturalem ad fideicommissa vbi sunt vocati, descendentes ex corpore, & maxime Summus Pontifex.*

161 *Summus Pontifex dispensando in radice matrimonij reuocat impedimenta ad succedendum, & quasi aliud agens, declarat successionem, ad filium spectare, & num. 164.*

162 *Dispensatio super radice potest fieri etiam soluto matrimonio morte vnius ex coniugibus, si tamen, qui superest petat.*

163 *Non iuuat vbi filij non sint cōcepti in figura matrimonij, vel vbi matrimonium consistere non poterat.*

164 *Pontifex non præiudicat domino territorij, vbi bona sita sunt, dispensando super radice, ideo iudex sub hoc prætextu non potest de illegitimitate cognoscere.*

165 *Princeps potest conualidare processum nullum ex defectu sollemnitatum iudiciorum, licet non citationis limita, vt statim.*

166 *Citatio est de iure diuino, cui Princeps non dispensat.*

167 *Ordinatoria iudicij Principis rescripto tolli possunt, & procedi ex arrupto dato competenti termino.*

168 *Possunt magis tolli, vbi causa agitetur coram supremo Consistorio ipsius Principis, si adest iusta causa, alias secus, & exempla afferuntur.*

169 *Reuisio, nec vllum remedium competit, vbi Princeps ipse de causa cognoscat, secus si committat alicui, vt referat, tunc eum potest alteri committi, item vbi remoto remedio causam committat.*

170 *Princeps ex speciali priuilegio de propria ipsius causa cognoscit.*

171 *Solemnia iudiciorum possunt omitti in causa propria ipsius Principis, vbi agatur de regalijs, secus si de bonis confiscatis.*

172 *Text. in l. defensionis facultas 7. C. de iure fisci lib. 10. explicatur.*

173 *Salueguardia, & deputationes conceduntur ex gratia Principis ob publicum fauorem.*

174 *Non debent concedi pro debitis non afficientibus, quando creditoribus cautum non sit de vita Baronis.*

175 *Pacti ad discursum vis quæ sit, & quis nam contra illud scripserit traditur.*

176 *Res tanti valere dicitur, quantum licitanti vendi potest.*

177 *Remedij gratiosi tenor adducitur, & causa propter quam processerit.*

178 *Procedit tàm si res detur in solutum ipsimet creditori, quàm si alteri vendatur.*

179 *Non procedit quo ad fructus contra emptorem bonæ fidei, qui à licitatore emit, nec contra venditorem.*

180 *Læsio quomodo mensuretur, vbi in adiudicatione adsunt onera, quo ad remedium gratiosum.*

181 *Enormissima, an enormior sit necessaria in Regno pro fructibus obtinendis.*

182 *Remedium gratiosum etiam competit, vbi secundum decretum fuerit transactione approbatum, quod intellige, vt infra.*

183 *Clausula, & quod plus valet donat, non inducit donationem regulariter nisi adsit animus donandi.*

184 *Remedium gratiosum potest à tertio intentari pro suo interesse.*

185 *Accedit potius nullitati, quam rescissioni.*

186 *Tertius an possit pro suo interesse agere conditione ex l. 2. C. de rescind. vend. & nu. 188.*

187 *Pactum de retrouendendo potest exerceri ad instantiam creditoris pro suo interesse.*

188 *Remedium l. 2. potest intentari contra tertium.*

189 *Possessorium potest committi, vt videatur cum petitorio per Principem, etiam si cum priuilegio ritus sit quod declara.*

190 *Spolij iudicium contra supremum Principem eiusq; fiscum non datur.*

191 *Possessoria iudicia contra fiscum de rebus ad coronam pertinentibus sunt mista de sui natura.*

192 *Debitor potest audiri in iudicio executiuo non obstante pacto de non opponendo, si Princeps dispenset; quod quomodo procedat discutitur.*

193 *Princeps non possit ad libitum reuocare priuilegia, & gratias per eum, vel prædecessores suos concessas.*

194 *Regentis Valenzuelæ laudes referuntur.*

195 *Officia concessa per Regem ad beneplacitum an possint sine causa auferri.*

196 *Amplitudo Imperij Romani non per ea, quæ accipit, sed per ea, quæ donat, ostenditur.*

197 *Reges nostri sine causa non priuant aliquem dignitate semel concessa.*

198 *Officium iustitiæ Aragonum de perpetuo effectum ad beneplacitum potest quodammodo dici perpetuum.*

199 *Princeps debet immotus permanere in suis liberalitatibus etiam quod sint excessiuæ.*

200 *Rerum magis quam famæ iacturam pati debemus.*

201 *Iurisdictio concessa per principem an possit ad libitum reuocari.*

202 *Potestate absoluta Dominus Rex non vtitur in vrbe nobilissima Messanæ, in & certis alijs locis, quæ enumerantur.*

203 *Priuilegia concessa non subditus reuocari non possunt.*

204 *Donatio contemplatione matrimonij non reuocatur, si donans à Religione discedat, & à Pontifice votis soluatur.*

205 *Diuitiæ non deficient Principi quoties bene se agat cum subditis.*

206 *Rex noster magis studet commodo subditorum, quam proprio, vt ostenditur per exempla.*

Remanet vltimus casus de professo, qui gratiosam à Summo Pontifice obtineat dispensationem, ad opus diferendi habitum Religionis, cum absolutione votorum; hic casus dupliciter considerari potest respectu bonorum recuperandorum, primo si agatur de bonis post dispensationem obuenientis, secundo de bonis occasione ingressus relictis, & titulo legitimo in alios translatis, vsque ad diem dispensationis inclusiue; super primo tenendum est huiusmodi dispensatū
1 iura † succedendi recuperare, & sibi ipsi deinceps acquirere, & si in donationibus occasione ingressus factis futura etiam donasset; & ratio est euidens, quia Pontifex per dictam dispensationem censetur derogasse iuri in spe renunciatario quæsito, quod bene poterit facere iuxta ea, quæ per me inferius tradentur. Item, quia vt diximus supra omnis renunciatio refertur ad statum, quo erat renuntians inspecto eo tempore, quo illa celebratur, adeo vt censeatur semper exclusus ca-
2 sus inopinatus, quantumque fuerit renunciatio † generalis; vt voluit Felin. *in cap. sedes declarat. 6. versic. intellige 2. de rescript.* post Barr. *in l. sed, & si quis §. quæsitum nu. 3. & seq.* vbi Alex. *n. 18. D. si quis caution.* Mandell. *cons. 1. num. 5. &* 10. Natta *cons. 21. nu. 2.* Anchar. *cons.* 402. Cornel. *cons. 23. lib. 2.* Crauetta *cons. 95. & cons. 718.* Alciat. *cons. 49. nu. 4. lib. 8.* Menoch. *cons. 27. num. 18. cons. 671. & de arbitr. cas. 80. nu. 2.* Gamm. *decis. 349. nu. 11.* Becc. *cons. 82.* Surd. *cons. 61. num. 5. & 339. num. 35. &* Decis. *326. num. 4. & nu. 52. cum seq.* Gurtier. *de iuram. confirm. par. 1. cap. 24.* Farin. *quæst. 24. nu. 84.* Reg. de Ponte *cons. 138. n. 2. lib. 2.* D Anton. de Amato *resol. 18. num. 2.* qui quamplures alios cumulat, addo Galuan. *cons. 11. num. 7.*

Demum quia in consequentiam habilitationis, veniunt necessario bona acquirenda, tamquam deficiente causa, per quam renuocians erat sublatus de medio.

Quo ad secundum, veriorem iudico opinionem illam, quæ se habet in excludendo huiusmodi dispensa-
3 tum, a bonis in tertios translatis, † quam in materia bonorum feudalium, tenuit Andr. de Isernia, *in cap. 1. num. 14. circa fin. titul. quæ sit prima caus. benefic. amitt.* idem Andr. & Præposit. *in cap. miles* vbi Balzaran. *n. 16. & 19. de Vassall. milit. qui arm. bell. depos.* Cassan. *ad consuet. Burgund. rubr. 7. §. 14. num. 5. circa medium & in fine.* Bambac. *in dict. §. qui clericus numer.* 150. Ludouic. de Cassan, *cons. 26. nu. 13. vers. & tamen* noster Carolus de Graffis, *de effect. cleric. effect. 4. nu. 102. &* 104. Doctor Marta *in prim. part. summ. success. legal. par. 3. quæst. 13. art. 2. n. 10. cum seq.* & ad terminos bonorum allodialium siue liberorum consuluit Honded. *cons. 62. nu. 47. & 48. lib. 1.* post Ioan. Andr. & alios Canonistas *in regula quod semel Deo dicatum de regul. iur. in 6.* Marta in loco statim citato *numer.* 15. & quamplures, ex præcitatis patribus, estque conclusio indubitata, vbi Pontifex non dicat se velle habilitare monachum, etiam quo ad bona præterita, in tertios peruenta; solummodo enim oritur dubium, in casu quo verba dispensationis ad talia porrigantur; de quo statim dicemus.

Amplientur iam dicta; non solum vbi iste Religiosus per Pontificem liberetur omnimodo à votorum
4 nexu, sed etiam † vbi transeat de vna Religione incapaci ad aliam capacem; nam concurrunt eædem rationes, vt in specie tangit Gonzal. *ad regul. 8. Gloss. 15. num. 6.*

Si verò dispensatio contineat etiam recuperationem bonorum, per tertios legitimè possessorum; non leuis est dubitatio an Pontifici hoc facere iure permittatur, in qua illud est præmittendum, huiusmodi dispensationes effectum sortiri non posse, nisi tantummodo quo ad bona, & personas subditas dispensanti; videlicet si agatur de bonis eorum, qui in temporali statu Ecclesiæ morantur; respectu quorum sunt etiam consideranda aliqua, quæ per nos afferenda sunt, pro ornatu præsentis casus, ad terminos restitutionum, seu habilitationum concessarum à Principe sæculari, an & quando operentur ad præiudicium iuri tertio quæsiti.

Etenim plusquam certum est, dispensationem, sicuti, & legitimationem per Pontificem factam, non ex-
5 tendi ad bona † sita in territorijs aliorum Principum, qui vel ex concessione, vel vsurpatione iura Imperij in temporalibus exercent, vt per Gloss. *in cap. per venerab. in verb. habeat potestatem* firmauit Abb. Catinens. *ibi. num. 22.* Butr. *num. 11. qui filij sint legit.* Bartol. *in l. cunctos pop. nu. 41. C. de summ. Trinit. & fid. Cath. & in authent. ex complexu C. de incest. nupt.* Ioan. Fab. *in §. fin. num. 9. instit. de nupt.* Alex. *cons. 67. num. 8. volum. 1. & cons. 3. in princ. volum. 5.* Dec. *cons. 52. num. 2.* Guid. Pap. *decis. 482. num. 2.* Franc. Marc. *decis. 841. in fin. par. 1.* Corn. *cons. 93. num. 2. volum. 2.* Gulielm. de Benedict. *in cap. raynut. verb. & vxorem nom. adelasiam in princip. num. 198.* Couarr. *in epit. de sponsal. par. 2. c. 8. n. 18.* Roxas *in epit. success. c. 23. n. 113. &* 115. Bursat. *cons. 90. n. 21. lib. 1.* Rolan. *cons. 88. n. 25. vol. 1.* Molin. *de primog. lib. 3. cap. 2. n. 11.* Conrad. *in templo omn iud. lib. 1. c. 1. §. 4. vers. 20.* Rosental. *de feud. cap. 7. concl. 18. n. 17.* Camill. Borell. *de Reg. Cathol. præst. c. 31. nu. 16.* Callisi. *in auulit. tract. de leg. reg. §. 21. n. 45.* latissimè Lup. *de illegit. natal. rest. §. 3. nu. 1. & 28.* Peregr. *de fidcic. art. 23. num. 50.*

num.50. Mastrill.decis.285.num.6. vbi alij,& ratio est, quia Summus Pontifex in terris Regum non habet directè iurisdictionem, quo ad temporalia; licet ex vi Pontificalis officij, sufficientem habeat potestatem super omnia negotia sæcularia: quando cognoscat id expedire pro quietis conseruatione, ac Ecclesiæ defensione, vel ad bonum spiritualiter, & finem Ecclesia-
6 sticæ potestatis supernaturalem assequendum † vt firmat dictus Callistus *ibidem numer.44.* & ante eum Victor. *de potest. Eccles. relect. 1. quæst. penultim. & in relect. de indis. Insul. par. 1. à num. 26. & ad capit. vltim. Matthei num.29.* Sot. *in 4. distinct. 25. quæst. 2. art. 1. & de iustitia lib. 4. quæst. 4. art. 1. col. 4. post princip.* Turrecrem. *in summ. lib. 2. cap. 113. & 114.* Viu. *tom. 1. lib. 1. tit. 2. num. 43. comm. opin. fol. 157.* Albert. Pygi *de Eccles. Hyerarch. lib. 5.* Gaetan. *2. secundæ quæstio. 43. artic. 8.* Ioan. Driedon. *de libert. Christian. lib. 1. cap. 9. 15. & 16.* Cardin. Bellarmin. *de Roman. Pontific. controuers. 3. generali lib. 5. capit. 6.* Suarez *de legib. libr. 3. capit. 7. num. 5. & in tractat. defensionis fidei Catholicæ contra errores Anglicanos lib. 3. cap. 22.* Vasquez *cap. 21. controuers. Illustr.* Morla *in emporio iuris part. prim. titul. de iurisdiction. omn. Iudic. quæst. 4.* Ceuall. *comm. contra comm. quæst. 759.* Molina *de iustit. tractat. 2. disput. 29. versic. tertia conclusio.* Rebell. *de obligat. iustit. part. 2. libr. 14. quæst. 23. sect. prim. num. 2. & 3. & sect. 5. num. 29.* Augustin. Barbos. qui alios addit. *in d. cap. per venerabilem num. 37.* vbi dicit, quod hæc est vera, & recepta sententia; quidquid velit Marta, qui contrarium attentauit in suo opere *de iurisd. par. 1. cap. 18. cum seq.* qui ex eo tantummodo excusationem meretur, quod sui tractatus instituto voluit quantum potuit satisfacere, eius tamen rationes acciduut ex traditis per Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 11. cap. 5. quæst. 6. versic. quæstio itaque.*

Nec per hoc intendimus Pontificiæ potestati aliquid detrahere (absit enim, vt manus adhuc mittam) sed tantum iustitiæ incumbentes, quod Cæsaris, est Cæsari, & quod Dei, est Deo, referre; ideoque sicuti in spiritualibus directè, ita in temporalibus indirectè, & in ordine ad spiritualia, omnimodam in eo agnoscimus potestatem, supra omnes Reges terræ; vt probatur *in d. cap. per venerabilem, & in extrauag. vnam sanctam de maior. & obedient.* cum alijs per prædictos adductis, quibus adstipulatur decisio. Rot. Romanæ *coram Seraphin. decis. 45.*

Ideoque ad propositum redeundo, quoties dispensatio Pontificia versetur circa spiritualia, vel Ecclesiastica; ratione subiectæ materiæ, omnimodam habebit firmitatem; sicuti si ageretur de recuperatione beneficiorum, quæ fortè possidebat talis dispensatus, ante votorum emissionem nam illa recuperaret; ex quo in eis Summus Pontifex plenam, & absolutam ha-
7 bet potestatem, † vt norant Canonistæ *in capit. 2. in princ. de præbend. lib. 6. & in clement. 1. in fin. vt lit. pendent.* & post Bald. Dominic. & Abb. defendit Anton. Gabr. *lib. 3. comm. opin. tit. de iur. quæsit. non tollend. conclus. 1. num. 9.* Gonzal. *ad regul. 8. Cancellariæ §. 1. proœmial. num. 36. cum seq.* quibus adiungo duas Rotæ decisiones apud Card. Seraphin. *decis. 997. num. 7.* vbi altera allegatur.

Et licet contra prædictos teneant quamplures Doctores contendentes, quòd imò debeat esse legibus regulata, quos refert Gabr. *dicta conclus. 1. vers. contrariam,* attamen prima magis arridet, quæ, & communior, & in foro iudiciali, vbi semper præsumitur iusta causa in Pontifice, pro collationis, & dispensationis validitate, etiam in præiudicium iuris tertio quæsiti, receptior est. Secundam verò opinionem existimo lo-
8 cum habere in foro interiori; † in quo tenetur resarcire damnum huic tertio, & de æque bono beneficio illi prouidere; quia potestas ipsi concessa non fuit ad destruendum, sed ad ædificandum: teste Dino Paulo *ad Corinthios 1. cap. 10.* non enim, ex quo à nemine in hoc sæculo iudicatur, tutus euadet, cum certum sit arctius iudicium in alio sæculo subiturum esse, vt magistraliter discurrit Azeued. *in l. 2. numer. 10. titul. 14. de las prouisiones, y cedulas lib. 4.* post Rebuff. Gomez, & quamplures alios. Nec distinguimus in Pontifice, etiam circa temporalia sibi subiecta, sicuti multi co-
9 nantur, faciat ne ex absoluta, † vel ordinaria potestate, dato quod agatur de bonis ante ingressum donatis sitis in statu Ecclesiastico, etenim, vti bonum principem decet, non egredietur limites iustitiæ, quidquid prædicti dicant, prout in dies experimento docemur, verum enim vero prædicta distinctio de absoluta vel ordinaria potestate nunquam fuit per Christianos principes amplexa, generaliter loquor, cum non solum à pari, sed à fortiori hæc procedere debeant in principibus sæcularibus quorum potestas non à Deo
10 immediatè prout in Summo Pontifice, † sed à populo consensu ortum habuisse scimus: per quem fuit in eos omne ipsius populi imperium, omnisque potestas tributa, sufficiens pro constituendo vno capite supremo, in politica hac republica, secundum tamen principatus naturam respicientem non ipsius principis, sed populi vtilitatem, vt eruditè tradit Petr. de Gregorio Tholosan. *in tractat. de republica lib. 10. cap. 7. num. 17.* Ferdinand. Vasq. *lib. 1. cap. 43. controuers. Illustr.*

Quibus stantibus admittenda non est imò à foro releganda tanquam immanis conclusio illa, quod in principe sola voluntas pro ratione habeatur, etiam
11 si à iusto, & honesto † abhorret, ex quo fit vt cum per voluntatem omnes humani actus regantur, impossibile videatur, vt potestas ei deficiat, cum è cōtra firmum sit voluntatem principis, tàm in legibus condendis, quàm in cæteris rebus disponendis, non ità absolutam esse, vt quidquid sibi placeat possit, sed tantum si eius placita regulentur iuxta boni viri arbitrium, eiusque actus rationabiles sint, & patriæ moribus conueniant,
12 † ad larè tradita per Rebuff. *in concordatis rubric. de reg. facultat. gloss. quod principi,* quare distinctio prædicta inter absolutam, & ordinariam potestatem, quatenus absoluta potestas capiatur pro larga operandi, vel dispensandi licentia, in aliorum iniuriam, penitus est reijcienda, cum potius dissoluta tempestas sit, digna infideli ac tyranno principi quam potestas conueniens Christiano, & vero Reipublicæ capiti, vt probat nouè Consil. Theodor. post mille, quos adducit, *allegat. 10. in principio,* & Galuan. *consil. 20. à numer. 9.*

Neque ex hoc inficiamur adesse in bono principe absolutam potestatem, quatenus à nemine dependeat, solummodo negamus ità absolutam esse, vt ad libitum ea vti possit in priuatorum iniuriam,

vnde dicimus, quod licet princeps sit legibus solutus,
quo ad vim coactiuam; vt puta quia à nemine cogi
potest leges seruare, attamen ligatus existit quo ad
vim directiuam, quatenus eas seruare tenetur tam re-
spectu regiminis aliorum, quam circa sui instructionē,
13 † vt docet D. Thom. *in prima parte quæst.6. art.5.* Sot.
de iust. & iur. lib.1. quæst.6. art.7. conclus.3. Gregor, de
Valent. *tom.2. disput. 7. quæst.5. par.4.* Couarr. *in cap.
alma part. prim. §. 1. num. 3.* Nauarr. *in capit. quando.
except.8. num.12. & 13. & in apologia de reditib. quæst.
1. artic. 32.* Belluga in speculo *rubric. 11. §. restat nu-
mer.1.* Coras. *lib.2. Miscellanear. cap.25.* Cuiacc. *obser-
uat. 25. lib.15.* Facchine. *controuer. iur. lib. 1. capit. 2.
vers. quarta, & postrema* Mexia *in pragm. taxæ panis con-
clus. 5. num. 52.* Brunor. A sole *in compend. ver. Prin-
ceps X,* Bouadill. *in politica lib.2. cap.10, num.51.* Mat-
thiens. *ad l. tertiam gloss.2. num.2. tit.20. lib.5. nouæ re-
copilation.* Flamin. Paris. *de resignat. lib.3. quæst.1. num.
16.* Sairus *in claui Regia lib.3. cap.4. num. 10.* Morla in
emporio iur. par.1. tit.1. quæst.1. Azorius *institut. moral.
lib.5. cap.11. col.397.* Pat. Pinedus *in Iob. par.2. quæst.
34. vers.18. fol.637.* Suarez *de legib. lib.3. cap.32.* Ca-
bed. *diuers. iur. argument. lib. 3. cap. 1. num. 3.* Georg.
Cabed. Lusitan. *decis.78. p.2.* D. August. Barbos. *in cap.
1. num. 6. de constit.* qui multos ex prædictis refert, &
sequitur.

Mouentur prædicti ea præcipua ratione, quod in
14 principem non potuit plus iuris † transferri quàm
apud populum erat, ideoque sicuti suis legibus popu-
lus ligabatur, ità, & principem ligari firmandum est,
imò vt annuit I.C. *in l.3. in fin. D. de offic. præt.* arctior in
15 principe desideratur legum obseruantia, † quam in
populo, cum facilius sit vnicum caput regi, quam plu-
ra: ex quo fit si auctoritate mouemur, vt appellatio
ita absolutæ potestatis frequentiori doctorum calculo
16 † improbetur, vt probat Didacus Couarr. *variar. re-
solut. lib.3. cap.6. num. 6.* Pinell. *de rescindend. vend. in
prima parte rubric. capit. 2. numer. 24.* Fortun. Garsia
*in l. gallus. §. & quid si tantum. D. de lib. & posthum.
num. 308. vers. dicebat. Bald.* Ferdinand. de Mendoz.
lib.1. disputat. iur. ciuil. cap.5. num. 35. Morla *de leg. 1.
num.7. sui emporij quæst.1.* Regens Sesse *de inhib. capit.
4. §.3. num.13.* Ægid. Lusitan. *in l. ex hoc iure capitul. 3.
vers. regina condita numer. 10. fol. 73.* Matthiens. *libr.
6. titul.10. gloss.1. num.14. nouar. recopilat.* Iacob. Can-
cer. *variar. resolut. lib.3. cap.3. num. 114.* Zasius *cons.
10. num.7. lib.2.* Andr. Gail. *obseruat. 56. num. 9.* Fac-
chineus *lib. 8. controuers. iur. capit. 63.* Præses Anton.
Faber. *in Cod. titul. 11. si contra ius, vel vtilitatem
public. num. 10. lib. 1. & in allegat. & de error. pragm.
part. prim. decad. 25. error. 1. num. 15.* Mattheac. *de
via, & ration. iur. lib.1. capit. 34. numer. 28.* Georg.
Cabed. *decis. 12. par. 1. num. 9.* Regens Carol. Tappia
*de constitut. princip. in rubric. cap.1. num.77. cum seq. &
in decis. 5. Supremi Consilij Italiæ,* vtrobique plures
allegans, quibus libenter me subscribo, addo Theo-
dor. *dicta allegat. 10. in principio.* post hæc scripta
visuut.

Nec prædictorum sententia aliquid diminuit ex illa
absoluta potestate, de qua supra mensinimus, sed
tantummodo eam declarat, atque intra suos limites
restringit, in tantum, vt omnia illa posse dicantur quæ
iustè facere possint; quod humani principes ægrè fer-
re non debent, quandoquidem, vt ait Matthienz. *in
dicta l.6.* quem sequitur Tappia *dicta decis. 5. num.71.*
17 non debent appetere maiorem † potestatem illam,
quam habet Deus Optimus Maximus, a quo omnes
principatus, omnisque potestas deriuatur; cum nec
quidem parem prætendere fas sit, ideoq; sicuti Deus
nihil potest quod sit iniustum: ità hæc plenitudo po-
testatis humanæ vltra iustum extendi non debet; non
enim dicitur potentia, illa, quæ se habet ad malum,
18 sed infirmitas, atque potentiæ defectus: † vt pluribus
medijs satis doctè, & eruditè probare conatur in no-
stris terminis loquens dominus Calistus *in analitico
tractat, de leg. reg. §. 23. num.18. cum plurib. sequentibus.*
vbi assignat rationem, quod peccare posse, non est ali-
quid posse, sed deficere posse, ex text. quem allegat *in
capit. principium § charitas de pænitent. distinct.2.* Vasq.
controuers, illustr. lib.1, cap. 27. Lel. Zech. *de duello lib.
1. c.39.* vnde vt ait Robert. Bellarm. Cardin. amplissi.
pariterque Religiosiss. de *controuers. Christian. religion.
tomo 3. lib.2. cap.18. fol.153. ad finem, & fol. 155. in
princip,* omnesque agnoscimus, sicuti in Deo non po-
test dari defectus, ità omnis potestas à Deo emanans
19 † non potest esse ad malum; quod etiam agnouit I.C.
Christianæ Religionis inexpers. *in l. penultim. D. de hæ-
red. instituend.* vbi ait, quod ex principali Maiestate
Calumniæ facultatem capere non oporteat, imò in
maxima fortuna minimam esse debere licentiam Pe-
droch. *cons. 1. num.176.* Galuan. *cons.20. à numer. 10.
cum sequent.*

Ex hoc fit, Imperatorem à nostris delicti incapa-
20 cem reputari, † per ea quæ tradit Iustus Lipsius *lib. 2.
politic. cap.2.* Ossor, *de regis institut. lib.5.* Simanc. *de re-
publica lib.4. cap. 15.* quorum meminit Callist. *in præ-
cit. §.23. num.21,*

Si igitur hæc potestas, quam in principe agnosci-
mus, talis est, quæ id tantum admittit, quod bonum,
& æquum est, abhorretque omne, quod iniquum: se-
quitur nō bene a prædictis absolutam appellari illam,
quæ potest se habere ad malum, quare magis arridet
diffinitio tradita per Bald. *in l. 2. num.40. seu.45. C. de
21 seruit.* quod videlicet † sit plenitudo potestatis, seu
arbitrij nulli necessitati subiecta, nullisque iuris publi-
ci regulis limitata, quem inuenio secutum Par. Rodul-
phin, *de suprem. princip. potest. cap. 1. num. 3.* Peregrin.
*de iure fisci lib.1. tit.3. num.63. & de fideicomm. art.51.
num.122.* Roxas *in epitom. succession. cap.93. numer.75.*
Velasq. de Abendagn. *in l. quatragesima Taur. gloss. 10.
numer.26.* Corrad. *in templo omnium iudicum lib.1. cap.
1. §. 1. gloss. purpureo palleo num.5.* Petra *de potest. prin-
cipis cap.3. quæst.1. num. 2.* Sances *de matrimon. libr.2.
disputat.15. num.3.* Doctor Marta de *iurisd. part.4. cen-
tur.2. cas.195. numer.34.* Maur. Burg. concinis meus de
modo proced. ex arrupto quæstio.17. num.15. & licet ple-
22 num † nunquam dicatur illud, cui aliquid deficit, *l.
plenum 12. D. de vsu, & habitat. c. si omnia, prima quæst.
1.* cum alijs per Petra *dicto tractat. quæst.1. cap.3. num.
3.* attamen quia illud verbum adiungitur verbo pote-
23 statis, cuius proprietas omnem excludit † iniquitatem
ad *text. in l. potestat. 225.* vbi Rebuff. Alciat. & Ca-
gnol. *D. de verbor. significat.* præpositio illa plenitudi-
nis intelligitur quatenus redundat in commune
commodum, vt Callistus *ibi. numer.16.* obseruat:
vbi cætera ad hanc definitionem pertinentia latissimè,

& eruditè

& eruditè enarrata inuenies, si fas tamen esset adiungerem particulam, sequentem videlicet, vt sit plenitudo potestatis, seu arbitrij nullæ necessitati subiecta, nullisque iuris publici regulis limitata ad bonum cōmune inducta, ex qua omnis scrupulus cessaret, quia hæc verba omne malum excludunt.

Si verò petas à me qui sint effectus absolutè huius
24 potestatis, quam in principe agnoscimus, † non longe te remmittam; cum apud prædictum Petr. Callist. in *præcitato* §. 23 omnes quotquot sunt habere potes, probat enim is doctor principem legum solemnibus tantummodo solutum esse, quæ pertinet ad formam in aliquibus actibus pro eorum validitate seruandam, vt sunt testium quantitas in testamentis, insinuatio in donationibus, & cætera his similia, quæ sub pęna inualiditatis priuatis hominibus sunt indicta; Item vt, & iudiciorum solemnia omittere possit, maximè pro pace publica tuenda, in criminalibus iudicijs manu regia procedendo, ad coercendam facinorosorum hominum audaciam, quæ his nouissimè diebus
25 adeo creuit, vt ad summum † peruenisse videatur; quem modum nos palatinum vocamus, licet contra
26 omne genus hominum etiam † pacificorum vsitatum, seu vt verius dicam vsurpatum videamus nec minus in ciuilibus iudicijs ab hoc ordine discedere licitum est principi, imò tanto facilius quanto de re
27 minus graui agatur, † vt infra dicam, & firmat Afflict. *in prælu. constitutionum Siciliæ q. 9. num. 9.* Belluga *in speculo §. restat. nu. 4.* vbi Borell. *in verbo iuris ordinem vers. fallit in principe*, quos adducit Callistus *dicto* §. 23. Crauetta *cons. 5. num. 6. cum sequent.* quod in specie Regis nostris Hispaniorum adnotauerunt Gloss. *in l. 6. col. 6. ad finem, & in l. penul. tit. 4. lib. 2. legum fori.* Peres *in l. 10. tit. 4. lib. 2. ordination.* quos adducit August. Barbos. *in c. ad petitionem. 2. 2. de accusation.* cum alijs per multis per me adductis in responso redito pro domino nostro Rege contra Donnam Catherinam Gaites, aliosq; litis consortes occupatores territorij Castri cognomento Bruculæ vbi quæstio erat, an reintegratio dicti territorij facta ex prouisione Principis non seruatis solemnibus iudiciorum iuxta ritum curiarum Regni valeret dicebam, & ità obtinui, dubita-
28 ri non posse de validitate † quatenus præcessisset citatio cum competenti termino ad docendum de iuribus ipsorum, possessorum prout in dicta causa fuit seruatum, nàm licet in ceteris sollemnibus peccatum fuisset, non ex hoc nullitas oriebatur vt dicebat Alex. & Iacobin. *in l. si pacto quo pœnam C. de pact.* Gram. ad Afflict. *decis. 361. vers. causa cognitione*, addebam in hoc casu non sine mysterio principem ita procedi mandasse, ex quo cum agebatur de reintegratione regalium
29 † hic erat verus, & genuinus modus procedendi, vide licet per viam præcepti iuxta practicam Paridis de Puteo in *praxi reintegr. feud. ante tract.* Peregrin. *de iure fisci libr. 7. tit. 3. numer. 3.* Lucan. *de priuil. fisci in principio nu. 59. vers. vtrum* Burg. *de mod. proced. ex arrupto quæst. 5. num. 11. in finalibus verbis* Intrigl. *singul. 94. nu. 2. lib. 2.* Mastrill. *de magistrat. lib. 3. cap. 4. num. 439. fol. 309.* Collegium Patauin. *inter consilia Peregrini cons. 2. num. 21.* vbi testatur de consuet. Galliæ, & Italiæ. Martin. Laudensis *de fisco quæst. 180.* Horat. Balian in cons. pro Abbate Roccediæ contra vniuersitatem terrę Ferulæ, quem ad pennam habeo, cum decisione iuxta suum consilium, nec negat collegium Pisanum inter consilia Raudensis *consil. 3. nu. 84. & 85. lib. 2.* Regens Fuluius de Costant. *in l. prima num. 170. cap. pen. fiscal. Cred. præfer. libr. 10.* iuxta quæ fuit quandoque seruatum pro nobili vrbe Messanæ contra quosdam occupatores
30 mæniorum ipsius vrbis tempore, quo † construi debebat via illa Philiberta, quæ hodie cum magno nostrorum, ac exterorum stupore cernitur, ita vt non abs re inter mundi mirabilia enumeretur.

Quoties verò vel propter naturam causæ, vel quia
31 ità Princeps rescripserit, per viam præcepti † agendum est toties nil releuare partis dissensum pro certo affirmant Octauius Corsettus *libr. 2. forens. quæst. 1. numer. 6.* Marius Muta *ad rit. 99. num. 21.* Maur. Burg. *dicta quæst. 5. a num. 19. vsque 34.* ideoquè satis in ciuilis videbatur prætensio dictę de S. Martino, quæ cum parum iuris foueret in meritis instabat pro nullitate dictæ tenuræ, seu possessionis traditæ, omissis alijs sollemnibus iudiciorum, cum in dies experiamur, quòd etiam in causis priuatorum principe id mandante huiusmodi solemnia omittantur annuit pulchra Rotæ decisio in nouiss. diuersorum *decis. 99. num. 6. par. 1. fol. 62.* etenim nemo dubitat, quòd ipse non subiaceat prædictis legum solemnibus, & quod ex sua potestate possit Iuri tertij in his solemnibus derogare.

Per hæc satis constat quid tenendum sit super huiusmodi dispensationibus vbi tertij præiudicium versatur, nè forte bona ex causa ingressus donatarei auferri contingat, dum firmatum est Principis potestatem legibus regulatam esse, quo ad hoc ne tertio fiat iniuria. Cœterum quia spatiosus nobis se se offert cā-
32 pus aliqua dicendi † circa materiam principalis potestatis, quam admodum fructuosam existimamus, occasionem hanc aggredi non pigebit, quam forte amissam in toto hoc tractatu recuperare non liceret, vnde, & longe digressionis excutationem speramus.

Prædictis ideo inhærendo dicimus, principem non
33 posse derogare iuri tertij † iam quæsito Bald. *in leg. si cum mihi D. de dolo* Grammat. *cons. 100. in ciuilibus* Anton. Gabr. *lib. 3. commun. conclus. tit. de iure quæsito non tollend. conclus. 1. num. 1. vers. contrarium.* post viginti quatuor Doctores quos allegat, addo Zasium *consil. 10. lib. 2. & ad l. 2. vers. ratum esse. D. de orig. iur.* Menoc. *consil. 100. num. 68. lib. 1.* Hartman. Pistor. *lib. 2. cap. 4. num. 43. quæstion. iuris parte posteriori* Azeued. *in leg. 2. titul. 14. de las prouisiones, y cedulas, num. 8.* cum pluribus sequentibus *& numer. 11.* vbi loquitur in Summo Pontifice, *& in l. 4. dict. tit. per tot.* Andr. Facchin. *controuers. iur. lib. 8. c. 63.* Anton. Faber *in C. libr. 1. tit. 10. dicta definit. 1. numer. 9. & de error. pragmat. dicto error. 1. num. 15.* Petra *de potestat. princ. cap. 24. num. 16. cum sequent.* Carol. Tappia *in rubric. de constit. princip. cap. 2. & decis. 5. num. 56. & 60.* & nos latissimè in responso edito pro vniuersitate Ciuitatis Acis Aquileæ contra eius casalia, vbi fundauimus hoc procedere, non ex solius potestatis defectu, sed ex sua propria Maiestate, & stante naturali ratione, quorum Doctorum opinio magis communiter recipitur, sicuti è conuerso doctrina Angeli, cui contrarij adhærent communiter reprobatur, nec minus eius sequaces, ideoquè exi-
34 † stimo Bossius in eo loco vbi eum citat Ioannes Franc. del Castillo *decis. 134. nu. 19.* & Regens de Moles relatus per Fuluium Costant. *in l. num. 103. C. pæ-*

nis

nis fiscal. creditor prefer. libr. 10. pessimè se habuisse, dū
prædictæ opinioni aduersatur; nec mouet illud, quod
à prædictis, & alijs obijcitur, quod principes quotidie
de facto tamen, iuri tertiorum derogent, nulla adhi-
bita retributione; quia respondemus exemplis iudi-
35 candum non esse, nec † iure factum existimari debet,
quod de facto fit, Princeps enim vt diximus id potest,
quod secundum regulas rationis iustum, honestum
que est, illud enim quod vulgo iactatur principem
omne ius dominare, non ità capiendum est, vt refera-
tur ad ius naturale, vel gentium, sed tantum ad ius
ciuile; nec prudentes homines terrere debet sacrile-
gio adscribi eis, qui de principis potestate dubitando
36 disputent, † ad text. in l. disputare 3. C. de crimin. sacri-
leg. & constitutionem Regni incip. disputare, quia re-
spondemus cum D. Regente de Tappia dicta decision.
5. num. 56. ex Paschal. de patr. potest. part. 1. c. 1. num. 90.
dictam Imperatoris sanctionem referri tantummo-
do ad ea, quæ sunt iuris ciuilis; & merè positiua, non
autem ad ea, quæ sunt iuris naturalis, vel gentium,
prout sunt dominia, & contractus: addo pro hac di-
stinctione. Azeued. in d. l. 2. & 4. tit. delas prouisiones,
y cedulas.

Secundo respondemus cum Andrea Facchineo di-
cto cap. 63. libr. 8. ibi non disputari de concernentibus
principis potestatem, sed de reprobatione, vel appro-
batione personæ ad aliquod officium per principem
37 electæ; vt suadent verba textus ibi † disputare de
principis iudicio non oportere sacrilegij enim instar est, du-
bitare, an dignus sit, quem elegerit Imperator. Nec mi-
rum, quia Princeps circa officiorum collationem, quę
inter gratiosa refertur, liberum habet arbitrium; vt in-
fra late explicabimus, nèc hoc faciendo iuri alterius
derogare vnquam videri potest.

Alia verò contrariorum argumenta bene tolluntur
per Fachineum loco superius citato.

Sed vt egregia hæc quæstio remaneat vndequa-
que absoluta, tres casus distinguere operepretium du-
ximus, ex quibus resultabit euidens cognitio termi-
norum, vbi versamur, quę erunt satis affinia nostræ
principalis quæstionis; à qua digressi sumus, & lectori
non iniucunda.

Primus est quando agitur de auferendo iure, tertij,
quæsito, ex iure naturali, vel gentium. Super quo iam
diximus Principem nihil posse, quod assumptum ad
parte tuetur. Didacus Couar. cap. 6. var. resolut. num.
8. lib. 3. etenim, vt ipse ait, hæc potestatis absolutæ,
vis, nequaquam conuenit his, quæ naturali, vel gen-
tium iure sunt instituta; illa enim dubio procul non
subiacēt principali potestati; naturalia enim præcepta
immutabilia esse existimantur; adeo quod nulla hu-
mana potestas, quæ legitima sit, illa mouere possit;
38 † nisi fortè in tyrannidem incidere velit, iuxta ea,
quæ tradit Anton. Faber. in Cod. dicto tit. si contra ius,
vel vtilitat. public. defin. 1. numer. 9. Thesaur. decis. 91.
Borell. de Reg. Cathol. præstant. cap. 65. num. 27. & 28. &
late post omnes Callist. de lege reg. §. 30. & 31. Theod.
allegat. 10. n. 12. cum seq.

Hinc dicimus Principem nil disponere posse circa
dominia nobis quæsita, quia illa sunt de iure gen-
39 tium, & si modis ciuilibus † acquirantur; secundum
Felin. & Dec. in capit. quæ in ecclesiarum de constitut. &
ad text. in iure ciuili l. venditor. 14. §. si constat D. com-
mun. prædio. Cynus in leg. final. vbi cæteri DD. C. si con-
tra ius, vel vtilit. public. Bernat. Greue ad Gail. libr. 2.
conclusion. 56. considerat. 1. numer. 1. Festasius de collect.
par. 4 cap. 6. lib. 7. num. 7. P. Ribadin. in l. qui inscribitur
institution. del Principe Christiano libr. 2. capit. 9. Surd. qui
optime loquitur cons. 203. num. 17. cum seq. Carol. Tap-
pia super rubr. de constitut. princip. c. 1. n. 50. & decis. 6.
num. 42. Azeued. in dicta l. 4. tit. 14. n. 3. lib. 4. noua reco-
pil. vbi extendit conclusionem ad actiones, dicens,
40 quod licet origine sint iuris ciuilis † secundum gloss.
communiter approbatam in l. ex hoc iure in verbo obli-
gationis D. de iustit. & iure. Attamen debitum ipsum,
ex quo actiones nascuntur, est iuris naturalis; & ideo
per principem tolli non possunt; ratio autem prædi-
41 ctorum est illa, † quod dominia rerum ab ipsa mun-
di origine, ante regum institutionem in homines
transierunt, accedente Dei Optim. Maxim. permissu,
ibi quidquid calcauerit pes tuus, tuum erit. Detheu-
ronom. cap. 11. & Iosue cap. 14. ex quo factum est, vt
ex occupatione possessionis, effecti fuerint rerum pos-
sessarum domini, vt in Genesi cap 13. quæ postea ad
successores transierunt libera; absque obligatione
recognoscendi alium dominum, quàm Deum Optim.
Maxim. vnde fit, vt absque nostro facto à nobis auel-
li nequeant; vt discurrit Rebuff. in tract. congrua por-
tion. num. 125. cum seq.

Quæ cum ità sint; apparet quam à veritate distet
42 iactatio illa Antonini Imperatoris † in l. deprecatio 9.
D. ad l. rodiam. de iactu. vbi se mundi dominum appel-
lat, & altera Iustiniani in l. bene Azenone 3. Codic. de
quadr. præscription. vbi omnia sua esse dicit, quatenus
loquantur de dominio rerum particularium, sicuti
benè procederent, si de protectione vniuersali lo-
43 querentur, quia verum est dicere principem, † om-
nia imperio possidere, singulos vero dominio, iuxta
doctrin. Bero. in dicto capit. quæ in Ecclesiarum num. 152.
de constitution. & in capit. qui res. numer. 10. de reb. Ec-
cles. non alienandis Cuiac. obseruation. 30. in fin. libr. 5.
Lelius Zecch. de Principibus lib. 1. cap. 5. num. 5.

Quæ ità temperanda sunt, vt non negemus posse
principem pro bono publico, tanquam reipublicæ
caput naturalia, & gentium iura declarare, & li-
44 mitare; vel in modico † ex causa derogare, vt ad-
mittunt Thesaur. dicta decis. 91. Anton. Faber. dicta
definition. 1. & dictat text. in cap. sunt quidam 25. quæst.
1. & in l. ius agnationis 35. vbi scribentes D. de pact. l. iu-
ra sanguinis 8. D. de regul. iuris. quæ declaratio, seu limi-
tatio quando iusta de causa fit, perfectio dicitur, vt
docuit Couarr. in regul. peccatum par. 2. §. 11. numer.
3. & de sponsalibus par. 2. cap 6. §. 9. num. 3. & 4. Paris
consil. 68. numer. 102. & per totum lib. 4. Petr. de Ara-
gon. Theolog. in secunda secundæ diui Thomæ quæst. 56.
articul. 2. conclusion. 3. receptum enim est principem
non peccare secundum iustitiam, si dominium rei al-
45 terius vni auferat, † & sibi, vel alteri appropriet; le-
gitima causa subsistente, quæ publicam vtilitatem,
ac bonum respiciat; hoc .n. ei non prohibetur, vti post
Felin. & Abb. firmat. Gabr. in conclus. lib. 3. tit. de iur. quę-
sit. non tollendo conclus. 2. Sfortia de restitut. in integr.
part. 2. quæst. 99. articul. 8. Facchin. cap. 63. lib. 8. contro-
uers. Ceuall. comm. contra comm. quæst. 906. Bouadil. in
polit. lib. 2. capit. 16. num. 162. Rolentall. de feud. tom. 1.
cap. 7. conclus. 19. numer. 3. in addition. lit. B. pag. 317. A-
zeued.

zeued. *in dicta l. 4. num. 9. & 11 tit. 14. libr 4.* licet fa-
46 teatur, quod hoc in casu † tenetur ad recompen-
sam, & vt ipse ait adhibere bonum cambium, vel red-
dere iustum, & condecens pretium rei ablatæ ad text.
in l. 2. C. ex quibus causis seru. Gregor. Lopez *in l. 31. ad finem gloss. 2. tit. 18. p. 3. & in l. 2. gloss. buon cambio tit. 1. part. 2.* Gail. *dicta conclus. 56.* Facchine. *dicto cap. 63. vers. oportet, tamen*; Vasquez *libr. 1. illustr. controuers. cap. 5. numer. 15.* Surd. *de aliment. titul. 7. priuil. 77. num. 13.* Coler. *de process. executiuo part. 2. cap. 13. num. 326.* Peregrin. *de iure fisc. lib. 5. titul. 2. num. 52.* Petr. *de potest. princip. declarat. 7. quæstionis principalis. §. superest num. 34.* Doctor Mart. *de iurisdiction. p. 4. casu 195. num. 12. & 25. & success. p. 4. quæst. 4. art. 4.*

47 Bonum verò publicum † dicimus quando agitur de vtilitate totius Regni, vel maioris partis, aut alicuius egregiæ Ciuitatis, vt docet Oliban. *de iur. fisci c. 1. n. 19.* quem sequitur Cancer. *libr. 3. var. c. 3. n. 59.* per me nouiter adducti in dicto responso pro Ciuitate Iacis Aquileæ contra eius casalia.

Exemplum fit in venditione rei alienæ inuiti dominis, pp publicum viarum ornamentum vel Ciuitatum decorem; vti quotidiè experimur in hac vrbe Panhormi præcedentibus ordinationibus Viceregijs ex causa
48 viarum † Maquedæ, & Tholetæ; pro earum enim constructione, vel ampliatione, coguntur domini prædiorum Vrbanorum, illa, vel eorum partem vendere; non obstantibus iuris communis regulis; per quas
49 nemo inuitus cogitur rem suam vendere, † iuxta text. *in leg. inuitum 11. & l. dudum 14. C. de contrahen. empt. & l. nec emere 16. C. de iur. deliber.* etiam quod offeratur iustum pretium, *Boer. decis. 312. nu. 2.* Carp. *ad statut. Mediolan. 433. numer. 70.* Menoch. *de arbitrar. casu 462. num. 12.* quod iuri etiam gentium congruit, iuxta quod quisque rerum suarum, est moderator, & arbiter. Vasq. *controuers. illustr. cap. 17. num. 2. & cap. 9. num. 18.* vendere enim, & emere actus est naturalis libertatis Menoch. *lib. 3. præsumpt. 130. num. 54.* Papp. *consil. 122. num. 10.* Anna Filius *consil. 47. num. 41.*

50 Quod extenditur fauore † Ecclesiarum piorumque locorum, propter quorum constructionem, vel ampliationem, tamquam & in eis etiam publicus fauor versetur; quotidie videmus cogi, non solum laicos domus suas vendere, sed etiam easdemmet Ecclesias alteri Ecclesiæ, quæ in maiori necessitate existat; vel in qua opus magis pium exerceatur, vt decisum vidimus pro Deputatione animarum Sanctissimi Purgatorij, contra confraternitatem Sanctorum quadraginta Martyrum Vrbis Panhormi, & pro Reuerendis patribus Societatis Iesu contra Confraternitatem Sanctorum Cosmi, & Damiani, & antiquitus pro Ecclesia Sancti Vincentij Ciuitatis Thermarum, contra Confraternitatem Sanctæ Mariæ de Misericordia, in qua consuluit Aloys. de Septimo, prout hæc omnia refert Mastrill. *decis. 280. à num. 90. vsque ad fin.* vbi respondet Dom. Valenzuolæ contrarium tenenti *in consil. 18.* super quo etiam scripsit Giurb. *dec. 86. n. 7.* vbi ait Ecclesiæ, & religionis fauorem, nedum priuatæ, sed etiam publicæ vtilitati præponendum esse *l. fin. C. de Sacrosant. Eccles. §. si minus authent. de non alienand. vel permutand.* amplians conclusionem in casu vbi ageretur de ampliatione viridarij ex Marcetatens. *lib. 1. resolut. 112. casu 29.* quæ de plano procedunt, solum dubitari solet, quod nam sit iustum pretium per huiusmodi emptores refundendum, etenim certum est iustum rei pretium soluendum esse, vt optimè fundat
51 Don Valenzuola *d. cons. 18. num. 18.* Ecclesiæ † enim nequaquam deferendum est, vt alteri iniuria afferatur per ea, quæ tradit Kirchou. *commun. opin. libr. 1. tit. 1. de Sacrosan. Eccles.* refert Mastril. *d. decis. 280. nu. 22.* ideoq; satis rigidam semper existimaui decisionem prædictã
52 Mastrilli, quatenus *num. 8. dicit* † iustum valorem reputari habito respectu ad pensiones, ad rationem de octo pro centenario; etenim quotidie videmus, & maximè post nouissimam censuum reformationem in voluntarijs venditionibus ratiocinari ad sex, & septem; exclusis reparationibus necessarijs; sicuti in casu occurrenti inter Hieronymũ Scorsone, & Congregationem Oratorij Sancti Philippi Nerei huius Vrbis titulo de la Oliuella consului, & inclinabant iudices Magnę Regiæ Curiæ, qui tunc temporis erant Sp. & egregij; Consiliarij de Ioppolo, Porenzano, & Cannizzaro, nisi partes se concordassent, & emptores iustum pretium refundissent ad rationem de sex; & ad prædicta videndus est D. Regens Carolus Tap. *in decis. 7. Sacri cons. Neap.* vbi quid pro atrio, referens decisum pro Eccl. limitando tantummo vbi aliqua Domus antiqua in aliqua familia magnatum destrui peteretur quod notandum est.

Extenditur etiam dispositio prædictà ad fauorem priuatorum hominum, quibus licitum est pro ædificando sibi palatium vel magnam domum, vt vtar verbis statuti nostri, cogi facere dominos paruarum domorum, ad illas sibi vẽdendum, pro suis construendis, vel ampliandis, publicus enim fauor existimatur, quod Ciuitas emicet per huiusmodi ædificia quod priuilegium primo loco fuit indultum vrbi meæ præclarissimæ, ob iniurias passas temporeę Imperatoris Fiderici, postea, verò ad alias egregias Regni Ciuitates subregio demanio existentes extensa, patet † per
53 prag. *tit. de priuil. ædificant palatia, vel magnas domos* quidquid sit respectu pretij, in quo satis differunt cũ venditionibus, quæ fiunt ex causa viarum construendarum, vt ibi est videre, & apud Castill. *decis. 134.* qui latè, & exactè de hoc loquitur accedit Tapia loco citato *num. 3. & 4.*

Quale autem debeat esse ædificium faciendum, & quales domus diruendæ, iudicantis arbitrio remitti solet, qui non in quolibet loco, sed in honestiori, & spectatiori Ciuitatis hoc permittet; vt vidi quandoque prudenter moueri in consimili casu inter Franciscum la Vaggi, & quasdam mulieres, vbi etiam vidi dubitari quid faciendum, si iste talis, qui vendere cogitur offerat, & cum effectu velit ipse magnam domũ construere, & resolui posse; dummodo præstet de opere perficiendo, & quod sit æqualis magnitudinis, vel parum minus, secus si multo inferioris.

Sed an dispositio dictæ pragmaticæ procedat in prędijs rusticanis, & extendi firmat Castill. *decis. prædicta. 134.* ad quem recurras.

Praxis verò, quæ in huiusmodi venditionibus seruatur, ad hoc vt emptores tuti euadant non est omittenda; solent enim obtineri vt emittantur proclamata, per quæ moneantur creditores ad interessendum dictis venditionibus fiendis, & iura eorum deducendum, tàm si censuales sint, quam alterius generis,

siue

fiue hypothecarij fiue chirographarij præfigendo eis
certum terminum, quo elapſo ſi non compareant ſo-
lent haberi pro excluſis, vt petat ex forma dictorum
54 proclamatum, ad text. † in *l. ſi eo tempore 6. C. de re-
miſſ. pignor.* ſi verò compareans ex ordinis ipſe ſatisfit,
attento tempore, & priuilegio de qua praxi, & diuer-
ſa forma proclamatum loquitur regens Conſtant. *in l.
1. C. pen. fiſcal. cred. pref. à num. 165. vſque 170.* Aſin. *de
execution. §. 6. cap. 49. à num. 158. cum pluribus ſeqq.* vbi
quod comprehendunt creditores conditionales, ac ha-
bentes intereſſe ratione dominij vel hypothecæ, facit
etiam Surd. *decif.* 151.

Dubium ſolum inſurgit quid agendum ſi inter alios
creditores exiſtat aliqua eccleſia vel exemptus locus,
aut perſona eccleſiaſtica ligentur, vel nè ſimilibus bã-
nis per iudicem laicum emiſſis, adeò, & taliter quòd,
vel comparere teneantur, vel ſi illa ſpernant ſint ex-
cluſi, etenim ſi non cogerentur comparere, eueniret,
55 quod emptor teneretur eis ſatisfacere † quòd verò
eccleſia, & eccleſiaſticæ perſonæ minimè cogantur
comparere, videntur ſentire Hieronym. de Monte
quæſtion. 20. *n.* 21. Fab. Turret. *conſ.* 13. Grammat. *decif.*
29. *vbi additio elaboratiſſima* Didaci de mari Regienſis
I. C. Surd. late *decif.* 26. vbi ait, quod nullo iure adſtrin-
gi poſſunt ad comparendum coram iudice incompe-
tenti, quia per indirectum præiudicaretur eorum
exemptioni, qui venit ad terminos dictæ *leg. ſi eo tem-
pore.*

Sed contra verius exiſtimamus in propoſita ſpecie
quòd imò Eccleſiæ, & Eccleſiaſticæ perſonę tenean-
tur comparere, & iura ſua adducere, nec ſub prætex-
tu exemptionis excuſari, aliàs eorum credita amit-
mittere, ea præcipuè ratione, quod illę hoc caſu prin-
56 cipaliter non citantur, ſed in conſequentiam, † quate-
nus putent ſibi intereſſe, hæc verò citato illos non ar-
ctat, ſed efficit reos voluntarios, vnde non poſſunt
fori declinatoriam opponere, vt eſt videre ex Maſtril-
lo *decif.* 79. & Caſtill. *decif.* per multos quos ipſi addu-
cunt Marius Muta ſuper *cap.* 511. *Regis Alphonſi num.
41. tomo* 5. Graſſ. *de effectib. cleric. effect. 1. num.* 475. Bo-
rell. in ſumma *titul. 7. nu. 80. lib. 1.* vnde videmus clericos
57 cogi ad concurſum † cum alijs creditoribus in dilatio-
ne concedenda debitori inopi, quam quinquennalem
vocant, vt præcitati patres admittunt, & Carroc. *de-
cif. 59. nu.* 70. Gratian. *diſcept.* 222. Apicell. *de dilation.
quinquen. tit. 1. num. 96. & 97.* & additio filij *num.* 201.
poſt Athoro *in verb. dilatio quinquennalis* Aniell. Amat.
conſ. 28. num. 17. & Paſchal. *de patr poteſtat. part. 2. capit.
9. numer.* 70. & in dies ſeruari videmus, ratio eſſe po-
teſt, quia non eſt rationi conſonum, vt propter vnum
clericum cogatur debitor coram duobus iudicibus li-
58 tigare, & cauſæ † continentiam diuidere ut uoluit
Bald. *in l. edicto num. 45. verſ. hic quæritur C. de edition.
diu. adr. tollend.* ubi quod nè iudicium diuidatur ſem-
per principalius forum eſt attendendum, principalius
autem dicitur ubi eſt maior pars rerum, uel actorum
ſecundum Bald. ibi, quem ſequitur Maranta, & poſt
eos Apicella Senior *d. n.* 97. Item quoties actus expe-
diri niſi per Iudicem laicum, tunc clericus etiam ci-
59 tandus eſt coram † eo, ut poſt multos Graſſ. *d. effect.
1. numer.* 478. at dilationis actus non poteſt expediri
per iudicem eccleſiaſticum, ſed per laicum, ergo, &c.
nec obſtat quod hæc dilatio non ſit cognita de iure

60 canonico, quia ſufficit, quod ius ciuile in hòc iuri †
canonico non contradicat, ad hoc, ut ex eo procedi
poſſit, ut probat Abbas conciuis noſter in *cap. Eccleſiæ
Sanctæ Mariæ de conſtit.* quem adhoc citat Apicella, ib.
num. 96. & in puncto, quod uendita re ad publicum
61 incantum præcedentibus bannimentis clerici † credi-
tores debeant comparere, uoluit Socc. *in cap.* ſi *num.
41. de foro competenti,* quem ſequitur Boſſ. *in tit. de pro-
clamat. nu. 23. fol. 304. in paruis.* ratio eſt prædicta, quòd
eccleſiaſticæ perſonę poſſunt citari per proclama, uel
per edictum, ut ſciant uenditionem faciendam uel alium
actum expediendum per iudicem laicum ad hoc ut
compareant tempore ſuo, aliàs eis denegetur audien-
tia, quia hoc fauore publico introductum eſt, nè im-
impediantur commercia ſecundum Molfeſ. infra ci-
tandum, quo caſu edicta ſæcularium ligant etiam cle-
62 ricos ſi non principaliter ſaltim † in conſequentiam
propter intereſſe, quod eis contingit dum res uendi-
datur emptori cum ſecuritate ne poſſit in iudicio cõ-
trouerſiam pati ut conſiderat Caſtr. *conſ. 44. in cauſa
egidij Iaſ. in l. teſtamenta omnia num. 4. C. de teſtam.* facit
Franciſcus Marcus *decif. 250. part. 1.* & Hieronym. de
Monte *quæſt. 20. in final.* ratio enim ſuadet, ut hi, qui
auctoritate publica emerunt, non debeant per credi-
tores inquietari, ſi pretium depoſuerint, & monitio
63 † præceſſerit, ut explicat Præſes Anton. Faber. *in C.
titul. 32. de bon. auctorit. iud. poſſid. definit. 4. num. 2. & de-
fin. 14. lib. 7. & lib. 8. titul. 16. de diſtract. pignor. defin.* 29.
etenim iuſtum eſt, ne emptor decipiatur aucto ritate
publica *l. 1. C. de his, qui ven. ætat. impetr.* quia hoc modo
nemo accederet ad publicas uenditiones, quod eſſet
ualde perniciosum, ut loquitur text. in *l. ait prætor. 7.
alias l. ſi ſine §. quæſitum* iuncta *l. ſi ex cauſa. 10. D. de
minor.* propter quas rationes in Senatu celeberrimo
Cataloniæ nõ audiuntur creditores moleſtare uolẽtes
emptores, tantummodo datur eis uia agendi contra
alios creditores, quibus fuit de pretio ſolutum ad
quem effectum traduntur pecunię ſub fid. iuſſione,
nè allegent conſumptionem, & ſic quod non detur a-
64 uocatio, † iuxta famigeratam deciſionem conſilij
Neapolitani apud Afil. *decif.* 190. quam quæſtionem
ſatis decenter dotauit eruditiſſimus Fontanella *clauſ.
5. gloſſ. 8. p. 7. & 8. qui in 33. vſque* 53. illam ad partes
examinat; an huiuſmodi emptor ſit tutus, & tandem
pro affirmatiua concludit, & refert Senatus deciſio-
nes *num. 48. cum tribus ſequentibus*, & licet alleget Pa-
cificum pro contraria opinione, tamen ſatis ſe decla-
rat nobiſcum tenere, dum ſupponit venditionem fieri
ad inſtantiam debitoris, ſcientis ſuos † creditores;
nàm tunc verum eſt dicere quod talibus bannimentis
non ligarentur, quia debeant nominatim citari, vt ait
Gabr. *titul. de action. concluſion.* 6. & deciſum tradit Fa-
ber citatus, & per quam latè Aſin. *de execut. §. 6. cap.
35. per tot. fol.* 151. ad differentiam creditorum incer-
torum, ſcientia enim malam fidem arguit, in terminis
Carpan. ad *ſtat. Mediolan. cap. 164. verſ. & eorum con-
tradiction.* Regens Conſtant. *in dicta leg. 1. num. 166. ad
finem C. pæn. fiſcal. cred. prefer.* & ita in caſu occurren-
ti diſtinguebam, dum agebatur ad inſtantiam Hoſpi-
tali Magni huius vrbis Panhormi contra Principem
Caſtri noui meum conſobrinum, vigore contractus
bullali facti per quondam Donnam Ioannam de Vi-
gintinalijs Comitiſſam Naſi ſuper dicto ſtatu contra

eum,

eum, inquam tamquam contra possessorem dicti sta-
tus subiugari, dicebam etenim Hospitale exclusum,
ex eo quod vna vice, quod statum prædictum Nasi
fuerat venditum auctoritate Proregis, ad instantiam
creditorum præcedentibus proclamatibus, quibus
moniti fuerāt omnes creditores interesse habentes, ad
hoc vt docerent de eorum iuribus, nullus pro hospita-
le comparuerat, quando fuerunt facta repartimenta
pecuniarum, clarum est, quod remanebat præiudi-
catum ad text. prædictum *in l. si eo tempore 6. vbi omnes C. de remiss. pignor.* & quamplures alij, quos doctè, &
eruditè cumulat per hæc scripta visus in puncto Don
Franciscus Antonius Costa Regius Consiliarius *cons.*
78 cuius laudes maximam videlicet in iure dicendo
integritatem in enucleando facilitatem animique vir-
tutes, & attributa, ideo taceo, quia nemini latent, &
quia impar mihi adhoc videor sicuti enim per expres-
sum consensum creditoris vt pignus vendatur censetur
66 remissa † hypotheca, per ea, quæ tradit Natta *cons.*
530. *&* 531. *numer.* 5. *&* 474. *num.* 29. Comens. *in leg.* 2. *& fin. C. de remiss. pignor.* ità per taciturnitatem, si
creditor sciens patiatur quod pignus distrahatur, &
terminus ad comparendum labatur Abb. *in cap. penult. num.* 30. *de sent. & re iudicata*. Montaner ad Oliban. *de act. lib.* 1. *par.* 2. *cap.* 29. *num.* 45. *in medio* Anton Faber.
in C. defin. 2. *tit. de remiss. pignor.* Alexand. Raudens. *de analog. quæst.* 33. *dub.* 9. *&* post Negusant. & alios Mol-
fes. *in consuetud. Neapol. part.* 8. *de consens. Mulier. quæst.* 3.
num. 11. *tom.* 2. vbi per integram quæstionem discurrē-
do ad terminos dicti textus concludere videtur, credi-
tores vocatos non solum non posse amplius agere cō-
tra emptorem sed neque contra concreditores, acce-
dit Asin. *de execut.* §. 6. *c.* 59. *fol.* 158. tacens enim in
hoc casu videtur sibi præiudicasse; etiam stante æqui-
tate iuris canonici, vt videtur post per Petr. Pecch.
ad dict. in regulam, qui tacet 43. *nu.* 6. *fol.* 461. per quam
apparet, quod non solum hæc lex aduersatur iuri ca-
nonico, sed etiam, quod ei congruit, quia si per di-
ctam regulam qui tacet excluditur tacens, magis de-
bet excludi ille qui est vocatus; dato ei decenti termi-
no ad comparendum, & iura sua deducendum; quod
sæpe potest esse ad bonum, quia comparendo vel pos-
67 set venditionem pignoris impedire † expresse dissen-
tiendo vt ait Anton. Faber. *in dicto tit. de remiss. pignor. defint.* 1. vel posset prælationi insistere, aut demum
de pecunia ex prætio perueniendo, participare, ideo,
si negligat comparere, & iura sua adducere non debet
hæc sua negligentia sibi prodesse, & emptori nocere,
qui credens nullum alium extare creditorem, tutus
ad emptionem accessit, remanere etenim deceptus sub
securo legis, si alio superueniente adstringeretur sol-
uere, & pretio publica auctione conuento aliquid su-
peraddere; maximè si taciturnitas duraret per plures
annos, vt erat in casu predicto, vbi tacuerat per annos
triginta quatuor, quo casu respectu tertij habetur,
68 exclusa omnis actio hypothecaria † super re vendita
etiam si ageretur de credito censuali, ex quo fructus
renascuntur, quando res bona fide ad tertium peruc-
nit; in posse cuius præscriptio fuit completa; vt ex
multis probat Pacific. *de Saluian. interdict. insp.* 2. *cap.* 2.
num. 272. Felician. *de censibus tom.* 1. *cap.* 4. *lib.* 3. *nu.* 12.
& tom. 2. *lib.* 3. *cap.* 4. *nu.* 18. Maceratens. *var. lib.* 2. *cap.*
5. *numer.* 2. & sæpius decisum in Rota testatur Cenc.
de cenc. part. 3. *cap.* 1. *quæst.* 8. *artic.* 2. *num.* 19. *vers. quamuis num. seq.* quidquid sit respectu principalis debitoris
seu eius hæredis.

Et licet hoc vltimum de præscriptione possit in du-
bium reuocari in Regno isto, in quo exceptio hæc præ-
scriptionis non ità passim amplectitur, quando non
est centenaria, vel immemorialis maximè in his iuri-
bus censualibus, & in prima iudicij executiui instan-
tia, vt videtur sentire Mastrill. *in addit. ad Gregorium quæst.* 9. *num.* 33. *& sequent.* qui non distinguit inter ter-
tium, & principalem attamen non desunt, qui teneāt
contrarium vti est. Ferdinand. Boniorn. *in suis Scholijs ad pragm. de censib. num.* 44. cui tamquam viro maioris
ponderis pluris deferimus in Regno, & quando non
sufficere ad excludendam actionem in terminis tertij
possessoris, in quibus loquitur Boniornus, & præcitati
patres, & decisiones Rotæ, sufficere saltim deberet
ad confirmandam dispositionem dictæ *l. si eo tempore.*
cum non solum hospitale tenuerit, tempore quo di-
strahebatur Comitatus Nasi, sed per triginta quatuor
annos post, nunquam comparuerit, nec censum pe-
tierit.

Et hæc de creditore excluso locum sibi vendicant,
non solum in plenario iudicio hypothecario, sed etiā
in prima instantia, quam nos vocamus, idest in iudi-
cio executiuo, vbi nulla exceptio admittitur, non ob-
stante quod agatur aduersus executionē petitam pro
69 censu bullali † vt decisum testatur Milan. *decis.* 1. *num.*
179. *lib.* 2. & Intrigl. qui se aliquantulum inuoluit su-
per bulla, & pragmatica de censibus *quæst.* 47. & no-
ster Costa ibi Ratio est, quia hæc est exceptio de an-
anterioritate causæ, & possessione quæ admittitur si
à tertio opponatur, vt omnes fatentur, & dixi supra
ex Conuers. ad Intrigliol. *quæst.* 51. Amat *resolut.* 31. nā
sublata de medio hypotheca anteriores percitationē,
del proclama, remanet emptor possessor ex causa
priori, ex qua potest repellere creditorem, postea ve-
nientem. Imo quod repellendus sit agens à limine
iudicij non obstante ritu, quem nulla solet impedire
exceptio substineo dum liber imprimitur in consimili
causa in Magna Curia, quia actio est perempta, & vi-
detur quodammodo cancellatus contractus, ad quod
firmandum vtor doctrinam Regentis Constantij *in d. l.* 1. *num.* 168. *C. pen. fisc. cred. præfer.* item quod dum
publicæ venditioni accedit authoritas principis cen-
setur derogasse Ritui prædicto qui minus fauorabilis
est.

Nec obstat replicatio, quæ posset fieri, quod non
sit iudicialis adiudicatio vtt requiritur vt possit exci-
pi contra executionem factam pro censu, quia suffi-
cit, quod res fuerit vendita auctore iudice iusto pretio
quantum licitanti vendi potuit, & si enim verum sit,
quod excipiens de possessione ex causa anteriori, ad-
uersus creditorem exigentem censum ad formam bul
læ constitutum, debet docere se possessorem ex causa
adiudicationis iudicialis, secundum Mastrill. ad Gre-
gorium *q.* 6. *n.* 93. *vers. prædictam*, & sufficiat, si obti-
nuerit eam per dationem in solutum à parte, vt ego
70 non semel obtinui, attamen hoc ideo constitutum †
est, quia per insolutum dationem extraiudicialem
præsumitur res vendita minus iusto pretio, vel saltim
non præsumitur, quod fuerit vendita iuxta verum rei
valorem, & propter hanc dubietatem non debet exe-

cutio

cutio retardari, sed quando res auctore iudice vendita sit licet non per viam iudicialis adiudicationis, tunc cessat hæc præsumptio, & possidens rectè exipit, & sua exceptio debet admitti, quod fortius procedebat in casu isto, vbi venditio fuerat facta pro sorte principali redditum, ex quibus interusurijs fuerat fundata, aulla Hospitalis, ex quo fiebat, vt sufficeret Comiti
71 † possessoris allegare parem causam, adhoc vt ratione possessionis vincere habet, vt affirmat Mastrill. *dicto loco vers. quæro si tertius* addo Petr. Pecch. *in regula qui prior num.* 5. *&* 14. quæ opinio magis arridet, & si contrarium referat decisum Amat. *dicta resol.* 31. *num.* 10. cui alias satisfacimus, pro modo satisfacit D. Placitus Costa vti frater honorandus *in scolijs ad consilium* 68. domini patris sui, cui nil addi posse putamus.

In vno tantum casu limitarem prædicta quando videlicet ageretur contra Ecclesiam, vel pium locum,
72 quæ tempore proclamatum vacasset rectore, † sicuti, dum hæc mendis purgarem pro impressione, obtinui pro clerico Don Francisco Holsman Beneficiali cuiusdam beneficij contra Marchionissam Iarratane de anno 1628. Mense Nouembris, & partes acquieuerunt.

Non obstat modo, quòd simus in Ecclesia, quæ non ligatur proclamatibus iudicis laici vel si ligatur competit ei restitutio, quia satis superque supra ostensum est, ipsam ligari in hoc casu, saltim admittendo exceptionem emptoris, sine ratione publicæ vtilitatis, siue nè diuideretur continentia causæ, & demum, quod verius existimo quia citata quatenus qua si per modum exceptionis, & in actu quod per iudicem laicum tantum expediri poterat, quo casu omnes fatentur fori declinatoriam non prodesse; Et ad terminos *dict. l. si eo tempore* certum est Ecclesiam, & Ecclesiasticas personas præiudicari bannimentis seu credis laicorum iudicum factis in venditionibus rerū
73 pro tuitione emptorum † ad hoc vt noncomparentes censeri debeant exclusi, vt voluit in puncto. Iannes Faber super dicta *l. si eo tempore*. Boer. *decis.* 141. Contar. *in l. diffamari in explicat. glossæ num.* 20. *fol.* 98. in paruis, & ratio esse potest, quia ad terminos dictæ legis non citatur clericus, vt iurisdictio aliqua in eum exerceatur, sed tantum, ut detur ei scientia, quod pignus venûdatur; sufficit enim, ut sciat pignus vendi, adhoc, ut cēseatur præiudicatus, nō à Iudice laico, sed à Iure, ut belle uoluit Abbas *in cap. penult. nu.* 36. *de sent. & re iud.* At quoties citatur clericus ad hoc, ut tantummodo
74 sciat potest per laicum † hoc fieri, ut pro constanti affirmat Surd. quem in contrarijs citauimus *dict. decis.* 26. *nu.* 16. per doctr. Bald. *in cap. si. num.* 5. *de fid. instrumentor.* & optimè Matt. Mar. Muta *in dicto capit.* 51. *Regis Alfonsi num.* 50. *tom.* 5. belle Felin. *in dicto cap. fin. n.* 6. qui ait, quòd quando hæc Citatio esset monitoria quatenus sibi putauerit interesse, benè ualeret; quod confirmat ex pluribus Muta *d. loco nu.* 41. & in clerico creditore, quicquid sit in possessore, allego terminātem *decisionem* Rotæ apud Seraph. 957 *nu.* 6. *&* 7. ubi admittit Rota citationem in personam Clerici creditoris, quando res sub hastatur, negat uerò quando esset possessor; uel hæres debitoris, quod, & ego Rotę distinctionem sequendo semper negabo, addatur A. *fin. de execut.* §. 6. *cap.* 49. *n.* 18. *fol.* 151. Extendenda

sunt prædicta ad casum, vbi huiusmodi clericus, vel Ecclesia non esset de creditoribus cognitis quos certū est, citra stilum huius Regni, personaliter, & nominatim citari debere, vt omnes firmant, maxime pacificus citatus per Fontanell. *d. claus.* 5. *gloss.* 8. *par.* 7. sed esset de incognitis, quos sufficit vocare per proclama, nam tunc etiam si esset casus, quod clericus comparendo, posset declinatoriam opponere, iuxtà doctrin. Farinat. *quæst.* 8. *n.* 91. attamen quia non comparuit, non potest ex post facto opponere de nullitate citationis; licet, vt dictum est, in casu de quo agimus, omnino teneatur comparere, quia actus erat expediēdus per Iudicem laicum, quæ postea saltem potest ei
75 denegare audientiam † in suis Tribunalibus, iuxtà practicam Castrensis *in cons.* 301. *incip. prædicta debita. col. prima in fi. vers. & posito; lib.* 1. quem sequitur Card. Tusch. *conclusion.* 239. *verbo, Citatio. num.* 9. *&* 10.

Sed an possit in casu prædicto refricare restitutionis in integrum quæstionem, iuxtà doctrina Milan. *decis.* 9. *nu.* 86. *lib.* 2. responderem affirmatiuè, vbi esset infrà tempora; etenim secundum veriorem opinionē
76 Ecclesiæ, currunt à die scientiæ † verè, vel præsumptæ, nec potest petere restitutionem restitutionis, nè procederetur in infinitum; vt sunt doctrinæ, vulgares, quas cumulat Stephanus Gratian. *disc. forens. cap.* 601. *num.* 28. *lib.* 4.

Demum allegabatur ex parte Sacri Hospitalis prædicti, quòd non poterat citari, neque quatenus sua putaret interesse, dum ex priuilegio Regis Rogerij †
77 habet etiam causas actiuas, ità vt etiàm agendo trahat ad forum suum, de quo mentionem facit Carol. de Graff. *de effect. Cleric. eff. p. n.* 118. *in fine.*

Sed respondebatur ex parte Comitis, quòd in casu suo agebatur de simplici scientia danda, quæ potuit dari etiàm per inferiorem ad literas rogatorias, quanto magis per ipsum Principem, qui est superior dicti Hospitalis in quantum à dictas causas quas habet ex priuilegio Rogerij, in qua habetur vti baro, in tantùm vt ab eis appelletur ad tribunalia Regis, quidquid sit in causis vbi conuenitur tanquàm Ecclesia, quia, tunc appellatur ad Tribunal Regiæ legationis seu Monarchiæ, vt vulgò dicitur sicuti à cæteris Tribunalib. Ecclesiasticis huius Regni.

Vnde redeundo ad præpositam declarationem, certum est, quòd vbi Principi aliquid statuere permittitur etiàm in tertij præiudicium, propter conmunē vtilitatem, quod extendatur etiàm ad clericos, & Ec-
78 clesiam, exempli gratia, vt possit sibi valere † de aliqua Ecclesia, vel campanilli tempore belli, uel possit explanare prædia, & domoa Clericorum, Surd. *conf.* 210. *num.* 31. Gallin. *de verbor signif. lib.* 10. *cap.* 28. *nu.* 18. dummodo, vt suprà dictum est, de interesse, in quo etiam uenit pretium, parti satisfiat, ex Surd. *de aliment. & alijs suprà citatis n.* 46.

Infertur subsequenter, stante conclusione prædicta principali, quam diximus suprà *num.* 38. *& sequentib.* quòd ex quo fidei obseruatio, & promissorum † est de
79 Iure naturali *l. p. D. de pact. l. naturales* 9. *de action. & obligat. l. sicuium* 95. §. *naturalis de solutio. l. cum amplius* 84. §. *si natura D. regul. iur.* fides enim, ut ait Tullius *p. &* 3. *offic.* fundamentum est iustitiæ, sinè qua humana communicatio subsistere non posset, neque Reges regnare.

regnare; non possit Princeps ex sua potestate quan-
tumcumq; absoluta, derogare † pactionibus subdi-
80 ditorum, maximè in contractum deductis, & sic iu-
ri ex eis orienti, vt post Molin.*de primogen.* firmat A-
zeued.*dict.libr.4.l.4. & 14.de las prouisiones. numer.2.*
& disertis verbis probat Anton. Faber in præcitata
definit.1.Cod.si contr.ius, & vtilit. Cum, vt ait ipse, iuri
quæsito, ex ea causa, quam Ius gentium induxerit,
veluti ex iusto, legitimoque contractu derogare ne-
queat; si nulla ratio vrgeat, nè ex plenitudine qui-
dem potestatis, citra iniuriam; sequitur Marc. Mātua
Dialog.12.lib.2. Lel.Zech. *de principe lib.1.cap.6.nu.13.*
perque cadit omnino doctrina Gratiani in *discep.854.*
dum firmat posse principem derogare donationi fa-
ctæ in contractu matrimonij sponsæ, ex causa prędi-
cta, non refragante interesse donatarij primi, & cete-
rorum, nec nō vxoris quia nullo iure id fundari potest,
vt irritetur donatio ex solo principis Iussu nulla existē
te causa publice vtilitatis, cū è cōtra infiniti affirment
contrarium, ità vt neque actiones ex contractibus o-
rientes tollere possit, nè quidem exceptione, vtputà
dispensando, quod debitum peti nequeat, vt probat A-
zeued.*loco cit.n.6.* neq; minuere, vel deteriores facere
de directo vti esset tollendo prioritatem hypothecæ,
81 † prout in pulchra causa disputari vidi inter certos
creditores Ioan.Groppo; cū enim Groppus foro cessis-
set, absconditis, vt moris est, per huiusmodi homines,
multis rebus pretiosis, fuit per principem concessum
aliquibus ex creditoribus, ad quorum notitiam de-
uenerat locus vbi celebantur, vt potuissent in præiu-
dicium anteriorum illa habere, etiam in satisfactio-
nem crediti posterioris, & minùs priuilegiati; vt potè
chirographarij, non solum quia ita ei placuit, sed quia
hæc mobilia ex industria Pallauicini videbantur penès
communem debitorem peruenta, quo casu etiam iure
communi inspecto preferendus veniebat, nisi missio
super eis esset facta per alios ex textu *in l.3.D. ad leg.
falcid. & l.ait prætor 10.§.si debitor.D.quæ in fraud.cred.*
per quæ conceditur prælatio creditori, ex cuius sump-
tibus, & labore debitor manumittitur, vt decisum te-
statur Amat.Neapolit.*cons.49.n.16.* post Apont *decis.
28.* & Luc.de Penn.*in l.prædia dom.num.14.C. de locat.
præd.Ciuil.* quodquidem descendit ex eadēmet ratione
decidendi, quę mouit I.C.*in l.interd.D.qui pot.impig.* ad
pręferendos creditores quorum opera pignus melio-
ris conditionis est effectum, eis qui tempore præuale-
bant de quo late discurrit Franc.*decis.97. & decis.506*
cui mille concordantes adiungit Amat. noster *resol.3.*
dicebatur per alios creditores, non licuisse principi
citrà iniuriam facere anteriores illos, qui sunt poste-
riores, in præiudicium anteriorum, quia ex hoc aufer-
retur, & diminueretur Ius oriens ex contractu; & sic
naturali Iuri derogaretur, quidquid esset, si de tacita
legali auferenda ageretur. Ad quod propositū adduci
poterat Text. punctualis iudicio meo *in l.antiochens.21
D.de priui.Cred.* vbi concluditur, non potuisse Principē
cōcedere Ciuitati Antiochiæ, vt præferretur pro suis
creditis anterioribus creditorib. sicuti clarè deducūt Al-
beric. & Angel.ibi, & regulare est, vt ait Cou.*lib.3.var.
c.6.n.9.* non posse per Principem derogari legibus fa-
cientibus in fauorem tertij, licèt secundum Angel.ibi,
& Apostillam ad eum possit condere legem generalē,
per quam postea tertio præiudicarētur conducit ad
idem doctrina Iasonis *in l.Barbarius n.44.de offic.Pręsid.*
quem ad hoc adducit Azeued.*in d.l.4. numer.15.lib.4.
tit.14.* quæ in tantū procedunt, in quantum ambigitur
possit nè mandare, quod esset expressè excussio re-
missa. Et sic quòd non agatur contra tertium possesso
rem, dū potest sibi esse cautū cōtra bona debitoris, vel
quod exigat ratā ab omnib. iuxta ea, quo tradit Fontan.
de pact.cl.au.4.glos.18.p.2.n.87. Et licèt ipse dicat, quod si
casus occurreret, non dubitaret de validitate dispensa-
tionis pp æquitatē, quæ concurrit, tamē ego nūquā ta
le Principi consulerem in publica vtilitas concurreret.
Sed cōtrà prædicta post hæc scripta inueni, tenere
D.Regētē Carol.de Tappia *in decis.suprem.Ital.consil.
19.* vbi firmat, posse principem præferre creditorem
posteriorem anteriori. Mouetur ex eo quod si licitum
est hoc facere legi inanimatæ, magis licere debet Prin-
cipi, qui est lex animata, allegat pro se punctualem, vt
ait, doctrinam Lucæ de pęna *in d.leg.prædia.C.de locat.
præd.Ciuil.libr.11.vers.vigesimo*, cui post responderi,
quod ipse loquitur in donationibus factis à principe,
vt possit præferre secundum primo, ex causa publicæ
vtilitatis quod quantum distet à casu nostro, nemo
est qui non videat; cum satis differant inter se mate-
ria beneficiorum concessorum à principe cum mate-
ria contractuum initorum intèr tertios: quibus prin-
ceps non potest derogare. Itèm ipse hoc admittit in
casu vbi Reipublicæ expediat: iuxtà quam rationem
crediderim fuisse resolutionem captam in dicta causa,
ex qua nemo, nisi ex modica temporis dilatione præ-
iudicabatur, iuxta ea, quæ statim dicemus, & nos etiā
firmauimus in *Ora.* 2x. per totam, maximè in secundo
fundamento.
Ex eadem ratione non sunt paruipendendæ transa-
ctiones intèr partes initæ, quibus non ità de facili
83 Princeps † dispensare deber, lites peremptas suscitare
permittendo, ex quibus multa solent oriri scandala,
vt latè probat Stephan. Gratianus *discept.721. num.
35. & sequens.* vbi habes multos allegatos, de quibus
vidimus latè disputari in casu feudorum Laliæ inter
Ducem Melismerij, & Marchionem Sanctæ Crucis
Siculum; ad eum igitùr recurras, nàm ideò subsisto,
nè alicui ex eis molestus esse videar, & si ex prædictis,
& infrà dicendis apertè colligere poteris quid in di-
cta causa sentiendum sit, quam nuper vidimus ter-
minatum ad fauorem marchionis pro transactione.
Diximus de directo; nàm per indirectum liceret
Principi in modico, & ad tempus iuris tertij ex cōtra-
ctu descendente præiudicare, vt puta concedendo di-
84 lationem ex iusta causa, † fideiussione de medio in-
terueniente; per quam creditores tuti reddantur; a-
liàs enim teneretur in conscientia ad resarcitionem
damni, si fortè ex tempore inhabiles efficerentur qui
deberent, vel foro cederent, vt discurrit Anton. Faber
in Codic.de precibus Imperator.offerend.definit. 1. & 17.
& in hoc sentio cum prædicto Carolo de Tappia
in dicta *decis.19.* quia non agitur de magno præiudi-
cio.
Deberent verò denegari huiusmodi moratoriæ il-
85 lis personis, qui foro cessissent, † quorum propriū est
fidem fallere ex proposito, sub spe moratoriæ obtinē-
dæ; ad hoc, vt tertiti creditores, minuāt eorum credi-
ta, remittendo partē; quia ex hoc cū iactura aliena lo-
cupletarentur; cū huiusmodi enim hominibus, rigidè

H agen-

agendum est non solum denegando dilationes, & guidatica, sed etiam eos sæuiter puniendo quis enim dubitat, quod remissè se gerendo cum hominibus istis, aperitur via alijs admittendi similes fraudes cum magna iactura reipublicæ, vt in dies experimur, q̃ per defectum fidei obseruationis, ob tot fallimenta occursa multis ab hinc annis, negotia conquieuere, & mercatores neque cum laterna Diogenis inueniatur. Vndè magna incommoda orta sunt singulis vti singulis, & vti vniuersis, & per maxima publicis rebus, & Patrimonio Regis nostri, Ex quibus rationibus Princeps Emanuel Philibertus pientissimus, vigilantissi-
86 musq; Prorex † huius Regni, felicis recordationis, cuius memoriam nulla temporis iniuria afficere poterit, edicto cauere decreuit, vt contrà huiusmodi homines rigidè agereturinè iterũ ad mercaturę exercitium admitti potuissent, aliaq; digna tanto Principe, quæ haud dubium magna euitassent incommoda, si proh dolor morte præuentus, tam sancta instituta ad finem producere potuisset.

Ad quod propositum memoriæ comendandum est illud dictum Baldi *in l.fi.col.1.D.qui bon.ceder.poss.* dicètis, quod grauissima lex illa æris confessi, in odiũ debi-
87 toris fidem fallentis inducta, deberet contrà tales † mercatores obseruari, qua lege cauebatur, quod si sexaginta dies statutę debitori ad soluendum laberentur, & nemo compareret qui soluendo vellet debitorem redimere, traderetur creditoribus dilaniandus; cuius rei restantur etiam Narr.*consil.361.num.7.* Xuares *in tit.delos Gouiernos in princip. num.21.* Petr.pecch. *de iure sistendi cap.2.nu.3.* Baeza *de debitore inope cap.1. num.57.* Couar.*lib.2.var.resol.c.primo.* Marchesan.*de commissionib.parte prima tit.de dilation.morator.cap.primo,* Budeus *in repetit.l.qui fundum part. prima fol.571. vers.additorum.* Azor.*Instit.moral.parte 2.libr.2. capit. 32.fol.mihi 133.* Alex. ab Alexandro *lib.6.genialium, cap.10.vers. quod in confessum fol.895. vbi additio* Cónanus *lib.4.commentariorum Iuris cap.14.num.8.& 9. fol.427.* Illustr.Cardin.Baron.*to.1.annal.ann.Christ.33. fol.134.* inde debitores ex delicto dilatione priuandos dixit Carol.de Tap.*decis.21.Sacr.Conf.Neap.* post alios quos allegat.

Quare, & si dilationum concessio inter ea quæ modici præiudicij sunt, à multis connumeretur attamẽ non itam passim relaxandæ sunt, quin multa consideranda veniat, quæ Principis animum remouere possunt; quę tradit videndus Faber. *d.tit.de prec.Imp. offer. defi.10.* Grass. *excep.cap.32.per tot.*

Cæterum quo dictum est de Iure tertij, ex contractu descendentis non derogandi, extendit Azeued. *in d.l.4.tit.14.de las prouisiones lib.4.* non solùm ad Ius in
88 re consistens, seu etiam ad Ius in spe † Et ratio est, quia spes ex contractu descedens, habet quid certitudinis, ità vt pertinere ad nos rectè dici possit, vt ait Sompomius *in leg.verbum illud.181.in fin.D.de verb.signif.ibi pertinere ad nos etiam ea dicimus, quæ in nulla eorum causa sunt, sed esse possunt.* facit optima glossa *ibi*
89 *in verbo possunt.* explificans in spe † ex cõtractu oriète indè colligunt DD. quod appellatione pertinentiarum veniant futura, etiam habentia originem de futuro, tàm in donationibus, dontationibus aliisque translationibus inter viuos, quàm in vltimis voluntatibus. Saris *conf.58.numer.44.vol.3.* Decian.*conf.123. num.28.vol.3.* ad quod propositum scio ex facto dubitatum an mulier, quæ dotauerat viro suo omnia, & singula Iura, & pertinentia, ei pertinentia ex quolibet titulo, & causa de præterito, præsenti, & futuro, quæ ei competerent, & competere possent, censeri debuisset dotasse successiones futuras, adeo quòd prò peruentis ex huiusmodi successionibus, soluto per mortem viri matrimonio, potuisset agere tamquàm pro dotè contrà bona fideicommisso subiecta. Contrà mulierem faciebat regula illa, quod in generali renunciatione facta, etiam de Iure de futuro non intercludatur Ius futurum, quod non trahit causam de præ
90 terito, nec de præsenti, † sed superuenit ex noua causa, sicuti est successio, nã m nèc re, nec spe competit, iuxta Doctrinam Bartoli *in l.1.vbi Ias.nu.17.* Succard.*num.159.* Ripa *nu.26.C.de pact.* Surd.*conf.308.n. 30.& 418.nu.10.* mille per Molfes. *ad Consued.Neapol. quæst.6. num.33.& 34.* vbi loquitur de renunciatione hæreditatis deferendę; Ea præcipuè ratione, quia hæreditas viuentis nec translatiuè, nec extinctiuè renunciari potest; tam quia est Ius de futuro, quam quia, ad hoc vt valeat, debet hæreditas in eo statu esse, vt adiri possit, *l. is qui heres 13.D. de acquir.hæred.* ideòque si fortè antequàm sibi hæreditas deferatur quis repudiet vel renũciet, nil agere dicitur nesi casus succedendi eueniat, succedere prohibetur *leg.is pot. vbi Imol.D.eodem titul.* Surd.*conf.398.num.12.* qui alios allegat.

Contra tamen respondi, & obtinui, nàm supposito quod Iurium appellatione, veniat propriè successio,
91 † quæ aliud non est, nisi Ius succedendi, sicut, & hæreditas *l.1.§.1.D.de rer.diuis.Institut.de reb.corporal.& incorporal.in princ.ibi Incorporales autem sunt quæ tangi non possunt qualia sunt ea,quæ in iure consistunt sicut hæreditas.&c. l.nil.aliud 24.D.de verbor.signif.* Brillon. *d.tit. in verbo Ius,* & comprobat Rimin. Iun. *in figuratione casus conf.351.* sequitur, quod sub dicta formula donationis intelligi debeant comprehensæ successiones, futuræ; etenim, & si futura hæreditas simpliciter per pollicitationem renunciari non possit; nec repudiari attamèn si pactum interueniat, continens vtriusquè
92 consensum, & verba in futurum dirigantur, † veniunt vtriquè hæreditates, & successiones, quia obligatur renuncians ad nõ petendum, etiam in futurum, Bart.*in leg.1.vbi* Decius *num. 26.C.de pactis,* Anna Iunior.*conf.45.d nũm.28.* Roland.*de lucr.dot.quæstion.39.* Matheus Brunus *de cession.bonor.quæst. 21.* Surd. *conf. 398.num.2.& 3.cum seq.& num.23.* Decius *conf.31.n. 5.* Boer.*decis.147.n.1 2.& 13.* Caroc.*cas.62.n.26.* Mascar.*conclus.1264.nu.10.vers.declaranda.* Menoch.*conf. 335.num.19.cum pluribus sequent.Et conf.401.nu.119.* Rimínal.Iun.*d.consil.351.* & in donatione Iurium loquens Curt.Iun.*conf.119.nu.15.* ex nostris Luna *inter consilia diuers. siculor. consil.45. num.21.* & nos infra *in discursu tertio particula vltima huius primę tractationis* & maximè dum adsunt iuramentum, vt multi ex præcitat is patribus considerant, maximè Caroc *d cas.62. num. 24.* vbi alios citat. Item stantibus verbis vniuersalibus ibi, Omnia, & singula Rimioal. Iun. *dicto consil.351.numer.64.* nec in casu prædicto desiderabatur
93 consensus illius, de cuius hæreditate agebatur, † quia fuerat præsens, quando dotatio de Iuribus facta fuit, quo casu hæreditas viuentis, etiàm expresso nomine ipsius,

ipsius, in pactum deduci potest, vt considerat Surd.
d.*cons*.494.& post mille Franc.Molin.de *rit.nuptiar.lib.*
3.*cap*.79.*n*.12.& 14.& *cap*.83.*n*.8.14.& 17.licèt quã-
do defecisset in casu prædicto præsentia, non ex hoc
fuisset vitiata dotatio; quia renunciatio Iurium fuit
facta in genere; nota autèm est conclusio, quòd re-
nunciatio, vel pactum de hæreditate viuẽtis valet, quo-
tiès agatur de successione plurium in genere, vt fuit de
cisum in Rota Romana, seu Tiburtina *Castrorum de*
Melchiori decimo Decembris 1618. per doctr. Saliceti *in*
l.fi.n.10.*C.de pact*.vbi Fulgol.& Iacobin.*num*.40.Curt.
Iun.*n*.26.Cagn.*n*.45.Cap.*decis*.159.*n*.10.Laderch.*cõs*.
133.*n*.6.cũ alijs per Grat.*disc*.692.*a n*.45.*fol*.221.*to*.
4.vbi extendit mirè conclusionẽ Franch.*decis*.89. Lu-
na *inter consilia diuersor. siculor.cons*.45.*n*.22. vbi duas
alias limitationes refert, & nos loco præcitato.

Quibus stantibus, non curabam de contrarijs, ete-
nim, & si doctrina illa Bartholi communiter sit recep
ta; attamèn non procedit, vt ipsemet fatetur, quan-
94 do renunciatio est facta ex causa de futuro † prout e-
rat in casu, de quo quærebatur, vt aduertit Menoch.*d.*
cons.339.*n*.39. post alios, quos allegat, & loquuntur
omnes præcitatis patres, non solum vero vbi adest ex-
pressio futurorum, sed etiàm si adsint verbe æquipol-
lentia, vt in casu multum simili casui nostro consuluit
Mandell. *cons*.11.*num*. 17. quem post hos omnes vidi,
& profecit multum pro decisione causæ prædictę. Nec
facit quòd hæreditas futura nec re, nec spe comperat
quia hoc non obstantæ, venit inter futura, & ex die
delatæ hereditatis ex nunc prò tunc censentur donata
95 bona hæreditaria, ac si renuncians, vel donans † a-
dijsset, & donatario restituisset, occultando vnum a-
ctum, vt colligitur ex mente Capicij in dicta *decis*.159
nu.14. & Doctorum per eum allegatorum, & sequi vi-
detur Riminald. Iunior. *dict.cons*.351 *n*.28. & Surdus
cons.398.*n*.34.Crauet.*cons*.288. Surdus in specie *decis.*
14.*numer*.2.& 3.& denostris in puncto Petr.de Luna
inter consiliadiuersor.siculor.consil.45. *numer*.29.& 30.
fol.357.Qui ex ea ratione mouentur, quod huiusmo-
di pacta tacitam habeant conditionem si hæreditas
deferatur, vt aiunt prędicti, & vltra eos Becc.*consil*.74.
numer.24.

Item Doctores prædicti in contrarium adducti, om-
nes loquuntur in terminis renunciationum, quæ sunt
odiosæ, & vti tales restringendæ, & ideò interpretan-
dæ vt minus noceant renuncianti, in puncto Menoch.
dicto consil.335.*numer*.9.& *consil*.749.Surd.*consil*.431.
numer 32.& *consil*.445.*numer*.56. Molfes.*dicto titul.de*
renunciationibus quæst.6.*numer*.35. At nos loquimur in
96 dotatione quæ actus fauorabiliter † ad tradita per
Bart.*in quæst*.6.& Grat.*discep*.692.*à numer*.6. *vsque*
12.*tom*.4.ideoq; magna est inter vtrumque casum dif-
ferentia vt punctualiter considerat Riminal.Iun. *dicto*
consil. 351.*numer*.98.& 99.qui loquitur in dispositio-
ne statuti, quæ est minus fauorabilis dote.

Demùm licèt intestati vel testati successio † non
possit propriè spes dici; attamèn quandò sumus in suc
cessione ascendentium, impropriè dici potest spe no-
bis spectare, vt post Riminald. Sen. probat pulchrè
Iunior dicto *consil*.351.*à numer*.34.quidquid sit in suc-
cessione descendentium, de qua non datur spes pro-
babilis, vt est videre per Osasch. *decis*. 94. *numer*.30.
Et iuxta hoc fuit in dicta causa decisum, dum hæc sta-
ret sub prælo D. Marchionissa Luccæ.

Meritò ergo redeũdo ad propositum, cum iura ista
habeant quid certitudinis; non possunt Principem

Hoc verò quod traditum est de contractibus, eo-
rumquè iuribus per Principem nõ derogandis, meritò
extenditur etiam ad contractus gestos cum eodem-
met Principe; Etenim nil refragante plenitudine pote-
statis, quam in eo agnouimus non poterit pactionibus
cum subdito initis contrauenire † *l.digna vox*.vbi Bald.
& Ceteri DD.*Cod. de legib.de contractu* 3.*C. de rescind.*
vendit.l.Cæssar.vbi Bald.*D.publican*.Suares *allegat*.9.&
10.Alciat.*regul*.3 *præsumpt*.8.*numer*.6.Festasius *de asli-*
mis, & *collectis par*.4.*capit* 4.*num*.43. Ayala *de Iure*
belli lib.1.*capit*.7.*numer*.8.Gallina *de verbor. significat.*
lib.10.*cap*.29.*num*.10.Corrad.*in templo omn.Iudic.libr.*
1.*capit*.1.§.3.*vers.Quattuo infertur*.Nauar.*de redit. Ec-*
clesiast.quæstion 1.*monit*.20.*num*.5.Peregrin *de Iur. fisci*
lib.6.*tit*.1.*n*.8.Cabedo *decis*.75.*p*.2.Calist.*de lege regia*,
§.30.*numer*.35.post multos quos allegat, quibus addi
potest Tiraq. *de primog.quæst*.35.*num*.23. Gomez *in l.*
43.*tauri n*.189.*col*.3.& *tom*.2.*var.capit*.1.*col*.2.Padill.
in l.interpositas num.37.*C. de transactionib*. Gamma *de-*
cis.135.*num*.5.Burgos de Pace *cons*.25.*numer*.52.Peres
in l.prima gloss 2.*titul.fin.lib*.4.*ordination*. Axeued. *in l.*
prima numer.12.*tit*.2.*libr*.4. & *in l*.3.*nu*.6.*tit*.10.*lib*.5.
ubi Mattiens. *num*.5. *in noua recopil*.Flamin.*de resigna-*
tion.beneficior.lib.2.*quæst*.1.*n*.16.& *quæst*.18.*nu*.8.An-
ton.Oliban. vir satis doctus, & fundatus in *vsatico aliũ*
namque de iure fisci capit. 3. *numer*. 12. Sesse *decis*.187.
Caldas Pereira.*de resolut.emphyteus.cap*.2.*n*.18. & 19.
Cened.*Collectan*.167.Gonzal. *ad regul. Cancellar. gloss.*
28.*numer*.19.& est pulchra decisio Supremi Consilij
Italię apud Regentem de Tappia.*decis*.5.*n*. 34. *con se-*
quent.Et Italis vltra prędictos Afflit. *decis*.282.& 361
Grammat.*consil*.100.& *decision*.65.*nu*.26.Clarus *in* §.
feudum q.59.Menoch.*præsump*.10.*num*.49.*lib*.2.Becc.
cons.56.*n*.8.Pedoc.*cons*.1.*nu*.201.Rodolphin.*de potest.*
Princip.c.6.*n*.161.idem Carol.de Tappia *in l.fin.p*.2.*n.*
2.*de constitution.principum* Roland.*cons*.13.*num*.45.*lib.*
3. Pręses de Franch. *decis*.17.*num*. 6. Octauius Glori-
tius *in cap*.1.*de probation*.& *respons*.1.*part*.2.*nu*. 75.&
sequentib. Anton.Faber.*in C.tit.de reiudicat. definit*. 12.
Alex.Galuan.*cons*.20.*numer*.10. Stephan.Gratian. *di-*
scep.891.*nu*.9.*tom*.5.Ioseph. Roman.*cons*.37.*nu*. 257.
Et nos in responso pro Ciuitate Iacis contra eius Ca-
salia; Ciuis dicti nulla alia ratio assignatur, quàm illa
per nos supra tradita, videlicet, Principem non habe-
re sub se contractus, ex quo tamquam, ea quæ sunt de
Iure gentium, principali potestati non subsunt: Sur-
dus. *decis*.43.*n*.12.Gonzales *d.gloss*.28.*n*.13. Ideòquè
Princeps ipse naturaliter, & ciuiliter obligatur ex cõ-
tractu cum subdito celebrato, secundum opinionem,
quàm tenet Pater Molin.*disp*.261.*n.vlt*.adeo & talitèr
quod in materia contractuum nil differat à priuatis,
licèt in reliquis magna adsit differentia inter princi-
pale culmen, & priuatam fortunam. Surd.*decis*.1. *in*
princip.Carol.de Tapp. *in d.l.fi.loc.citato*.Gloritius ibi-
dem *n*.76.& multi ex præcitati Patribus idem Domi-
nus Tapia *in decisio* 10. *numer*.21. *Sacr. Consil. Napol.*
Nec quod Decius teneat, naturalitèr tàntùm obligari
ille, inquam *in c.primo num*.7.*de probatio*.prædicta tol-
lit; quia dato sit verum, in ea acceptione, vt cogi
non possit ad obseruationem promissorum, quianemi-

ni subest; tamèn inquantum ad quod teneatur ad eorum obseruationem,& tenaciter obligetur,nil differtà priuatis;vndè etiā huiusmodi obligationem actionem producere dicimus, vt agnoscit vnà cum suis Collegis in supremo Italiæ Carol. de Tappia *dicta decis.5. num. 38. vers.& licet fuerit.* ad differentiam propriè naturalis obligationis , quæ actionem non producit , nisi tantum exceptionem;quæ impedit soluti repetitionē: vt effuso sermone diximus *in discursu secundo primæ tractat.particul.prima num.13.* vbi etiàm firmauimus abusiuè obligationem dici.

Ex predictis oritur conclusio quàm securè firmant
99 Doctores, dum dicunt, Principis conuentiones, † & iudicia bonæ fidei,esse *Ias.in l.ciuitas n.8.D.si cert.petat.* Cotta *in memorialibus vers.contract.* Dec. & Beto *num. 152. in dicto cap.primo de proba.* Boer.*decis. 265.* cum mille per Stephan. Gratian. *dicta discept.891.numer.11. lib.5.* Ex bono enim, & æquo æstimari debent ; siquidem, vt ait Bald.in *l.princeps D.de legib.* quem magnificat Calist.*dicto §.30.num.35.* nisi inter Principem & priuatum æqualitas in contractibus seruaretur,non inueniretur , qui cum eo contrahere vellet, & efficeretur exul, qui omnium est præsol addimus Anton. Faber,*in Cod.libr.3.tit.22. defint.11.num.3.in allegatis*, vnde colligit textum *in l.quoties 15. de reiudicat.* non posse practicari in venditionibus factis à principe ,
100 quia in ea primus † emptor præfertur, siue res fuerit alteri tradita , sine non vt post alios adduxi in meo responso pro Capitan.Ioseph Speradeo, contra illum de Priaruggia, super officio Custodis portis huius Vrbis Panormi.

Experientia verò docet , prædicta magis proficua esse respectu ipsius Principis , quàm priuatorum , qui cum eo contrahunt etenim ex pactorum violatione, & non obseruatione videmus multa resultare incommoda reipublicæ,& experiuntur ijdemmet Principes, dum propter fidem non seruatam creditoribus , & alijs , qui cum eis contrahunt , non ità de facili inueniunt, qui pecunias eis credant . Et si forte aliqui adsunt, non est finè magno ipsorum incōmodo propter vsurarum grauitatem;cum iam nemo velit ad censum dare ob impossibilitatem exactionis ; & repetitionis , & præsertim in Regno isto post nouissimam Pragmaticam editam super reformatione censuum etiàm præteritorum,ad rationem de quinque proc entum.

Namquè quod à principio fuit inuentum prò leuamine ęrarij Regis exhausti, Baronumq; & vniuersitatum vtilitate , exitu rei fuit repertum fragile , imò damnosum præsidium, dum neminem inuenientes, qui pecuniam suam credat ad censum , necesse est vt capiant ad cambia ; quæ ad minus sempèr important interesse ad summam de quatuordecim prò centum; Et tamèn census frequenter constituebantur ad rationem de septem , qood benè fuisse præuisum, mihi
101 relatum fuit , † ab vno ex duom viris qui in Consilio Italiæ degunt, pro Regno hoc Siciliæ , qui ex hoc non assensit consilio , imò omnem operam adhibuit, vt effectu careret . Iste est, secundum fama retulit, Illustriss. D. Præses Corsetus nunc in Tribunali Regij Patrimonij Præses, vir omnem laudem superans.

Vndè non parum de Supremo principe meritus est ille, qui rei dominicę præpositus, curaret eum manutenere in bona opinione in hac commercij materia quod non ex alio obtinere posset , quam implendo promissis eius nomine ; nec deberet ; distinguere inter obligationes contractas per antecessores in officio,& inter contractas per præsentes, qui essent principalis ærarij administratores ; quia ad vtrumq; respicere deberet , sicut princeps ipse factum,& contractū
102 sui prędecessoris infringere † non potest , nec aliter ab eo recedere, siuè per electionem , siuè per successionem assumptus fuerit ad Regnum Padill.ad *l.interpositas, num.37.de transaction.* Pedamont. *decis.139. num.11.* Peregr. *loco citat.n.45.* Mamm.*decis.335.nu.5.* Menchiach.*illustr.contr.cap.26.nu.16.* Suarez *de legib. lib.3.cap.35.num.13.* Cabed.*decis.75.n.1.p.2.* quia principis contractus vim legis habet , ad cuius obseruantiam omnes perpetuò tenentur, sicut lex ipsa perpetuò durat, Surd.*decis.2.num.4.* Menchiac.*d.c.3.num.5.* Card.Tuschus *litt.P.conclus.693* Card.Mantic. *de tac. & ambig.lib.3.tit.10.num.46.* Barbos.*in cap.primo nu.7. de constitution.*

Nec prædicta, & infra dicenda minuunt in aliquo supremi Principis potestatem ; quia,si, vt supra diximus, non dedignari debet , se illud non posse , quod Deus non potest , ità hoc casu contentus esse debet se ligari promissis , & pactionibus , quandoquidem Deus ipse vult eis ligari , vt docet Magister sententiarum, relatus per Bald. *in l.1.D. de pact.* qui ait, Deum omnipotentem promissione obligari ; sequitur Dec. *in capit.relatum de prebend.& cons.286.num. 6.& consil.689.num.7.& in l.si debitori num.14. D.si cert. petat.* Crauett.*cons.241.num.12. vers. solum promissio* Foller. *in praxi censuali , verbo, & submissionis num. 4.* Ferret. *cons.32.num.21.vol.1.*Peregrin. *de Iur.fisc.lib.6.tit.1.n.9.* Rodolphinus *de potest.Princip.cap.6.num.180.* Octauius Gloritius *dict.respons.primo part.2.num. 78.* Scsse *decis. 79.nu.12. & 42.tom.primo* cum multis quos adduxi in prædicto responso pro vniuersitate Acis Aquileiæ , contrà eius Casalia , quæ cartam separationis obtinuere, vbi latè ostendo, non potuisse hoc facere , ob-
103 stante concessione Iurisdictionis in dominium † *ad Consilia* Cafanat.43.Ioseph Roman.24. Sess. *dicta decis.79.& decis.182.* secundum quæ obtinui , dum hæc corrigerem .

Includuntur sub istis regulis priuilegia concessa propter seruitia , vel mediante pretio ; quia hæc sortiuntur naturam contractus , & efficiuntur irreuoca-
104 bilia, † non obstante quacumque pleni tudine potestatis Bald.in *l.qui se patris num.14.C.vnde liberi* Felin. *in cap.nouit.nu.8.post med.de Iudicijs.* Ruin.*cons.29.n.4. vol.primo* Natt.*cons.268.numer.5.* Afflict. *decis.128.n. 10.& in Constitut.ea quæ ad decus. numer.28.* Crauett. *cons.869.num.7.& cons.963.num.26.* Peregrin.*libr.3. tit.3.n.28.de iure fisci.* Olasch.*decis.139.nu.23.* Petra *de potest.Princ.in 2.dub.princip.numer.84.fol.176.* Cephal. *cons.549.n.86.post alios vol.4.* Rodolphi.*dicto loco.nu. 163.* Capic.*decis.21.nu.15.* Grammat. *decis.86.num.5. & volo 28.num.13.* Marta *de iurisdit.cap.33.num.104.* Rebuff.*cons.146.* Bellug.*in specul.rubric.51.numer.27.&* ibi Camillus Borellus *verbo, Irreuocabilis.* Roman. Dec.Gozadinus, & alij relati a Carol. Tappia *in l.fin. p.2.cap.9. in princip.de constitutio Princip.* Trois *ad tit. Neapol.Rit.46.num.6.* Sistin. *de regal. lib.1. cap. 6.n.6.* Cancer.*variar. resolutio lib.3. capit.2.num. 53.* Glorit. *dicto respons.primo parte 2.nu.81. & respons.6.n.69.* vbi alle-

allegat Peregrin.*con.7.num.1.vol.3.* Castill.*de l.reg.d.§.30.ante num.43.lit.T.* Mastril.*decis.263.numer.9.& decis.241.num.26.* Borell. *de præstant.Reg.Catholic.cap.53.num.6.* Caualcan. *de brach.reg. parte 6.numer.*405. Paschal.*de patr. potestat. parte prima cap.1. num.*4. Mastrill.*de magistrat.lib.3.cap.4.num.*318. Post Tiraquel. Pinell.& alios, Regēs de Tapp.*decis.5.num.34.* Casanat.in allegationibus prò Vrbe Messanæ nobilissima *numer.*18.& ante eum Ioan. Baptista Cassellius Reg. Consil.meritissimus qui in eadem causa ad fauorem patriæ satis doctè scripsit nu.... Mandos.*reg.13.cancellar.in fin.* Ferd. Loaze *in respons. super oppido de Mula p. dub.3. fundatur pro Marchione num.2.vsque* 25. Regens Tapp. *in decis.*23.*numer.*103.104.*&* 105.in causa dictæ Vrbis Messanensis edita, Aloys. Ricc. *collectan.*862. Marta de claus. *parte prima claus.* 195. *numer.* 9. Suarez *de legibus libr.8.cap.37.num.4.&* 10. Gomez *in l.40.tauri numer.* 89. D.Augustin.Barbos. *in d.capit.1.n.9.de constitut.* & post Marquil. *in vsatico,quoniam per iniquā vers.quæ secundum Iacob.fol.*178.*col.*1. Vallesica *ibi nu.*4.Fontanel.*de pact.nupt.claus.4.glos.1.n.36.& num.90.&* 91. vbi docet quæ sint priuilegia, & per quæ media transeunt vim contractus. Regens Fuluius de Costantio *in Cod.lib.10. tit.pœnis fiscal.cred.præferri l.prima num.*93. Gonzal.*ad regul.Cancell. gloss.*28. *num.*22. post Mohed.*decis.6.num.2.de priuileg.* Anton. Gabr.*de Iure quæsito non tollendo.conclus.*5. *num.*5. Rebuff.*in ead.regula gloss.6.num.*16. Azebed. *in l.3.tit.*10. *nu.*11.*lib.2.recopilat.* Aponte de potestat.Peregr.*tit.*3. §.1. *numer.3.&* 23. vbi de concessione Iurisdictionis mediante pecunia, D.Stefan.Gratian.*discept.* 891.*numer.*33.*lib.*5. Marius Giurba mille more suo adducēs *cons.69.num.*15.16.*&* 17.& de priuilegio Immonitatis à gabellis multos commemorat Glorit. *dicto resp. primo part.* 2. *num.37.in fin.* Bardellon.*cons.22.nu.* 19. Ofasc.*consil.*887.*num.*58.*col.*9. Bosl.*de Princip.nu.* 151. Menoch.*cons.*156.*num.*33.*&* 34. Fettas.*de Collect.p.5. capit.*1. Marius Muta *in proem.ad capitula Regis Iacobi numer.26.& sequentibus & ad cap.*38. *num.9.eiusdem Regis.*

Et hoc tàm si ipse Princeps sit, qui concessit quàm eius prædecessor, vt in omni alio contractu dixi supra proximè, & in specie firmat Muta *loco citato in prohemio n.29.& in dicto cap.38.nu.9.&* 10. post Petr. de Gregor *de concess.feud.p.1.q.7.num.*27.latè post hæc visus Ioseph.Ramon. *cons.24.à num.*35. & per sequentes,Tapia *decis.10.nu.19.Sacr.Consil.Neap.*

105 Quæ procedere magis debent in Domino Rege † nostro respectu priuilegiorum huic Regno concessorum, quod eius antecessores, vt ipse ex sua gratia agnoscit, non ex pacifica successione habuerunt, neque armis acquisiuerunt, sed à Regnicolis obtinuere, qui in ore gladij vnico quasi momento traducitatis francigenis, nō viciniores principes, qui ad Regnum aspirabant, sed Aragoniæ Regem Petrum Constantiæ virum ad Regnum inuitauerunt, & accedere recusantem non bis, sed pluries opportunis precibus compulserunt, aduenientem hilari animo exceperunt, & Regno donarunt, coronatumq; tutauerunt, Regnum ipsum per Iacobum Petri filium, & successorem, Romano Pontifici renunciatum, à Corona Aragonum separari non permiserunt. Sed Fiderico eius fratre Regni tunc Præside in Regem suffecto, coegerunt, adhibito ad hoc Iureiurando, vt nullus fœderis, vel belli tractatus Regnicolis inscijs haberetur; prout ipse Fidericus testatur, & refert Fasellus *de reb. Sicul. lib.9.decad.2.cap.2.in fin.* & ex nostris Petr.de Gregor. *de concess.feud.part.5.quæst.1.fol.168.col.1.in medio*, nec alij scriptores negant; Vndè Philippus Secundus huius nominis Rex Augustissimus, agnoscens prædicta, Siciliæ Regnum ad imparia cum cæteris tractari debere affirmabat.

Quarè animaduertere debēt; qui Regis in hoc Regno vices gerunt, & qui eis assident, ne Regnicolarum priuilegia tàm faciliter conterant, & aspernant,

106 quibus Reges † ipsi contrà ire non tentant, vti nupèr vidimus; Etenim cum Dominus Rex ad Episcopatum Catinæ vrbis meæ, Siculo debitum, exterum ex vrgenti causa præsentasset, statim compensationem adhibuit, præsentato alio Siculo ad Archiepiscopatum Messanensem, imò (ò mira humanitas) se hoc aliàs minimè facturum spopondit, vt inferioribus ministris annueret, quàm sibi cordi sunt siculorum priuilegia.

Nec paruipendenda, sunt illa, quæ inferioribus locis, & Ciuitatibus concessa fuerunt; sed omnia æquè obseruanda, sicut omnium æqua fuit fidelitas, & causa vnica concedendi; vidi enim quamplures Iudices, & fisci partes tuentes irridentes priuilegia multarum Ciuitatum, quasi liceret vnius Panormi (exempli gratia dicto) priuilegijs deferre, nil vero curandum de cæteris esset; quæ fortè impares vires habent, ad eorum tuitionem.

Diximus de priuilegijs vim contractus habentibus,

107 ad differentiam gratuitorum, † quæ liberè secundum aliquos per Principem reuocari possunt, iuxtà doctrinam Felini *in c.nouit.num.*10.vbi Franc.de Aret. *num.25.de iudic.*Natt.*cons.*511.*& cons.*584. Aim. Crauett.*consil.*241.Xuar.*alleg.*9. Marta *de Iurisd.part.4.c.*190.*& numer.*10.de cuius conclusionis veritate videbimus infrà quando de derogatione Iuris quæsiti ex Principis beneficio agemus,vbi alios cumulabimus.

Et prosequendo materiam in confirmationem eorum,quæ diximus de Principe, quid possit circa ea, quæ sunt Iuris gentium, duos alios notabiles effectus colligam, remittendo lectorem in reliquis ad Callist. *dicto tractat.de leg. regul.§.* 30. qui multos alios tradit,pluresque authores citat,vnde alij haberi possunt.

Primus est, quod Princeps non possit tollere in to-

108 tum filijs ius legitimæ † eis debitum super parentum bonis, iuxtà doctrinam Alex.*cons.*113.*num.8.lib.*7.Ias. *in Auth.nouissima n.56.C.de inoff.testam.* Cagnol. *in leg. Iura sanguinis num.5.D.de reg.iur.*Boer.*decis.*180.*nu.*6. Socc.*cons.*150.*lib.*1.Gail.*obseruat.*122.*num.*10.*libr.*2.& Greue ibi consideratione prima, Petra *de potest.princip.cap.28.num.*2.Surd.*de alim.tit.5.quæst.1.num.6.* Ant. Scapp.*de iure non scripto lib.6.c.14.* Misinger.hæreticus *obseru.43.num.2.cent.*5.Decian.*respons.*35.*n.*60.*vol.*1. Calist.*d.§.30.num.*14. Addo Menoch. *cons.*250.*n.*108. *&* 111.Cephal.*cons.120.in fin.*Merlin.*de legit.libr.3.tit.1.q.1 num.*30.Azebed. *in l.2.num.45.tit.14.libr.4. noua recopilatio.* Diximus in totum tolli, quia sunt omnes Doctores in confesso, quod minui possit iusta causa subsistente, vt putà prò maioratu constituendo, dummodo relinquatur legitimum bonorum subsidium, seu alimenta alijs filijs, & ratio est, quia

hæc portio legitimaria licet quò ad originem Iuris naturalis secundarij; attamèn quoad quantitatem, est Iuris ciuilis, vt sentit Azeuedus dicto loco citato, quam distinctionem ante eum probauit Ripa in *l. in quartam numer.* 132, *ad l. falcid.* quem sequitur Graff. §. *legitima q.* 2. post Picum, Berengar. Vasquez & Cefal. & hæc opinio contrarijs relatis placuit modernissimo Merlino *in dicto suo luculenti de legitima tractatu libr.* 5. *tit.* 1. *quæst.* 6. *numer.* 7. hanc etiam approbat D. Barbos. *in cap.* 2. *num.* 15. *qui filij sint legitimi* post Ceuall. *quæst.* 112. quibus ego adhæreo; quòd autem alimenta omni modo sit reloquenda, vltrà Azebed. legendus est Marius Giurb. *supèr Consuetud. Messan. capit.* 7. *glos.* 12. *numer.* 4. & Merlin. *dict. quæst.* 6. ideò quoties Princeps reseruat alimenta, potest legitimam de Iure Ciuili taxatam minuere; iusta tamen causa subsistente; nec mirum cum per statutum hoc fieri possit, secundum magis communem nostratum sententiam, quam tenuere Petr. Rauennates, & Riccard. de Malumbra, relati à Bartolo *in l. Titio centum* §. *titio genero num.* 8. *D. de condit. & demonstrat.* Bald. *in l. final.* §. *ipsum autem versicul. de legitima, Codic. de bonis quæ liberis.* & in alijs per multis locis, & post Alberic. Salicer. Iaf. Barbat. Cost. Cagnol. Frumegiol. Anchar. Alex. & Fulgos. Cremens. Dec. Curt. Sen. Gozadin. Ruin. damnatum Parisiens. Roman. Stefan. Aufrer. Abb. Corne. Iacob. de Beluis. Brun. Couarr. Rot. in pluribus decision. Bolognet. Fab. Accorambou. Boer. Vrsil. Soc. ein. Sen. Cucch. Bero Port. Decian. Misinger. Viui. Emman. Suarez. Nonn. Grass. Honded. Alciat. Martin. Iaudens. Bellou. Rubeum, Cagnol. Ferd. Loaz. Gabr. Molin. Ceuall. Anton. Piagg. Merlin. *dicto tractat. lib.* 3. *titul.* 1. *quæstion.* 1. *num.* 16. addo Don Giurb. ad Consuet. Messan. *capit.* 8. *glossa* 1. *num.* 8. *part.* 1. vbi ad hoc citat Guttier. Mangil. Emil. Gall. Mantic. Menoch. Carpan. Bim. Gratian. Pacian. Peregrin. Rust. & Turret. quorum aliqui quatenùs dicunt posse per statutum funditus auferri, vnà cum Giurba ipso, & alijs relatis per Barbos. *dicto cap.* 2. minimè sunt sequendi, neque in casu ab ipso Giurba allato, videlicet vt facilius mater nubere possit quia non per hoc alimentis defraudandi sunt filij; quia aliquando alimentorum

109 causa dotis est potior † vt voluit Alex. *in l.* 1. *D. solut. matrim.* & disputat Surd. *de aliment. titul.* 9. *quæstion. prima per tot. Et maximè numer.* 10. *fol.* 338. post alios Gratianus *disceptation.* 832. *numer.* 32. *fol.* 84. *tom.* 5. de quibus semus sicuti ipse Giurba comprobat nulla, statutaria dispositione, nec principis mandato tolli, vel irrationabiliter minui posse, idem *dicto capit.* 7. *glossa* 12. *numer.* 3. & 4. vbi infert ad legitimam, ad modum alimentorum regulandam, & expressius idèm sibi contrarius *capit.* 6. *glos.* 4. *numer.* 3. *in fine* Mollef. *consil.* 10. *nu.* 25. *part. ad Consuet.* super qua quæstione non spernendus est locus Anton. Fab. *de err. pragm. decad.* 15. *error.* 9. vbi ponit rationem, quare statuto hoc fieri possit.

Iusta etiam causa tollendi legitimam filio per statutum, vel per Principem erit si ei per patrem am-

110 plum patrimonium relinquatur † constituendo in eo maioratum nam tunc iste filius maioratus successor non potest conqueri se læsum in legitima; quia si propter hanc causam potest tolli alijs filijs, seu verius minui, & ad alimenta reduci, quanto magis poterit ei, qui in maioratu succedit, eiusq; fructus lucratur: Et ità confirmat Rot. Romana. *legitima coram Vero, & coràm Card Sacrato Romana legitima* 10. *Maij* 1617. allatæ per Stefan. Gratian. *disc.* 751. *num.* 29. haud enim hoc casu talis filius læsionis quæstionem referre potest quod ante eum voluere Pedroch. *conf.* 6. *n.* 40. & plures relati per Merlin. de *legitim. libr.* 3. *tit.* 2. *q.* 7. qui loquuntur nulla principis dispensatione de medio existente, ex ista sola melioratione facta per patrem filio, cui plus legitima relinquere non cogebatur, & de nostratibus Mastrill. *decis.* 187. *num.* 31. *cum plurib. sequent. vsque finem*, vbi quamplures alios allegat, & explicat quantò plus legitima relinqui debeat, ad hoc vt hæc cautela valeat. Sequitur Muta *decis.* 46. & fuit latè discussum inter illos de Conti, & Migliazzo, & Principem Careni, & in pluribus Tribunal. decisum.

Ad quos terminos illud etiam erit aduertendum, statuto immutari non posse modum legitimæ relin-

111 quendæ † institutionis videlicet titulo; vt optimè deducit Giurba *capit.* 6. *gloss.* 4. *numer.* 3. 4. & 5. vbi amplìat etiam si ageretur de filio legitimato, eum clausula, nè teneatur ei aliquid relinquere. nàm si propositum mutet, eum in legitima dent instituere; itè etiã si pia causa esset instituta, adhuc institutionis titulo assignanda ẽ, post multos, quos allegat ratio est, quia

112 quando de legitima agimus, nullum piæ causæ † attendimus priuilegium, quia, & ipsa magis piam causam continet, vt est Text. *in cap fin.* 17. *quæst.* 4. & adest pulchra Rotæ decisio apud Cardinal. Ludouis. *decis.* 539. *numer.* 6. & ideò in concursu est præferenda, post Roland. Ceph. Ioseph. Ludouic. Mantic. Cost. & Mangil Merlin. *de legit. libr.* 5. *titul.* 1. *quæstion.* 2. vbi disputat an illud Diui Augustini relatum in *dicto capit. vltim.* de non instituendo Ecclesiam præteritis filijs, sit re-

113 stringendum ad legitimam, † an verè ad omne patrimonium disponentis; Et allegat Auth. *si qua mulier C. de Sacrosanct. Eccl.* per quem conatur probare ad legitimam restringi: quod ego vix sequerer, & ad Auth. responderem, illam loqui monacho intestato decedente; si verò testaturus esset aliud ei consuleret Augustinus, videatur Calistus *dicto tract. tit.* §. 30. *num.* 12. vbi post relatam dictam sententiam Diui Augustini nobiscum sentire videtur; Et ex hoc etiam fit, quòd neque onus in legitima imponi possit fauore

114 piæ causæ Merlin. *lib.* 3. *tit.* 2. *quæst.* 1. *in d. tractatu de legit.* Ea ratione quia in legitima filius dicitur creditor vt ait Peregrinus *art.* 36. *num.* 150. *de fideic.* quorum causa potior esse debet, quacumque alia datione etiam pietatis intuitu facta; quòd autèm dicatur debita, patet, dum videmus, quod illam in præiudicium creditorum renunciare non potest, Peregrin. ibid. & *consi.* 71. *numer.* 1. Faber. *definit.* 29. *tit. de inoffi. testament. in Cod.* & alij per Callist. *d.* §. 30. *numer.* 14. *litter. R.* licèt hæc ratio non sit tuta, & contra teneant Doctores communiter, quod imò ante acceptationem renuntiari possit, vt post mille deducit Giurb. *ad consuet. Messan. c.* 5. *gloss.* 7. *numer.* 10. quem secuti fuimus infrà hoc *discursu secundo, particula nona, vers. extenditur.* & suprà *eod. disc. p.* 2. *in medio.*

Limitatur autèm supradicta conclusio, in casu quo relictum sit in compensationem malè ablatorum; nàm tunc etiàm legitima minuetur, si fraus absit. Cost. *de fact. scient. & ignorant. cent.* 2. *dist.* 2. *num.* 26. Peregrin.

grin. *decis.* 85. Giurb. *dicta gloss.* 7. *num.* 2.

Secundus effectus, seu illatio ex principali conclusione descendens est, vt non possit Princeps causam com-
115 mittere suspecto † Iudici decidendam; Martinus Laudens. *de principe num.* 385. Corrad. *in templo omnium iudic. lib.* 1. *cap.* 1. §. 4. *vers.* 3. *num.* 6. Caballin. *milleloquio* 863. Callist. §. 30. *num.* 2. addo Glorit. *respons.* 11. *num.* 34. vbi alios allegat, Mastrill. *decis.* 214. *num.* 2. & Grass. post multos *except.* 24. ratio est, quia naturalis defensionis species est, repellere Iudicem suspectũ ad instar eius, cui vis infertur: vim enim accipimus non solum eam quæ circa personam versatur; sed quæ circa res; quod natura insitum est, vt in specie suspicionis præponendæ loquitur *cap. quod suspecti* 3. *quæst.* 5. *l. apertissimi* 14. *C. de iudicijs. cap. secundò requiris.* vbi, Geminian. & Abb. *de appellat.* Couarr. *pract. quæstio. cap.* 26. Roland. *cons.* 19. *num.* 16. *volum.* 3. ex quibus dum quidam Princeps delegasset causam Iudici euidẽter suspecto, & certus factus de suspicionis causis, nollet eum remouere, fundans se in plenitudine potestatis, respondi cõsultus posse ei replicari de impotentia, quod cum fecisset cliens, egrè tulit Princeps sibi de hoc obijci; & dum indignatus, vni ex Præsidibus hoc communicasset, ille prædicta approbando, idem respondit, licèt incausum; noluit enim causam alteri committere; vndè cliens causam amisit; ipse tamen videat. Ex his possunt decidi illa quæstio per nostrates excitata, ad *nu.* 135. an in causa spoli possit hæc exceptio opponi, vt scilicet non censeatur reiecta, quia si princeps hoc non potest, minus poterit statutum.

Per qualia verò capita iudex suspectus reddatur,
116 † habes latè apud Doctores in *dict. l. apertissimi.* Regent. de Tapia, & Apicellam *super pragmat. Regni Neapolis tit. de suspic. official.* & nouissimè egregiè apud Rouitum ibi, Scipio. Theod. *alleg.* 3. & ex nostris Iotrigl. *singular.* 79. *lib.* 3. latissimè Crass. integra *exceptio.* 24. vbi moderna Additio. Mastrill. *decis.* 151. Marius Muta *ad pragmat. titul.* 4. *de recusat. Iudicum* ad quos recurras.

Vnum non omittam, quod mihi euenit, dum hæc perpolitem, fuit quæsitum à me, an pater spiritualis
117 reddatur suspectus in causa filij sui spiritualis, † quem suscepit in Sacramento Chrismatis, respondi, & mecum alij causæ patroni Balthassar Maccagnone, Roccus Ponteza nos, & Simon Sicaiolus omnes Regij Consiliarij affirmatiuè; contra verò tenebat D. Cataldus Fimia conciuis meus, etiam Regius Consiliarius, tunc aduersæ partis aduocatus, adducebat in puncto Aufrer. & Guglielmum Benedictum relatos per Tiraquel. *in l. si vnquam verbo, susceperint liberos num.* 37. *C. de reuoc. donat.* firmantes indè sufficientem causam suspicionis non oriri, & testantes de consuetudine Regni Franciæ, ea præcipuè moti ratione, quod hoc iure cautum non inueniatur, imò contrarium in materia testimonij ferendi, quæ à pari procedit, cum illa suspicionis in iudicando. sequitur Athoro *in compendio, verbo, Compater par.* 2.

Ego tamen his non obstantibus contrarium sustinebam prò Marchionissa Luccæ, contra Principem Campi Franci, mouebar ex cognatione spirituali, quæ oritur inter susceptum in Sacramento Chrismatis, & suscipientem nomine Ecclesiæ communis matris: quæ eius est efficaciæ, vt matrimonium impediat contra-
118 hendum, & dirimat contractum † textus est *in cap.* 3. §. *ea quoque de reformat sess.* 23. Tridentin. Concilij, concordat cum *cap.* 1. §. 1. *de cognat. spirit. in* 6. per quæ Iura ita tenet P. Sancez *de matrimon. lib.* 6. *disputat.* 54. Guttier. in consimili *tract. cap.* 10. ratione cuius spiritualis cognationis, sufficiens oritur causa ad recusationem iudicis. ad doctr. Iason. in *l. apertissimi num.* 8. *C. de iud.* quem sequi videtur Tiraquell. *loc. cit.* 29. Stephan. Gratian. *discept.* 100. *nu.* 19. Surd. *de alimen. tit.* 1. *quæstio.* 10. *num.* 5. qui duo in terminis confirmationis loquuntur. Muta *super dicta pragm. nu.* 57. & ad Doctores prædictos gallos respondebam loqui de consuetudine eorum regionis, nullaque alia ratione fundari, & quamplures loqui de compatre respectu alterius compatris, inter quos non datur sufficiens causa suspicionis; nisi vltrà vinculum probetur familiaritas: vt vltrà prædictos sentire videtur Apicella *dicto tit. de suspit. Iudicis num.* 800. nec negat Athoro loco citato, qui vt verum fatear, se inuoluit, ita vt nesciamus vnde veniat, & quo vadat, nec deest qui etiam in terminis compatrum inter se, contra prædictos teneat, dicarque pluries decisum, vti est Muta *loco citato num.* 13.

Cęterum quòd inter hos casus magna sit differentia, tenet Rimin. Ion. *cons.* 128. *num.* 17. *& sequentib.* quidquid sentire videatur Aufrer. qui loquitur in suspicione ex hoc capite petita in personam cuiusdam Magni Præsidis, iuxtà cuius doctrinam fuit decisum in dicta causa vbi declaratus fuit non suspectus Illustrissimus Præses Ioan. Baptista de Blaschis, non ex eo, vt audiui, quod prædicta vera non essent, sed ob eminentiam eius officij, & personæ integritatem propter quam, nõ data familiaritate subsecuta, cum suscepta, fragilis fuit visa præposita suspicio, quod secus seruatam fuisset supposita alia persona, alioq; inferiori ministero, ut audiui. Ego tamen quò ad veritatem conclusionis, non recederem à prædictis, pace Dominorum qui iudicauerunt, & ad familiaritatem respondere, non posse dari, nisi inter duos compatres, nam inter patrinum, & susceptum consideratur reuerentia vt benè notat Surd. *dicta quæst.* 10. Item ex hoc capite non posset dici suspectus, nisi crescat susceptus ad ætatem in qua potest dari discursus perfectus, conuersatio, indeque familiaritas: quàm tantummodo credo probari debere, vbi agatur de suspicione compatris, respectu alterius; vt in dictæ causæ discussione testati fuere quamplures Regij Consiliarij, atque Aduocati maximi nominis, & producta fuere quamplura exemplaria.

Secundus principalis est casus, si agatur de tollendo
119 iure quæsito ex beneficio Iuris Ciuilis, † vel municipalis, in quo magnos adest opinionum conflictus, nàm pro affirmatiua, quod possit Princeps ex sua potestate ei derogare, stant plures quàm viginti Doctores, quos refert Gabr. *lib.* 3. *commun. conclus. tit. de iure quæsito non tollendo conclus.* 1. *num.* 18. qui ea ratione mouentur, quod Princeps sit supra ius positiuum, posssitque illi derogare, *c. innotuit. de election. & cap. proposuit. de concess. preb.* Socc. Iun. *consil.* 121. *num.* 5. *lib.* 2. Paris. *cons.* 5. *num.* 63. *lib.* 2. Cephal. *consil.* 23. *num.* 12. *& consil.* 22. *num.* 22. *cum sequent.* cum quibus sentiunt omnes illi, qui absolutam potestatem in Principe agnoscunt, ea acceptione, vt malefaciendi æquè ac
bene

bene facultatem importet ; distingunt enim inter Ius quæsitum, beneficio Iuris gentium, & illud ex beneficio Iuris Ciuilis, vt primum sit immutabile, secundum vero pro legislatoris, & populi arbitrio mutationi subiectum : & consequenter ad nutum Supremi Principis, qui solus inter subditos legislator est, ex causa translationis in eum factæ illius iuris, quod populus habebat lege regia lata, vt supra tactum fuit, & eleganter tradit Anton. Faber. *definit. 1. num. 10. C. si contra ius, vel vtil. publ.*

Contrà verò tenent quamplures alij relati per Gabriel loco citato, quorum sententia vti crebrior, ità verior existimatur. Arius Pinellus *in rubr. C. de rescind. vendit. part. 1. cap. 2.* quem sequitur Fachin. *lib. 8. controuers. cap. 73. col. 1. in fine*, quia respondet fundamentis contrariorum, nouissimè Callist. *de lege regia* §. 28. *n.* 11. qui alios adducit, & post hæc scripta visus Ant. Faber *de error. pragm. decad.* 15. *error.* 1. *num.* 15. *& error.* 2. *num.* 24.

Hoc firmato sequitur, non posse Principem in præiudicium agnati, ad quem per mortem vltimi possessoris feudum, vel maioratus peruenit, habilitare naturalem, spurium, monachum bannitum, vel aliàs inhabilem, ad hoc vt recuperet prædicta, etiam si Summus Pontifex monachum solueret à votis uel in Episcopum eligeret, ut supra firmatum est, quia ità dispensando tolleret Ius quæsitum tertio, quod fieri nequit, etiam sub colore quod proueniat à Iure ciuili, a quo inductum est, ut huiusmodi personæ inhabiles reputentur, quidquid sit, si habilitatio fiat ante quam feudum aperiatur, de quo infrà dicemus. Et per ista remanet resoluta principalis quæstio, quam excitauimus de dispensatione facta per Pontificem Religioso, ut posset laicari, quod uidelicet non extendatur ad bona alteri quæsita, per quam ad harum discussionem deuentum est.

Et ità in terminis, de quibus agitur, resoluit optimè Casanat. *dict. consil. 26. num. 13. cum plurib. sequent.* post Isern. Præposit. Casaneum Balzaran. & Bamba.
120 car. Et ad terminos legitimationis † quod non operetur in præiudicium iuris tertio quæsiti, idem Casanates ibi alleg. Bar. Bald. Cephal. *consil.* 285. *num.* 18. Peregr. *artic.* 32. *num.* 74. Apetra de potest. Principis *capit.* 32. *num.* 62. *&* 66. addo quamplures relatos per Fusar. *de fideicommiss. quæstio.* 408. *numer.* 76. & de legitimatione ad feuda, post multos P. Andrea Molfes. *ad consuctud. Neapolitan. part. secunda, titulo de personis quæstion.* 10. *numer.* 20. & de bannito restitu-
121 to, quod non recuperet bona in tertios † translata, quando restitutio est per modum gratiæ, etiam si hoc de absoluta potestate fiat, uoluit idem Casanat. *dicto loco num.* 15. *post gloss. in l. gallus* §. *& quid si tantum* ubi Bar. Castrensis Soccin. Iason. *num.* 61. Ruin. *num.* 116. Acosta *secunda parte numer.* 41. & post plures Paschal. *de patr. potestat. part. prim. capit.* 8. *numer.* 206. Mastrill. *ad indul. capit.* 20. *&* 21. quidquid esset respectu bonorum incorporatorum per Fiscum, uel ad bona per eum alijs uendita, de quibus Mastrill. ibid. Azeued. *in leg. prima, à numer.* 20. *vsque* 48. *lib.* 8. *titul.* 25. *delos perdones.* ubi quod restituto pretio emptoribus, ueniunt in restitutione plenaria per uiam gratiæ. Oddus de *restitutio. in integr. part.* 2. *quæst.* 99. *artic.* 12. *num.* 109. Farin. *quæst.* 6. *nu.* 35. *& sequentib.* Salgad. *de regul. protect. vi oppressor. par.* 4. *cap.* 14. *num.* 4. *tom.* 2. ad differentiam illius restitutionis, quæ est de Iustitia, qua stante, non solum in fisci præiudicium, & habentes causam ab eo, sed etiam aliorum, in quos bona peruenere, uel ex fideicommisso, uel legis dispositione, debent bona restitui una cum fructibus, ut deducit Sarmient. *Select. interpetr. lib.* 5. *ad l. Gallus* §. *quidam rectè. numer.* 68. Et ratio est secundum Bald. *in l. in testamento num.* 6. *C. de sentent. & re iud.* quia restitutio facta per uiam Iuris scripti, inhærere dicitur à primordio confiscationis, quod effecit, ut Ius transferentis ab initio non fuerit liberum, sed retractationi subiectum latè Mieres *de maiorat. p.* 4. *quæst.* 23. *num.* 26. *cum sequentib.* & Salgad. qui omnia hæc refert *dicto loco num.* 39. *&* 40. Mastrill. & Azebed. ibidem Gratian. *disceptat.* 807. *num.* 22. Casanat. *dicto consil.* 26. *num.* 15. Et isto casu ideò ueniunt fructus, quia hoc regulare est in omni in integrum repositione ; quæ ex forma legis uenit. Fontanell. *de pact. nupt. claus.* 7. *gloss.* 3. *part.* 2. *à num.* 12. Quod alias firmaui stante nullitate banni in personam minoris, etiàm si forιudicatio secuta esset, ut stante restitutione obtenta, debuissent ei restitui bona cum fructibus ; Et ratio est ; quia nullitas hæc proce-
122 dit ipso iure † Castr. *consil.* 287. *num.* 7. *lib. primo.* Couarr. *variar. resolut. cap.* 3. *num.* 8. *lib. primo.* Surd. *consil.* 115. *num.* 13. Molfes. *ad consuetud. in addit. quæst.* 19. *num.* 4. *part.* 3. *fol.* 117. Peregr. *de fideicommiss. artic.* 49. *num.* 118. *vers. pro solutione.* ubi loquuntur in recuperatione prædij minoris nulliter uenditi defectu causæ.

Extra hos casus potest esse Ius quæsitum parti, ut puta ex præscriptione, sententia, lapsu termini, uel instantiæ, in quibus casibus non est inutile scire an possit Princeps parti præiudicare, quod resoluemus non obstante, quod extra institutum vagare videamur propter materiæ vtilitatem :

Et primo præscriptione completa, crederem non posse Principem rem tertio pleno Iure quæsitam derogando præscriptioni † auferre, ità tenet Surd. *consil.* 262. *num.* 65. Brun. *consil.* 24. *num.* 99. qui alios citat, nisi fortè per legem generalem præscriptionem tolleret de medio ; quia hoc illi conceditur, vt dicunt Fachin. *lib.* 8. *controuersiar. capit.* 63. *vers. a qu. secunda in fin. &* Surd. *consil.* 313. *num.* 99. Cancer. *variarum resolution. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 92. Monter. à Cueba *decis.* 50. *num.* 10. licet in tali casu hæc lex traheretur tantum ad futura negotia, & non ad præterita, vel ad causas pendentes, vti est videre per Cancer. *ibid. num.* 106. *&* 107. cum alijs infrà statim, quæ generalis lex deberet esse cum causa, prout fecit Summus Pontifex, qui non simpliciter, sed stante mala fide
124 † præscriptionem abstulit, in *cap. fin. de præscriptionibus*, quod ex eadem ratione dicunt multi procedere etiam in foro temporali, quasi fuerit inductum fauore animæ, in quibus Summus Pontifex vniuersalem habet potestatem, Balb. *de præscript.* 2. *par.* 3. *princip. quæst.* 13. Rip. *in l. nemo potest numer.* 116. *de legat.* Menoch. *consil.* 143. *num.* 11. Surd. *decis.* 158. *num.* 3. Marra *de iurisdict. par.* 2. *cas.* 39. *numer.* 5. Cardin. Bellarmin. *controuers. generali* 3. *lib.* 5. *capit.* 6. *vers. itaque optimè* Facchin. *controuers. cap.* 63. *lib. prim.* Augustin. Barbos. *in dicto cap. fin. num.* 5. quò iure etiam nos vti-

mur

mue in Regno, hoc, vbi dicta Pontificia constitutio vsu recepta est, in tantum vt nunquam in his tribunalibus de præscriptionibus 30. vel 40. annorum oppositis
125 stante mala fide, ratio habeatur, † quod ex nostratibus, Primus latè firmauit Nicolaus Intrigliol. *decis.* 38. etiamsi immemorialis præponatur Mastrill. *decis.* 114. *num.* 47. & Castill. *decis.* 12. *num.* 13. cum multis per eos allegatis, qui loquuntur in terminis iurisdictionalium, & ideò in dicto casu sunt intelligendi, quibus addi potest Vasques *Illustr. controuers. cap.* 81 *num.* 10. & Velasques *consult.* 8. *num.* 25. Etenim stante bona fide, si res sit de sui natura possedibilis, cui Ius non resistat, admittitur passim, & è contra etiam mala fide interueniente, vbi in medium offeratur immemorialis, ac fortius centenaria, quæ potior immemoriali
126 iudicatur † ita vt per immemorialè non possit suppleri centenaria: secundum Molin. de primogenitur. *lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 44. Et si contrarium in hoc teneant Balb. 2. *part.* 3. *princip. quæst.* 6. *colum.* 6. *vers.* quod autem Couar. *in regul. possess. part.* 2. §. 3. *num.* 7. Burgos de Paz *consil.* 25. *numer.* 19. quorum opinio magis arridet, quia excedendo memoriam hominum, nemo vetat quin posset fingi lapsus mille annorum; super quo videantur etiam allegati infra *num.* 136. Et iuxtà prædictam distinctionem Monterij traditam *num.* 123. in causa vertente inter Baronem Targiæ Ciuitatis Syracusarum, & Illustr. Principem Montis alti, super feudis venditis sub pacto de retrouendendo, ab antecessoribus Ducis, Comitibus Augustæ, fuit admissa exceptio præscriptionis immemorialis, aduersus pactum de retrouendendo, & absolutus dictus Baro de anno 1620. & dum allegabatur *Capitulum Regni* 214. per Carolum Imperatorem editum, vbi tollitur omnis præscriptio aduersus pactum prædictum, fuit dictum non obstare, dum præscriptio erat completa
127 ante capitulum † prędictum, quod ad præterita non extendebatur post ius tertio quæsitum. E contra verò infinitè prope modum possent afferri decisiones, vbi temporalis pręscriptio 30. vel 40. annorum stante mala fide in his tribunalibus, fuit reiecta, & modò dum hæc scriberem, dum quidam D. Compater meus, cuius partes ago, peteret medietatem hæreditatis auitæ, ei contingentem, stante quod mater pręmortua fuerat, aduersus Auię hæredes bonorumque possessores, qui excipiebant lapsa esse tempora adeundi; erat enim petitio pręposita post 46. annos à die mortis auiæ;
128 & tamen huic Iuri præscribitur per 30. annos † iuxta magis communem opinionem relatam per Ceuall. *quæst.* 165. *&* 714. fuit reiecta eorum exceptio, & admissa petitio; quia stante mala fide saltim præsumpta
129 cohæredis scientis, alterum adesse cohæredem † non procedebat præscriptio, ad tradita per Surd. *in pulchro consil.* 260. *num.* 18. maximè dum per textum *in l. licet* 8. *C. de iure deliberandi*: dati erant descendentibus centum supra viginti anni ad adeundas hæreditates ascendentium, iuxta ea, quæ ibi tradiderunt Bald. Angel. Salicet. Alexand. Castrens. & Iason, videlicet 30. vndè liberi 30. vnde legitimi, & alij 30. vnde agnati, vt explicat idem Alexand. *consil.* 89. *num.* 5. *volum.* 2. Matthesillanus *de success. ab intest. artic.* 1. *membr.* 3. *num.* 10. Balb. *de præscript. part.* 4. *quæstio.* 19. *numer.* 6. Crass. *in* §. *acquisitio hæreditatis. quæst. fin. numer.* 7. & Gallus infrà citandus. Et licèt si intra primos 30. annos adeat vnus ex hæredibus accrescat illi tota hæ-
130 reditas, † ità vt non possit alter cohæres amplius adire, vt firmat Crass. *ibid. num.* 8. & Thob. noni. ex magis communi *consil. prim. num.* 54. Ceuall. *dicta quæstio.* 714. Cardin. Mantic. *de coniect. lib.* 12. *titul.* 14. Emil. Gall. *de excep. tit.* 2. *excep.* 2. *part.* 3. *num.* 26. *fol.* 549. attamen hoc est reuocabiliter, quia posset, qui omisit adire, admitti infra alios 30. annos.

Item post dictum tempus via restitutionis in integrum; vel iure minoris, si in pupillari ætate hæreditas fuerit delata, vel ex clausula generali, si maior sit, stante ignorantia, vel absentia probatis prædictis, vel per præsumptiones legales si de ignorantia agatur, vel per probationem absentiæ, posset propriam portionem recuperare; non obstante quod alteri accreuerit, sicuti post Couarr. *variar. resolut. cap.* 5. *num.* 7. *lib. primo.* Sforz. *de restitut. in integr. quæst.* 62. *num.* 13. *vsque* 25. etiamsi essent bona alienata, vel distracta, cum aditio, & ius accrescendi à primordio cen-
131 seatur huic restitutioni subiacere † secundum prædicta, & iuxtà doctrinam in terminis dicti Sforz. *dict. lo. eo num.* 28. hoc idem voluit Ioan. Dilect. *de arte testan. di tit.* 11. *artic.* 6. & Emanuel Cardos subtilis Lusitanus *in tract. de iure accrescendi illation.* 37. *num.* 13. qui omnes de adeunte de Iure ciuili loquuntur, vbi terminus 30. annorum est continuus, & currit etiam ignoranti, & minori, licèt cum spe restitutionis deducta ætate pupillari, secundum Balb. *de præscription. par.* 6. *par.* 1. *quæst.* 15. *num.* 37. *fol.* 509. in paruis impressis anno 1582.

Etenim si iste talis à tempore exclusus vellet venire de iure prætorio ad possessoriam hæreditatis petitionem, vtique admitteretur, etiam lapsis ann. 30. de Iure ciuili, infrà annum datum de iure pretorio, iuxtà doctr. Bald. quem nemo inprobat *d. l. licet. nu.* 8. *vers. & aduerte.*

Ex hoc etenim magna ei resultaret vtilitas, quia opus non haberet implorare beneficium restitutionis ex capite ignorantię; quia annus pretorius est vtilis, & non currit nisi scienti, qui semper sciat, vt est pulcher Textus *in l.* 2. *D. quis ordo. &c.* & notat Michael Graff. §. *bonorum possessio. quæstio.* 5. *numer.* 12. qui
133 † in quęstione sequenti bonam praxim tradidit huius beneficij agnoscendi; ait enim quod necesse est, vt adeat Iudicem, vt ei innotescat, se velle ex hoc capite agnoscere possessoriam hereditatis possessionem, quo facto, alio Prętoris decreto opus non habet, iuxta frequentiorem opinionem de qua Cagnol. *in l. fin. C. qui admit. ad bon. poss. num.* 7. In tantum vt neque citario eius, qui iam adijt, requiratur, cum possit fieri etiam ipso contradicente, vt firmat idem Graff. *dicto loco quæst.* 8. ex Balb. Alexand. Cagnol. & alijs: quę quidem agnitio operatur eosdem effectus, quos aditio de Iure ciuili, vt ait Bar. *in l. vnica C. quando non petent. part. petent. acres*, quem communiter omnes sequuntur, vt testatur idem Graff. *ibidem quæstio.* 11. quidquid attententur aliqui Doctores per eum relati; ideò cautus Aduocatus, qui videt clientem exclusum per lapsum 30. annorum de Iure ciuili statim faciat ei agnoscere hęreditatem ex capite bonorum possessionis de Iure pretorio, petendo eam à Iudice cum illis beneficijs indultis à Iure Ciuili vtputa inuentarij conficiendi, & aliorum: quod si fortè primus annus sit

ſit elapſus, poterit ex ſecundo, & tertio, quia ſicuti ſe habet additio Ciuilis per tria capita, ità ſe habet agnitio prætoria, vt ait text. *in l. penult. §. filius D. quis ordo in bonor. poſſ. ſer. & notat* Balb. 4. *par. quartæ principalis quæſt.* 19. *num.* 5. *fol.* 285. Surd. qui ad omnia prędicta venit, *conſ.* 408 *tom.* 3.

Et iuxta prædicta ſentiebant Domini, difficultas tantum reducebatur, eſſent nè hæc merita, de quibus poſſet cognoſci in iudicio executiuo; nam dum prò ſubſtentatione agnitionis de Iure prætorio factæ, neceſſe erat docere de ignorantia, videbatur hæc omnia non eſſe præſentis ſpeculationis, agebatur enim per nepotem prędictum contra debitorem hæreditarium pro ſua portione, qui aſſerebat, ſe quò ad nos liberas ædes habère, ex quo ſtante lapſu temporis, hic nepos erat excluſus; ideò ſuit multum vtilis dicta indagatio; quia ad fundandam ignorantiam, non valẽtes ad probationes deuenire allegabamus præſumptionem Iuris quod cum tempore delatę hæreditatis, hic nepos eſſet
134 infans, præſumębatur ignoraſſe † hęreditatem ſibi delatam, iuxtà doctrinam Bartol. *in l. ſi adulterium nu.* 10. *D. ad l. iul. de adult.* Surd. *conſil.* 251 *num.* 16. Pecch. *reg.* 47. *num.* 1. *de reg. iur. Pontif.* Gratian. *diſc.* 513. *nu.* 11. quæ præſumptio habetur pro liquida probatione, & recipitur etiam in iudicio executiuo, quia non admittit probationem in contrarium, ac ideo non indiget altiori indagine ad doctrin. Alcia. *de præſumptio. in proem. part.* 1. *num.* 4. Menoch. *eodem tractat. quæſtio.* 8. *num.* 11. *par. prim.* nec facit quod ſuperueniente maiori ætate præſumatur ſuperueniſſe ſcientiam; quia vna vice, quod fundatur ignorantia, ius præſumit illam durare, vt ait pulchrè Caſtrenſ. *conſil.* 21. *num.* 26. *lib.* 3. quem ſequitur Tuſch. *verb. ignor. concluſ.* 33. *numer.* 36. Quo ſtante, parti incumbebat probare ſcientiam ſuperueniſſe, quæ cum requireret altiorem indaginem, retardare non poterat executionem faciendam, iuxtà quę per Magnam Curiam huius Regni ſuit deciſum, reijciendo oppoſitiones Vincẽtij Pilo Marchionis Marinei ad fauorem Don Petri Migliazzo de ann. 1628. & iterum de anno 1629. via contrarij Imperij poſt hæc ſcripta.

Diximus ſupra, ſi res ſit de ſui natura poſſedibilis, vel ſi Ius non reſiſtat, non quia etiam in his, prout in alijs præſcribendis immemorialis poſſeſſio non profi-
135 ciat, † contrarium enim verius eſt, vt poſt Maſtrill. dicta *deciſ.* 114. & Caſtill. dicta *deciſ.* 12. latè nos tradidimus in reſponſo reddito pro Domino Rege noſtro, contra occupatores territorij Caſtri bruculæ; ſed quia multa requiruntur, vt hæc præſcriptio admittatur in regalijs, alijſque rebus, vti ſunt ſpiritualia, vbi Ius reſiſtit poſſeſſori, nam primò requiritur patientia Domini, vel Prælati per integrum dictum tempus, quæ difficilis eſt probatum, vti in terminis regaliorum ex ore Regentis Reuerterij firmauit Ann. *in rubric. & capit. prim. num.* 451. *de vaſſ. decr. ætat.* etenim, vt ipſe ait, præſcriptio aliud non operatur, quam quod præſumatur, poſſidente fuiſſe inueſtitum, & obtinuiſſe regiam conceſſionem, quæ præſumpta inueſtitura deſiderat pręſentiam Domini, qui paſſus ſit priuatum regalia poſſidere, per tantum temporis, quantum præſcriptio compleretur, iuxtà doctrinam Andreę de Iſernia in *cap. Imperialium. §. illud column.* 4. *verſic. dicit fiſcus de prohib. feud. alien. per Fideric. & in §. nec dom. colum.* 4. vbi Camerinus *fol.* 8. Nec iuuaret replicare, quod ſufficiat pręſentia Proregis, qui, vt fertur, habet poteſtatem de nouo infeudandi. Quia reſpondetur ſecundum, eum quod nullus vſque adhuc à tempore quo regnum hoc eſt de Corona Regis Aragonum, permanſit in Regno per tot annos continuos, & vt vtar verbis Annę nemo vidit dies Petri; quarè ſtante hac difficultate, non poſſunt in praxim deduci dicta exceptio pręſcriptionis contra Fiſcum, licèt poſſit reſponderi, quod hęc procedunt in pręſcriptione 30. & 40. annorum; non autem in immemoriali, quę facit pręſumere omnia ſupradicta; idcircò maturius eſt cogitandum.

Secundo requiritur, quod non appareat titulus allegatus; nàm ſi appareret, vel quia pręſentaretur per poſſidentem; vel quia per Regem, vel per eius Fiſcum oſtenderetur, tunc non iuuaret prę-
136 ſcriptio, † quia de tituli validitate cognoſcendum eſſet, vt habes in dicto meo reſponſo, & tradunt Maſtrill. & Caſtill. locis citatis, fuitque deciſum pro Principe Pacechi contra Ciuitatem Drepani, ſuper iuriſdictione exercenda in eius territorio, quàm benè fundauerat ex pręſcriptione, includendo territorium Pacechi, amiſit tamen cauſam exhibendo titulum, quod inuentum ſuit minus valens.

Si verò plura alias deſideras legere in materia pręſcriptionis regalium, tàm inter dominum, & ſubditos, quàm inter priuatos, recurras ad Fontanel. *de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſſ.* 10. *part. ſecund. à numer.* 10. *& gloſſ.* 12. *à numer.* 38. *vſque num.* 205. *& gloſſ.* 13. *part.* 4. *à num.* 18. *& gloſ.* 17. *à num.* 20. *& gloſ.* 18. *part. prim. & gloſ.* 19. *part. p. p.* vbi tradit differentiam inter centenariam, & immemorialem allegans pulchrum locum Antonij Fabri, ex quibus videbis quanta ſit vis pręſcriptionis, & vſucapionis, & quam durum eſſet, ſi Princeps immemoriali, & centenarię vellet derogare.

Ex ſententia etiam Ius nobis quęritur quæ inuentione, & origine videtur eſſe Iuris ciuilis, & ideò prima fronte poſſet dici, quod tali iuri poſſit Princeps
137 † derogare ex prædicta diſtinctione.

Sed contra eſt veritas, quod imò iuri deſcendenti ex ſententia derogare non poſſit, non ſolum propter rationes iàm dictas; ſed propter maximam authoritatem rerum iudicatarum, niſi fortè per ſordes, vel malis medijs lata ſit, quibus caſibus, non vtique res iudicatæ, ſed iniuriæ dicendæ ſunt, iure optimo per Principem reſcindendę, ſiue per viam reſtitutionis in integrum, ſuſpendendo executionem etiam trium conformium, vt docet Sforz. Odd. *de reſtitut. in integr. quæſtion.* 73. *numer.* 71. ſiuè eas de facto irritando.

Secundò hoc ei liceret, ſi fortè prætenderetur, quod Iudex manifeſtè erraſſet, nàm tunc poſſet mandare ſuperſederi in executione ſententiæ, vſquequo informaretur de iuſtitia, vel errore, & Iudex
138 tenetur ſiſtere † dummodo Princeps ſuo reſcripto, cum firma propria, hoc mandet, vt in hoc Regno per Pragmaticam ſancitum habemus, & ſeruatum vidimus ſæpius, & nuper pro Comite Raccudię contra D. Margaritam Auſtriam in taxatione dotis de paragio eius vxoris, & pro D. Octauio Buglio cum Baroniſſa Biſare, ſtante decreto facto per Principem,

quod

quod addantur addenda, & tollantur quę tolli debent, & quòd sententia legatur iterum, non obstante quod Iudex functus fuerit officio suo; in quo casu Princeps potest etiam reparare nullitatès ex hoc oriri possent, ne de lite fiant lites; quidquid esset, sub limitando prædicta, quando aliter rescripsisset, vt puta quod legatur iterum simpliciter; nam tunc omnis mutatio induceret nullitatem stante defectu iurisdictionis; de quo Surd. *consil.* 288. cum alijs per Castill. *decis.* 105. *num.* 97. prout fuit decisum pro D. Aleonora Galletti & Caluello tuttice eius filiorũ contra illos de Galletti in Tribunali Consistorij de anno 1619. post hęc scripta; quia tunc non posset nisi declarare
139 † verba ambigua, vel dubia, vti per Surd. ibi, quæ parte citata fieri deberet, iuxta doctrinam Bartol. *in L. ab executore de appellat.* qua omissa nullitas resultaret, nec esset necesse appellare, vt Surd. ibi ait, & fuit in dicta causa decisum licet post hæc reuocata . ...

Extra verò hos casus interdictum est Principi non solum in totum sententiam abolere, vel in partem;
140 sed neque retardare eius executionem † concedendo litteras supersessoriales, vel moratorias; tales enim litteræ nullius sunt momenti, *l. rescripta* 7. *& Auth. quæ supplicatio. C. de prec. imp. l. fin. C. si contra ius vel vtil. public.* Caball. *Milleloq.* 992. Tepat. *libr.* 1. *var. tit. de execut. sentent. colum.* 9. *in princip.* Anton. Sola *ad decr. Sabaud. tit. de conclus. in causa part.* 3. *gloss. prim. num.* 7. Ponte *consil. prim. num.* 52. *& de potest. proreg. titul. de abund. Ciuit.* §. 3. *num.* 14. Bertaz. *consil. crim.* 478. *num.* 20. Trentacinq. *lib.* 1. *tit. de rescript. resol.* 6. *num.* 1. Giurb. *decis.* 7. *in princip.* qui dicit neque reui-
141 sionem cum retardatione executionis † concedere posse; & ex multis testatur ibi decisum, quod post multos alios moderniores, Giurba non relato, firmauit etiam D. Antonin. Amar. *resolut.* 6. *numer.* 4. quo loci Mastrillum secutus in *tractat. de magistr. libr.* 3. *capit.* 4. *numer.* 389. *&* 391. *& alios Doctor.* limitat prædicta vbi Princeps hoc faciat ex certa scientia, & de absoluta potestate; mouetur, quia fortius posset vbi vellet effectum, & virtutem sententiæ in totum tollere; quod etiam sentire videtur Giurb. *dict. decision.* 7. *numer.* 7. *&* 8. quæ quidem limitatio, contradicat cum omnibus regulis per Doctor. firmatis, & magis communiter receptis, aduersus hanc somniatam potestatem, attendenda non est; imò firmandum, quòd siuè ex absoluta, siue ex ordinaria potestate facere dicat, verba attendenda non sint, sed videndum, an ei hoc iure permittatur; secundum quod interpretari debet omne principis rescriptum ex quo Ius tertij diminuitur, vel deterius efficitur.

Quod si fiet, statim occursum ibit constitutio prędicta, *in leg. rescripta*. per quam Cęsares sibi ipsis viam præcluserunt huiusmodi moratorias aduersus sententiam concedendi, imò quod prò non scriptis habetentur mandauere.

Parcendum tamen est prędictis, dum per numerosam Patrum copiam, qui ante eos hoc senserunt, pedibus iuere, aliter dicturi, si ex professo punctum disputare habuissent; iuxta quæ videmus, quotidie huiusmodi prouisiones atque rescripta, si casu concessa inueniantur, statim reuocari, remittendo illa ad iustitiam, ad instantiam partis se conquerentis, & quod opinio prædicta, quam tenet Giurba, & sequaces, communiter reprobetur, videantur Becc. *consil.* 3. *num.* 51. Fachin. *dicto lib.* 8. *cap.* 63. *versic.* 2. *quæstio*, qui contrarijs respondet Conrad. *in templo omnium iudic. lib. prim. cap.* 1. §. 4. *num.* 19. *versic.* 28. *non potest*. Cabed. *decis.* 12. *nu.* 11. *p. r.* 1. idem Mastrill. *decis.* 283. *num.* 76.

Restat videre de Iure oriente ex lapsu termini, vel instantiæ, an possit Princeps Ius ex ea quæsitum auferre, super quo negatiuè etiam resoluendum est, si agatur de viuificando terminum, vel instantiam iam
142 elapsam, † & sic demortuam, ex cuius lapsu parti plena securitas orta est, & meritò: nam instantiæ causarum ideò ad certum terminum coangustatæ fuerunt, nè lites fierent immortales, & dominia rerum starent in incerto; argumento *legis properandum.* 12. *C. de iudic.* quę ratio cum publicum fauorem
143 concernat † secundum Caldas de Pereyr. *in leg. si curatorem habens, in verbo sua facilitate. numer.* 37. *Cod. de restitut. in integrum.* impossibile esset, quòd ex huiusmodi viuificationibus non læderetur publica quies, cum magno priuatorum incommodo, hinc Reges nostri semper, & vbique instissimi, agnoscentes se ad commune commodum in Reges constitutos nolentes alia vti potestate, nisi illa, quę legibus continetur per suas litteras vetauerunt suis Proregi-
144 bus, ne has prorogationes cum viuificatione concederent, † concessasque inualidas decreuerunt, vt refert Mastrill. *de magistr. lib.* 5. *cap.* 6. *numer.* 93. imo nuper vetauit ne aliqua prorogatio concederetur in instantijs causarum, ne lites perpetuo durarent, quod tamen temperandum fore non dubito, vel saltim facili negotio restitutionem concedendam dato iusto impedimento. Et in terminis prorogationis decennij, infrà quod tempus ex instrumentis executiuè agi potest, adsunt alię litterę datę Madrid die 8. Aprilis 1591. quas inuiolabiliter seruari testis est nobis idem Mastrill. ad Gregnt. *de censibus quæst.* 8. *numer.* 24. referens ità decisum prò D. Aloysia Mastrillo contra D. Paulum Gisulfo, Marius Muta *ad Rit.* 102. *Reg. Alfons. numer.* 30 *tom.* 4. Preses Rouit. *super pragmatic.* 1. *titul. de instant. caus. non rest.* licèt data iusta causa, non prohibeatur Prorex insufflare spiritum vitę instantijs iam peremptis, nec ex hoc dictis ordinationibus contrauenire diceretur, vti vsus docuit, atque obseruantia subsecuta optima rescriptorum interpre. Sunt autem iustę causę illę met, quę per DD. cumulantur, in terminis concedendę restitutionis; Et ita vidi per peritos ipsosque Iudices seruari in relationibus quę Principi fiunt, quas (causas fiscales) vocant, dum ei consulunt, quod non obstante peremptione ex causis iam dictis prorogationem concedat, addendo, quod teneatur infra certum terminum Iura sua experire, quod maximè procedit fauore personarum restituibilium, quę forte contra suos tutores, curatoresque facilè non possent habere regressum, de quo Mastrill. *decision.* 274. *num.* 26. Item vbi fuerit petita, antequam per partem fuisset deducta peremptio in iudicio; Etenim postquam fuerit deducta, non posset princeps ità de facili, & sine causę cognitione instantiam suscitare, sicuti dicimus de nullitate, quę vna vice quod esset deducta in Iudicio, non posset per Principem sanari, etiam si funda-

fundaretur super defectu eius assensus, qui de iure potest superuenire post actum, vt decidit Azeued. *in leg. 2. numer. 19. titul. 14. de las cedulas, y prouisiones libr. 4. tom. 2.* & in puncto instantiæ peremptæ idem D. Rouit. *loco allegato numer. 7.* & ita sunt intelligendi de nostratibus Giurba *decision. 36. numer. 11.* Mastrill. *decisio. 70. & decisio. 291.* vbi extendunt ad prorogationem termini contra fiscum ad fauorem Inquisiti, Castill. *decis. 11. num. 24.*

Sed quid in criminalibus perempta vna vice instantia Surd. *consil. 199.* affirmat contra Boss. & alios dissentientes; fundatur super absoluta potestate: Franch. *decis. 250. per tot.* videtur negare cuius decisio erit sequenda attentis prædictis.

An verò hæc viuificatio, vel simplex termini prorogatio possit per alios, quàm per Principem concedi, disputat ad partes Castillus dicto loco, & resoluit nemini hoc licere, nisi supremo Principi etiamsi aga-
145 tur de prorogatione † causarum in Curijs Ecclesiasticis vertentium, per rationes, quas adducit approbatas ex quotidiana consuetudine, quam decisionem notabilem existimo, & omninò sequendam, non obstāte reuocatione per alios Indices facta, de qua idem Auctor in additionibus noniter impressis, mentionem facit, vbi strenuè suam defendit decisionem, licèt negandum non sit, quin Iudex inferior non per viam insufflationis vitæ, sed via in integrum restitutionis, vbi iusta adsit causa possit lapsam instantiam reparare; ex Trentacinq; *resolutio. 9. de iud. lib. 2. &* Sforz. *quæst. 67. num. 12. & quæst. 32. num. 28.* vt ego vidi sæpius decisum; maximè pro meo nepote, contra D. Agatham Grimaldi de anno 1618. hæc enim viuificatio non est; sed causæ ad pristinum restitutio ob personæ priuilegium.

Fortiùs non licebit Principi elongare, vel reuiuiscere terminos conuentionales, aduersus priuatorum pactiones, sicuti esset, si vellet proroga-
146 re terminum ad redimendum rem venditam, † infrà certum tempus restrictum: ex quo cum pacto stādum sit, non est iuri, nec rationi consonum, citrà conuentionem, atque Ius emptoris hoc facere, iuxtà textum, qui ad hoc per nostrates allegari solet, *in l. si à te. 7. C. de pact. inter empt. & venditor.* vbi Diocletianus & Maximianus aiunt, *si à te comparabis is, cuius meministi, vt si intra certum tempus soluta fuerit data quantitas, sit res inempta, remitti hanc conuentionem rescripto nostro non iure petis*, vbi omnes magis communiter concludunt, hoc citrà iniuriam fieri non posse. Nec facit ad rem textus *in l. quoties. 2. C. de prec. Imper. offer.* vbi constitutum fuit, vt quoties rescripto Imperatorio moratoria præscriptio perimitur, aditus supplicanti pandatur; quia ille textus, vt ait Anton. Faber, aliter tendit, quam ad inducendam hanc prorogationem, cum è conuerso loquatur de restringendis moratorijs, obtentis per litigantes de negotio pendente, ille, inquam, *de error. decad. 25. error. prim. cum plurib. sequentib.* vbi aduersus Cagnolum *in l. 2. quæst. 34. C. de pact. inter emptor. & venditor.* Ostendit concedi non posse, non solum perempto iam termino post Ius parti quæsitum, & venditionem irretractabilem effectam; sed etiam durante ipso termino; quia sicuti per resuscitationem termini perempti tollitur Ius quæsitum; ità per prorogationem impe-
ditur Ius certò quærendum, quod debet haberi pro quæsito, vt in terminis Cardinal. Mantic. *de tacit. et ambiguit. lib. 4. titul. 31. num. 54. cum pluribus sequentibus.* Et ideo in causa Comitatus Nasi inter Don Hieronymum Ioppulo olim Comitem, & D. Flauiam Cibò, & Cottone præsentem, cum fuissent dicto de Ioppulo cum iniuria dictæ de Cibo concessæ plures prorogationes aduersus lapsum termini præcitati pro reuenditione dicti Comitatus, fuit demum commissa relatio negotij Illustri D. Ioanni Baptistæ de Blaschis Magn. Cur. Præsidi integerrimo, doctissimoque Viro, qui accersitis Aduocatis vtriusque partis, discussoque negotio, prout par est, & ipse absolute, remisit negotium Magn. Cur. prouidendum de Iustitia, per prius enim fuerant aliquæ concessæ, sub prætextu læsionis, & impedimenti vt refert Castil. *decisio. 218. à nu. 3.* quæ reuera cessabant.

Mos est enim in hoc Regno, quòd quando Domini Proreges ad importunas partis præces, vel ex alia causa aliquid contra Ius partis rescribunt, remittant
147 negotium in iustitia, † vt in terminis prouisionum ex gratia manatarum tradunt Intrigliol. *singul. 155. lib. 2. in fin.* Frideric. Campixian. *inter cons. diuersorum singulor. cons. 29. num. 9.* Castill. *decis. 16.* Mastrill. *decis. 178. num. 12. & decis. 228. per totum.* Giurb. *decis. 41. num. 6.* Cuius prouisionis efficacia talis est, vt ex ea sciamus intentionem Principis ita rescribentis esse, vt gratia ita demum firma sit, si de iustitia procedat; vt putà quia iustam habuerit causam illam concedendi; si verò iustitiæ aduersetur, quod irrita sit; quia iustum non est, quòd per Gratiam ius alterius lædatur, vt tractant Doctores *in l. Iustitia 10. D. de iust. & iur.* & modernissime Castill. *decis. 225. num. 3. & sequentibus.* Illud verò certum est, quod si gratia non fuerit obtenta; sed tantum petita; Princeps verò respondeat, quòd fiat Iustitia, quòd tunc clarè censeatur voluisse gratiam petitam denegare. Felin. *in capit. super litteris num. 10. de rescriptis.* Rota *in nouis decis. 28. al. ds 358.* alij per Mastrill. *decis. prædicta 228. num. 4.* Nec omittam, quod in prouisione, quæ fieri solet, quod Magna Curia prouideat, semper intelligatur inesse, prout Iuris est, vel de Iustitia, licèt quida n concinis meus solitus esset dicere, quod ex hoc efficiebatur alter Princeps, etiam quò ad signaturam gratiæ; quoniam in hoc apertè decipiebatur, vt est videre per Castill. *decis. 16.* & Franch. *decis. 700.*

Ex vna tantum causa huiusmodi dilatoriæ, respiratoriæ, siuè moratoriæ literæ concedi debent, si videlicet in venditione adsit enormissima læsio, quæ superet medietatem iusti prætij, iuxta terminos *l. 2. C. de rescindend. vendition.* Tali enim casu lex ipsa ha-
148 bet terminum pro prorogato, & effectum de temporali perpetuum, vt post multos decisum testatur Cæsar Barzius *decis. 123. num. 7. Rotæ Bonon.* Griuell. *decis. 74. Senatus Dolani.* Præses Anton. Faber *C. de rescindend. venditio. definition. 5. & C. famil. ercisciund. definition. 9. titul. 37. lib. 3.* Monach. *decisio. 55. numer. 32. in Lucens.* Add. ad Ludouis. *decis. 559. num. 8.* cum alijs per Castill. *decision. 218. num. 3.* ideo Princeps secundum Ius facit, dum terminum elongat; nàm, & si frustra precibus imploretur, quod de Iure communi conceditur *l. 1. C. de thesaur. lib. 10.* cum alijs per

Casanat.

*Casanat. consil.39.num.*53. quandoque tamen vtilius
est, pro se habere Principis prouisionem; quia ex
hoc non erit necesse venditori de læsione docere par-
te audita in iudicio plenario, nec via restitutionis in
integrum ad retrouenditionem admitti; sed tantùm
sufficiet, si tempore quo petatur, per viam extraiu-
dicialis informationis constet Iudici relatori, vel cui
negotium commissum est, vt cognoscat, debeat nè
prorogatio concedi, quod adsit læsio, vt vidi practi-
cari in dicta causa status Nasi, inspectis videlicèt fru-
ctibus, & prouentibus de tempore venditionis; qua
prorogatione obtẽta neq; Iudex adeundus est; sed suffi-
cit deposito pretio, intentare remedium. *Capituli Regni
sub Carolo* 214. & agere condictione illius Capituli per
viam iniunctionis ad retrouenditionem facien-
dam.

Quarè satis reuelabitur venditor ex dicta proro-
gatione obtenta; nec enim putes ità de facili doce-
ri posse de læsione, quando res inuenitur uendita,
cum pacto de retrouendendo; etenim uidimus quòd
hęc probatio quandoque contorquere fecit ingenia
quamplurium exquisitorum aduocatorum, ea ratio-
ne, quod hæc facultas redimendi variè æstimatur;
secundum morem quamplurium regionum; in Vr-
149 be enim, & sic apud Sacrum Auditorium Roma-
num æstimatur sexta pars, vt testatur Card. Se-
raph. *decision.*1063. *numer.*5, Merlin. vt infrà; alij ve-
ro ęstimauerunt valere quartam partem et apud Rotę
Bonon. *decisio.*123. *num.* 3. Merlin. *in decis. lucens.*331.
numer. 23. Apud verò Senatum Sabaudiæ tertia para
pretij, si perpetuum sit, alias minus, secundum tem-
poris præfinitionem, vt docet Anton. Fab. *in C. tit. de re-
scind. vend. definit.* 26. quod non placet Ioseph Ludou.
decis. Perusin. 97. vbi indistinctè, siue hoc pactum sit
temporale, siue perpetuum, siue breuè, siue ad lõgũ
tempus, tenet importare tertiam partem rei, vt si va-
leat absolutè vendita centum, cum adiectione huius
pacti dicatur valere septuaginta.

Quod, & in Lusitania seruari author nobis est
Anton. Gamma *decisio.* 138. vbi pluries refert deci-
sum, & de Regno Franciæ Tiraquell. *de retract. con-
uention. in præfat. num.*20. *& sequent.* quod apud nos e-
tiam receptum est, illa ratione quia res cum hoc pa-
cto dicitur minus valere vltra prædictos, & multos,
quos ipsi adducunt, videndi sunt Menoch. *cons.* 358.
*num.*26. Gemin. *de vsur. comment.* 2. §. 5. *numer.* 109.
plures alios refert Cened. *collect.* 28. *numer.* 4. & vltra
adduci potest Cardin. Mantic. *de tacit. & ambiguit. lib.*
8. *tit.* 20. *num.*47. & de Hispanis P. Molin. *de iustit. tra-
ctat.* 2. *disput.*375. *versic. cum vend.* Azor. *instit. moral.
part.*3. *lib.*8. *capit.*12. *quæst.*3. Valer. Reginald. *in prax.
fur. pænit. lib.*25. *num.*293. Valasq. *de iur. emphyt. quæ-
stio.*10. *num.*6. *& cons.* 60. *num.*10. D. Barbos. *in capit.
cum Ioannes* 10. *num.*7. *de fid. instrum.* idem Anton. Fa-
ber. *de error. decad.*25. *error.*3. *num.*17. Stephan. Gra-
tian. *discept.*786. *num.*17. quando est appositum in-
continenti; secus si ex interuallo, quia tunc tamquam
concessum ex gratia emptoris, non operatur hunc ef-
fectum, latè Anton. Faber *error.* 7. *decad.*23. verùm
illa distinctio Fabri de pacto perpetuo, & temporali
in Regno nostro quandoque fuit amplexa cum satis
æqua videatur, vt non vniformiter iudicetur hoc
pactum in casu vbi perpetuum est, & vbi temporale.
sed habito respectu ad tempus; quo enim breuius est
eò certè minoris valere debet. Et tantò minus valo-
rem diminuit; ideo optimè Mercurialis Merlinus, qui
omnes prædictas opiniones refert *lib.* 2. *tit.* 2. *quæstio.*
19. *num.* 21. *tractat. de legitima*, dicit omne id remitti
arbitrio Iudicis, qui consideret omnia prædicta, vt
Rota alias considerauit in alia *decisione Romana de
pirounnis* 31. *Ianuarij* 1611 *coram Coccino*, vbi con-
cilliantur aliæ decisiones Rotæ, quæ videntur sibi ad-
uersari super hoc puncto confirmat Castill. *decis.* 218.
*numer.*8. *tom.*3.

Secunda difficultas, illaque maior prædicta, quæ
solet occurrere, est circa æstimationem ipsius rei,
quando testes deficiunt, vel Iudex eis, prout sæpè
euenit fidem adhibere nolit propter copiam fallo-
rum testium, qui insurrexerunt his nouissimis tem-
poribus; nam tunc opus est, recurrere ad redditus
rei venditæ, iuxta instrumenta locationum de ea fa-
ctarum; In quo calculo duo occurrunt inspicienda.
Primum quantum sit in redditu, & quod tempus sit
attendendum circa locationes. Secundum ad quan-
tum pro quolibet centum debeant æstimari; nam si
sint bona feudalia vno modo, si allodialia, altero
modo appretiantur diuersaque methodo si sint feuda
dignitatum, vt purà Comitatus, Marchionatos,
vel similia, in his difficultatibus, illud primo cer-
150 tum est iustum rei valorem † effici per fructus 20.
annorum, si tamen respondeant ad quinque pro cen-
tum, iuxta Authent. *perpetua in verb. iusta Cod. de
Sacrosanct. Eccles.* quam in practicam deducit Cagnol.
in repet. l. 2. *num.*231. *versic. verùm quia Cod. de rescin-
dend. vendit.* & latè discurrendo Fontanell. *de pact.
nupt. claus.*4. *gloss.*18. *p.n.*1. 51. *&* 60. Mastrill. *decisio.*
286. *num.* 34. de quo tradidi bonam praxim, iuxtà
quam fuit me aduocante decisum in causa inter soro-
rem Catherinam Furno, & Elisabettam, aliasque so-
rores de Petrosino; quam cum alijs terminatis per
hæc suprema Tribunalia, Deo adiuuante, typis da-
bimus, si tamen aliquo casu, quod abominor, con-
tingat, nos hoc iusto desiderio defraudari, scias quod
fructus cumulandi in 20. annos debent iudicari, habi-
to respectu ad id, quod fructificauit res per annum
ante venditionem, per annum ipsum, in quo fuit
vendita, & per subsequentem, quæ si veniantur, &
ex eis capiatur tertia pars virilis, scietur verus rei va-
lor, multiplicando istam tertiam partem in alios vi-
ginti, ad tradita per Cardin. Mantic. *de tacit. & am-
big. lib.* 4. *titul.* 20. *num.* 11. Nec est omittendum,
quod illi tres anni debent iudicari, deductis omni-
bus expensis, si quæ fortè adessent, cum verbum fru-
151 ctus, ità capiatur vt significet illud, quod rema-
net, deductis expensis Mastrill. *decis.*112. *numer.*25.
Montan. ad Oliban. *par.*2. *lib. prim. cap.* 6. *num.*17.
Fontanell. & alij per me alibi adducti, quod maxi-
mè obseruandum est, vbi fundi locationes non ad-
sint.

In quantum ad secundum, non potest statui cer-
ta Methodus; nam quandoque vidimus vendi mul-
152 ta feuda dignitatum cum vassallis, ad quinque †
pro centum, quandoque ad quatuor cum dimidio,
vel minus, licèt non minus de quatuor ante no-

vltimam reformationem censuum ad quinque; post dictam verò moderationem prædiorum valor auctus est, adeò quod cum magna difficultate inueniantur ad rationem de quatuor, & hoc de feudis dignitatum cum Castro, & vassallis; vt tangit Castill, *decis.* 218. *num.* 8. *in fine*, quidquid dixerit Brunus, & Mantica per eum Citati *ibidem numer.* 7. sed de reliquis communis valor est ad quinque cum dimidio, si sint feudalia, vel ad minus quinque si verò allodialia vsquè ad septem, plus minus arbitrio Iudicis considerando distantiam rei venditæ à Ciuitatibus, & terris, habitoque respectu ad loca viciniora Vrbis, vbi residet Curia, Ex his patet, quam optimum consilium sit, prorogationem termini prædicti obtinere, ad hoc nè nodum hunc gordianum cogatur quis enodare, & quàm rectè Iudex, qui abbreuiandis litibus studere debet, faciet fauendo huic elongationi quandò adest læsio prædicta supra dimidiam, tàm si sit clara, quam si esset aliquatenus dubia, an superaret dimidium; nàm in dubio pro prorogatione debet inclinare, nè tollat Ius ei, qui agit de danno vitando, vt dicebat Dominus meus Præses de Blaschis in dicta causa Comitatus Nasi.

Illud, quod diximus, Principi interdictam esse prorogationem termini ad redimendum iam elapsi, extendendum est contrà tertium, putà creditorem
153 † cui dictum Ius fuit hypothecatum; si fortè per eum viuificatio petatur prò suo interesse ope restitutionis in integrum, vt fatetur Cagnol. *in d. l.* 2. *nu.* 120. *cum seq.* & Bimius *cons.* 281. *num.* 27. Giurb. *decis.* 90. *num.* 19.

Diximus terminos conuentionales ad differentiam iudicialium, sicuti est in nostro Regno terminus mensuum quatuor, datus per Ritum ad redimenda pignora stabilia, adiudicata parti, vel alteri licitatori, in odium debitoris, negligentis soluere; nàm in istis pronior esse debet Princeps ad prorogationem
154 † concedendam, sicoti quotidie experimur, ea ratione quia deficit pactum cum Iureiurando, & nulla alia ratio prohibet Principi, nè hoc faciat, nisi quod statuto ita cautum est, quod quidem beneficium per statutum inductum de facili per statuentem tolli potest, vel differri, vt suprà probatum est, maximè dum fructus interim emptor suos faciat, nec in sortem ei computentur, vt dicit clarè Riuus prædictus, & Muta ad eum *capit.* 112. *numer.* 52. *cum pluribus sequentibus*, & post Tiraquell. & Mantic. esse de Iure communi veriorem opinionem firmat Giurb. *decisio.* 92. *numer.* 10. consulitur autem emptori, si desideret rem tutam possidere, & non sub incerto, vt obtineat non prorogari terminum nisi eo audito, & postea docere, nullam adesse læsionem, & petere prorogationem remitti ad iustitiam, secundum praxim, quam habeo, & tunc Iudices si vident tanti rem venditam, seù distractam, quanti valet cum pinguevalenti, iuxtà Ritum; vel parum plus, non attento rigore pacti, quod vocant ad discursum, denegant debitori dilationem, vel moratoriam dicti termini, secus si plus valeat, nam tunc non habent rationem de ritu, & termino quadrimestri, qui fuit constitutus in casu vbi datur pinguevalens, & non stante pacto ad discursum.

Quod verò diximus de fructibus rei adiudicatæ nō est ità accipiendum, vt fructus omnes emptor lucrī faciat, sed tantum pro rata, inspecto tempore quo possidet, & ità hanc quæstionem mouet, & prò rata resoluit Ferdinand. Bonnarn. *super dicto Rit.* 112. & Marius Muta, qui eum insequitur *ibid. num.* 52. quorum opinio communiter recipitur.

Hæc sufficiant de Iure in requæsito beneficio Iuris ciuilis vel municipialis non tollendo; quæ sciam parum prodesse imposterum, si in suo vigore esset mansurum Regium decretum nouiter manatum, quo prorogationes omnes concedi prohibentur, vt supra *numer.* 144. tactum est, ideoque libenter ea subtraxissem, in hæc particula fuisset partim excussa, post eius publicationem, licet non immeritò ad pristinum omnia reuocanda quamplures existiment, qui consimilis ordinationis exitum antiquitus spectauerunt, an autem idem statuendum sit de
155 Iure quæsito in spe † videre consequitur, & in hoc regula sit tibi affirmatiua tàm in Iure quæsito ex dispositione hominis, quam ex dispositione legis, vel statuti, ità concludunt DD. relati per Gabr. *titulo de Iur. quæsito non tollendo conclus.* 1. *num.* 30. quem sequitur Fachin. *dicto capit.* 63. *versic. quarta quæstio est Controuers. lib.* 8. quodtamen non placet Azeuedo; Ait enim distinctione opus esse *in l.* 4. *libr.* 4. *titul. de las prouisiones*, scilicet quod regula prædicta tantummodo procedat, vbi agatur de spe dependente ex successione; secus verò vbi spes oriatur ex contractu; sicuti de spe debitum iri; quia tunc ex quo talis spes est certa, habetur pro re ipsa, vti nos superius firmauimus, cuius doctrinam non omninò spernendam putamus, imò amplectendam, prout eam post hæc scripta visus amplectitur Marta *de success. part.* 4. *quæst.* 4. *art.* 4. *nu.* 69. vbi multos allegat, maximè Peregr. *cons.* 8. *num.* 48. *lib.* 1.

Primum exemplum est de legitimatione natura-
156 li ad feudum in præiudicium agnati † in quo frequentior opinio Doctorum est affirmatiua, quam primò tenuit Glossa in §. *naturales. si de feudo defuncti fuer. controuers.* Alexand. *in leg. ex facto numer.* 33. *D. de vulgar. & pupill.* Dec. *consil.* 296. *numer.* 10. Socc. *in leg. Gallus.* §. *& quid si tantum numer.* 137. Arettin. *consil.* 164. Gabr. *consil.* 21. *numer.* 5. *volum. prim.* Vincent. de Ann. *in capit.* 1. *num.* 420. *de Vassall. decrep. ætat.* Leonius *consil.* 78. *numer.* 23. post Gozzadin. & Purpurat. & alios decisum refert Raudens. *decis.* 43. *numer.* 73. & reprobato Menoch. & Cesal, fuit decisum in Rota Romana diuersor. *par.* 1 *decision.* 368. post quos omnes P. Molfes. *ad cons. Neapol. par.* 2. *tit. de personis quæst.* 10. *num.* 23. Mangil. *de imputat. quæst.* 83. *numer.* 35. post mille Surd. *cons.* 1. *numer.* 28. *& seq. & nu.* 95. vbi dicit, hoc fieri posse; etiam non citatis agnatis, quòd consilium est solemne in hac materia, multosque pro hac sententia refert Riminald. Iun. *consil.* 765. *numer.* 33. Menoch. *consil.* 558. *nu.* 11. Bardellon. *cons.* 68. *nu.* 8. vbi hoc admittit, si expressè fuerit dictum de feudis antiquis; nàm si dubia essent verba, intelligeretur concessisse de feudis acquirendis, & nouis, vt post multos probat ipse dicto loco *numer.* 56. Peregrin. *de fideicomm. art.* 28. *num.* 44. *cum seq.* idem Surd. latissimè *consil.* 571. *nu.* 37. & hanc esse veriorem

profite-

profitetur Doctor Marta *de success︎.legal. part. 1.quæst. 18. art.3. numer. 19.* adducit rationem, quod liceat Principi tollere ius quæsitum, quando ipse fuit causa acquisitionis, & confirmat. *part.4. quæstion.4. articul. 5. numer. 32. cum sequentib. fol.91.* qui optimè loquitur, & nouissimè tàm in feudo, quam in emphyteusi Ecclesiastica post plures moderniores Dominus Mercurialis Merlinus *de legitima. libr. 1. titul. 2. quæst.8. numer.29.* vbi pluries in Rota decisum testatur Fachin. *dicto lib.8. controuers. cap.63. versic. quarta quæstio.* quorum opinio videtur contradicere prædictæ distinctioni Azebedi, de iure descendente ex contractu, & ex successione, dum feudi concessio inter contractus enumeratur, vt suprà *in discursu primo tract. prim.* traditum est, vndè agnati vocati ex tenore inuestituræ, videntur priuari iure non omninò incerto, sed certè non repugnant, quia licet contractus sit, attamen inter gratuitos enumeratur; & non inter onerosos, in tantum vt propriè dicatur beneficium, & tantummodo hoc habet de contractu, quod ex eo obligatur feudatarius præstare domino fidelitatem, & dominus ad non reuocandum, nulla causa subsistente, vt colligitur ex Claro §. *feudum quæstio. 59. incipit quæro an vassallus possit.* Rosentall. post plures *de feud. tom. prim. conclus. 2.*

Vnde licèt in terminis quæstionis, & in feudo antiquo liceat ne Principi in præiudicium agnatorum ille-
157 gitimum † habilitare per suum rescriptum, adsit alia classis Doctorum tenentium oppositum, quorum multos refert Fachineus *controuers. iur. libr. 8. capit. 50.* vbi ponit argumenta vtriusque opinionis, tandemque stat pro negatiua, & respondet supradictis, accedunt Cardin. Mantic. *de tacit. & ambiguit. lib. 23. titul. 12.* Lupus *de illegit. comment. 3. §. 2. num. 46.* Scrader. *de feud. part.7. capit.5.num.27.* Vulteius *eodem tractat. lib. prim. capitul. prim. numer. 45.* cum quampluribus per eum relatis Rosentall. *eod. tractat. capit. 7. conclusion. 19. litter. F,* Sonsbech *part. 9. num.7. de feud.* Menoch. *consil.202. num. 168.* Petra *de potest. Princip. capit. 32. numer. 16.* Augustin. Barbos. *in capit. tanta numer. 18. qui filij sint legitimi,* inter nostrates Petr. de Gregor. *in tractat. de concess. feudi part. 2. quæst. 10. numer.52.* post Afflict. *decis. 195.* distinguit inter feudum hæreditarium, & feudum ex pacto; vt in primo teneat legitimatio, in secundo minimè.

Ex quibus,& quampluribus alijs Auctoribus per eos adductis apparet, quam controuersa sit superior opinio, quæ hoc præcipuo fundamento conuellitur;quod hoc Ius agnatorum sit certum descendens ex contractu, vel quasi.

Attamen rectus Iudex non posset à prima opinione discedere, tàm attento numero, & authoritate eorum, qui eam tenet, quam responsionibus prædictis, solummodo hæc secunda procederet vbi de viribus
158 legitimationis dubitari contingat, † vt putà si dubitetur de intentione Principis, an voluerit agnatis præiudicare, tunc contra legitimationem ad fauorem agnati in inuestitura vocati iudicandum erit, iuxtà prædictum *consil.68.*Clariss.Bardelloni; & ratio est, quia prima opinio tanquam exorbitans, & præiudicialis, debet tantummodò procedere,quandò verba legitimationis sint clara, & non patiantur obiectum, ex defectu intentionis legitimantis, vel Patris impetrantis.

Ad terminos autem fideicommissorum ex testa-
159 mento relictorum, † exclusionisque substituti videtur, quod standum sit regulæ, & in hoc non contradicit Azebed. imò assentitur, vt in puncto firmauit Honded. *consil. 59. numer.20. libr.2.* qui veteriores interpretes adducit, quos consultò omisi, Rusticus *ad leg. cum auus. lib.2. capit. 15. numer. 140.* Mantic. *de coniectur. libr. 11. titul. 11. numer. 10.* Trentacinq. *de substitut. part. 4. capit. 7. numer. 50.* Peregrin. *de fideicommiss. quæstio.23. num.68.* Fusar. *eodem tractat. quæst.408. num.141.* Idem Peregrin. *decis.10.numer.10.* ex nostris Intrigliol. *de substitut. cent.3. quæst. 65.num.88.* Io.Franc. del Castill. *decis.70.numer. 13.* qui dum præsentibus postremam manum imponeret ad officium Magistri rationum fuit ex meritis euectus, Ferrer. *in constitut. impuber. gloss.6.nu.77.& 102.* Schenard. *cons.47.* quos citat idem Castillus moderna additione.

Limitatur tamen secundum aliquos prædicta conclusio, vbi in fideicommissi institutione filij essent vocati, vel positi in conditione sub qualitate legitimitatis, & cum clausula, de corpore legitimè descendentes, tunc enim non admitterentur legitimati per rescriptum, quia illa efficere non potest, vt dicantur descendentes ex corpore, & ex legitimo matrimonio, vt affirmat Bald. *in l.gallus §.si eius,* & ibi Angel.Imol. & Aretin. Socc. Sen. *num.6.* Brun. *num. 34. D. de liber. & posthum.* cum mille per Riminald. Iun. *cons.46. numer.47. lib. prim.* vbi testatur ter decisum Decia. *cons. 42. num.27. lib.1. & cons.88. numer. 11. & 24. lib. 2.* Menoch. *cons.20. num.27. & cons.173. num. 71.* Surd. *cons.1. num.97. & cons.456.num.9.* Oddo de compendios. substit. *par.6.art.6. dub.4.nu.6.* vbi dicit quod àb hac opinione nec iudicando, nec consulendo recedit potest Crass. §. *fideicommissum quæst. 38. nu. 5.* Trentacinq; in loco proximè citato *num.54.* Intrigl. *ibi nu. 42.* Gallus *de success. excep.27. num.152.* cum alijs per Mart. *quæst.18. art.8. num.8. & num.27. par. 1.* qui videtur extendere, etiam in legitimato per subsequens matrimonium; & ità in specie,de qua quæritur videndus est etiam Anton.Fab. *de error. prag.decad.35.error. 6. num.9.* Ex illa potenti ratione, quod attentis verbis prædictis,excludatur etiam legitimatus per subsequens matrimonium, vt diximus ex Marta cui addi potest Surd. *decis.319. num.5.* Molfes. *ad cons.par.2.quæst.10. num.9. tit. de personis.*

Quam tamen limitationem intelligas, nisi Princeps ità legitimationem concipiat, vt velit hos legitimatos
160 † succedere in bonis sub huiusmodi conditione relictis, tanquam si ex legitimo matrimonio essent procreati, iuxtà doctrin. Alex. *cons.2.in primo.* Socin. *cons. 3.in 3.vol.* Dec. *cons.316. & 624.* Ruin. *cons.165. in 2.dub. vol.2.*& idem Ruin. *cons.76. n.12. in 3.* Gozad. *cons.25.* Afflict. *in §. natur.n.66.* Paris. *cons. 1.vol.2.* Colleg.Patauin. inter cons.Mantuæ *cons.191.lib.1.* Cephal. *cons.103.n.4.* Marzar. *de fideicom. par.2. q.30.* Roland. *cons.83. num.19.in 3.vol.* Gabr. *cons.21. nu.35. vol.1.* Bursat. *consil.18.num.6.& 10.* Bertazol. *cons.21.n.35.*

in Ciuilibus, Peregrin. *de fideicommiss. art. 23. num. 21.* Intrigliol. *centur. 3. quæst. 51. num. 13.* Ea ratione, quia licet Princeps vere, & secundum naturam non possit efficere, vt iam nati ex legitimo matrimonio illi, qui ex illicito coitu oriuntur: attamen hoc potest facere de Iure, videlicet vt cum effectu pro talibus habeantur. Hęc fortius procedunt, quando legitimatio est obtenta per Summum Pontificem, qui etiàm in radice matrimonij dispensare valet, vt Intringliol. ibi extendit, ac etiàm Vincentius Fusar. *de fideicomm. d. quæst. 408. num. 18.*

Quod autem liceat Santissimo dispensarẽ in radice
161 matrimonij, † etiàm quòd exinde oriatur præiudicium agnatis, vel vocatis, concordant omnes Doctores, inferiùs adducti, qnòd, tunc euenit, quando validat matrimonium nullitèr contractum, vel dispensat impedimento per prius non cognito, declarando, prolem susceptam, vel suscipiendam legitimã esse: cuius declarationis formula transcribitur per Rotam *decis. 687. à numer. 14. tom. 2. part. 2. in collectis* per Farinat. quas recentiores appellant. Sancez *de matrim. lib. 8. disput. 3. num. 14. & 22.* Barbos. *in capit. per venerabilem num. 5. qui filij sint legitimi*, in quo casu licèt Summus Pontifex non se impediat, vel quia de hoc non agat: vel (vt aliqui malè aiunt,) quia non valeat, circa successionem: attamèn declarando matrimonium ab initio validum, in consequentiam reddit eos successibiles, quia non potest separari effectus successionis à legitimitate: Hoc verò ei permissum est etiàm in terris Imperij, ità ait Abbas *in cap. per venerab. num. 22.* Præpos. *num. 74. dict. tit.* Couar. *de sponsal. part. 2. cap. 8. §. 8. nu. 13. & §. 2.* Clar. *in §. feudum quæst. 82. ad fin.* Ludouic. *comm. concl. prim.* Gomez. *in l. 9. tauri. num. 55.* Mantic. *de coniectur. lib. 11. titul. 12.* Tiraquell. *de iure primogenitor. quæst. 34. & quæstio. 40. num. 112. & in l. si vnquam gloss. susceperint liberos. nu. 64. 72. & 95.* Cened. *collectan. 68. p. 2.* Berengar. *in l. in quartam D. ad l. falcid. num. 51.* Thesaur. *decis. 84. & decis. 199.* Raudens. *de Analog. cap. 36. num. 128.* Bertazol. *cons. 52. num. 14. lib. 1.* in Ciuilib. Caualc. *decis. 33. par. 3.* Carpan. *ad statuta Mediolani p. 1. c. 456. n. 126. tit. de legitim.* Surd. *cons. 213. num. 17.* Lancellot. Gallia *cons. 122. per tot.* Ioseph Gonzales *variarum quæstionum cap. 38. num. 18.* Lupus *de illegitimis comment. 4. §. 1. n. 57. & §. 3. num. 14.* Laderch. *cons. 24.* Mangil. *de imput. quæst. 81. num. 104.* Guttier. *de matrim. cap. 74. num. 33.* Garz. *de nobil. gloss. 21. numer. 13. & 62.* Bamb. *in cap. naturales. quæst. 20. tit. si de feud. fuer. controuers.* Rosentall. *de feud. tom. 1. cap. 7. conclus. 18. numer. 1. lit. A.* Portoles in scholijs ad Molin. *verbo, Rex n. 11.* Molin. *de iust. disp. 172. tom. 1. & to. 2. tract. 2. disp. 475.* Calist. *de lege regia §. 29. num. 20. litt. B*, qui allegat quamplures alios Ludouic. Molina *de primogen. lib. 3. cap. 2. n. 12.* Peregr. *art. 24. n. 77.* Caldas de Pereira *de nominat. emphyteus. quæst. 21. nu. 51.* Enriquez *in summ. lib. 11. c. 20. § 2.* Sayr. *de censur, lib. 6. c. 11. n. 6.* Sances *de matrim. d. lib. 8. disp. 7. num. 4.* Rot. prædicta apud Farinat. *decis. 687. par. 2.* August. Barbos. *in cap. per venerabilem num. 4. qui filij sint legitimi*, ex Siculis Intrigl. conciuis meus *decis. 35. nu. 52.* Iuxtà quę vidimus quandoque in Regno decisum in causa Baronię Vallis Currẽtis prò Don Laurentio Ioenio Marchione Iulianę contra Dominam Ortecam Lanza Principissam Trabię, & discussum inter Marchionem Sanctæ Crucis Siculum, & Lucium Bell'homo

Extenditur hæc conclusio, etiam si dispensatio Pon-
162 tificia superueniat, mortuo vno ex coniugibus, † si tamen is, qui superest dispensationem petat Puteus *decis. 483. num. 3. lib. 2.* Gonzales *super regula 8. Cancellariæ gloss. 5. num. 9. & 57.* Gratian. *disceptat. 138. num. 48.* Rota *dicta decis. 687. num. 13. par. 2.* Barbos. *in dict. cap. per venerabilem num. 6. & in cap. tanta num. 9. qui filij sint legitimi*; nec contrà prædictos in principali conclusione citatos faciunt Peregrin. *consil. 1.* & Iacob. Gallus inter eius consilia *consil. vltim. lib. 3.* ambo in causa illa grauissima Comitatus desuentes, quia sunt intelligendi iuxta casus in quibus consuluerunt, videlicet vbi filij non fuerunt concepti in figura matrimonij; verum enim verò quoties proles non est su-
163 scepta in figura matrimonij, † quæsitio est multum dubitabilis, quòd imò non proficiat dispensatio super radice, vt apertè sensit Rota *in decis. 174. post lib. 2. Consilior.* Farinat. & in alia in impressis sub nomine Cardinalis Ludouisij *decis. 19.* Ea præcipua ratione, quod dispensatio super radice supponit matrimonium licèt inualidum, & vbi non adest intuitus, & figura matrimonij, non potest tractari de nullitate, vel validitate, quia dispensatio dum trahitur retro ad tempus conceptionis debet inuenire terminum habilem, qualis non est vbi matrimonium neque putatiuum aderat; sicuti erat casus, vbi consuluerunt Peregrin. & Gallus dictis locis superius citatis; Et quatenus contrarium sensissent, non essent attendendi aduersus prædictorum Patrum, & Doctorum auctoritatem, & opinionem.

Item non procedit dicta conclusio, vbi neque actu, neque habitu inter parentes poterat matrimonium consistere, puta si proles esset adulterina, iuxta ea, quæ tradit Thesaur. Iunior. *quæstio. 22. numer. 18. in p. forens.* & in addit. ad patrem *decis. 196. littera D,* Paschal. *de virib. patr. potestat. part. 2. cap. 4. à numer. 70.* vbi extendit cum Thesauro dicto loco etiam si primum matrimonium declararetur nullum, iuxtà quæ refert decisum Thesaur. filius *in dicto scholio ad patrem litt. D.*

Et in his casibus de stylo cancellariæ solet apponi in rescriptis clausula, quod de nouo contrahant, cuius clausulæ talis est effectus, vt vbi legitur non dicatur dispensatum super radice, signum est enim, nullam adesse radicem, sed nouum esse matrimonium contrahendum Sancez *de matrimon. libr. 8. quæstio. 7. numer. 20.* Guttier. *eodem tract. cap. 74. num. 3.* vbi post relatos omnes recentiores, decidit, quod huiusmodi filij ita dispensari non succedant in feudis, & maioratibus.

His ità fundatis, non obstat illud quod ex aliquibus nos suprà terigimus, videlicet quod Pontificia dispensatio non extendatur ad bona feudalia sita in alieno territorio. Quia respondet, & benè D. Augustin. Barbos. *in tractat. de offic. & potestat. Episcop. parte tertia, allegation. 84.* quod Pontifex decernendo prolem legitimam, non iubet bona restitui, & sic non præiudicat domino territorij, vbi sita sunt bona.
164 de hoc enim coram eo non agitur, † sed illud facit;

nè

nè isti filij patiantur controuersiam respectu illegiti-
mitaris, tam per viam agendi si conueniantur tam-
quam possessores; quam per viam excipiendi si agant,
& hoc eis obijciatur ad doctriuam Innocent. *in cap.* 1.
qui filij sint legitimi, renetur enim Iudex laicus filium
pro legitimo habere, & non pati vt ei refricetur de le-
gitimitate quæstio, si anathemaris pænam vitare cu-
pit, vt firmat Morla *in emporio tit. de iurisd. omn. iudic.
num.* 164. & 167.

Sir ergo conclusio, quod liceat Principi derogare
Iuri quæsito spe, siuè illud oriatur ex successione, siue
ex sententia, siue mauis ex re iudicata, vel contra-
ctu; nisi tamen talis spes sir ità certa, vt non nisi
dilatio temporis intercedat inter rem, & spem, quia
tunc habenda est pro re ipsa, adeo vt includatur sub
conclusionibus firmatis de non tollendo Iure quæsi-
to re.

Prosequendo tamen materiam derogationis Iutis
iu spe quæsiti, quamplura alia possunt afferri exem-
pla, in quibus Principi licitum est in modico parti
præiudicare, per ea, quæ post alios tradit Fachin. *d.
cap.* 63. *ad fin. controuers. lib.* 8. qualia sunt illud de
165 conualidatione processus † nulliter facti, de quo
per Mastril l. *de magistrat. lib.* 3. *capit.* 4. *numer.* 37. &
49. intelligeudo, quando adfuit citatio, & defectus
versautur circa alia solemuia iudiciorum; quia; ut ali-
bi diximus, nullitas ex defectu cirationis est insauabi-
166 lis, quia citario est de Iure Diuino † cui Princeps non
dispensat, Alex. *in l. si pacto quo pœnam, numer.* 4. & *Ia-
cobin. num.* 6. *C. de pactis* Grammat. ad Afflict. *decisio.*
361. & licet contradicant Tellius Ferdinandus *in l.* 3.
tauri part. 2. *num.* 9. *in fine*. Azeued. *in l.* 2. *numer.* 19.
tit. 14. *lib.* 4. *legum fori*. Attamen nou recedo ab opi-
nione Mastrilli cui addo Surd. *consil.* 252. *num.* 14. &
coutrarios intelligo procedere vbi nullitas esset in iu-
dicium deducta; quia tunc quæstio esset dubitabilis,
vt supra meminimus dixisse, licèt contra in termi-
nis defectus citationis viderim decisum per M. C. &
Consistorium conctà quemdam de Malaci. Ex ea ra-
tione, quia citatio potest omitti, vbi citatus nil ha-
bebat adducere, quod ego nunquam facerem, quan-
do comparens venit impugnando citationem, de
quo Cancer. *lib.* 3. *variar. capit.* 16. *numer.* 114. post
multos, quos allegar, & pro colore suæ impugna-
tionis aliquid adducar, nisi essemus in casu, vbi actor
replicaret de capitulo Ferdinandi, quod nullitas vide-
retur cum meritis.

Item si dispenset circa ordinatoria Iudicij quæ me-
diante rescripto Principis possunt omitti, & ratio est,
quia potest mandare vt procedatur velo leuato ex ar-
167 rupto, † vel per viam relationis, parte audita, & da-
to competenti termino, vt profitentur Abb. & Cæte-
ri Canonistæ *in cap. cum inter. de exception.* Anton. de
Butr. *in consil. vltim. num.* 22. Et videmus quotidiè ser-
uari in quampluribus causis, grauis præiudicij, nulli-
tatis decretorum, & aliorum casuum, vbi videtur
Principi celeritatem requiri: vel quia agnoscit ali-
quem Ius fouere, cum ipse dicatur habere iura
in scrinio pectoris; vel quod Reus petat dilationes,
seu terminos ad meram calumniam; tunc enim sine
metu nullitatis processus, vel sententiæ, mandare
potest, vt omittantur Surd. *dicto consil.* 252. Crauett.
prò genero *num.* 211. Regens de Ponte *decision.* 33.
hæc enim tamquam Iuris positiui possunt etiam in
totum derogari quod vtinam facerent Princi-
pes.

Et fortius vbi causa agitetur coram ipso Principe,
168 eiusque supremo † Consistorio, in quibus termi-
nis loquitur Belluga *in speculo rubric.* 11. §. *restat. num.*
4. *vers. Iuris ordinem* Calistus *de lege regia.* §. 23. *num.*
8. *litt. V.* Octauius Glorit. *consil.* 10. *numer.* 142. *cum
seq.* Ioseph Ramon. *consil.* 45. *numer.* 10. iuxtà quæ vi-
dimus quandoque seruatum inter D. Antonium Spa-
rafora, & Principem Buccherij in materia petitionis
dotium; fuit etenim per viam relationis factæ per ali-
quos de Consilio Domino Proregi terminatum, quòd
Princeps Buccherij teueretur soluere quasdam do-
tes; nulla habita ratione certarum adiudicationum,
quæ obstabant, pro quarum dotium recuperatione
forsan opus fuisset trina senreutia, à qua dum ad
eundem Dominum Proregem fuisset petita reclama-
tio, commissaque ex gratia relatione alteri Consi-
liario ex supremis fuit confirmata prouisio prædicta
quod certè fuit magnum facinus, & Consilium præ-
stitum cum multo sale, ex quo dum Buccherij Prin-
ceps esset ciuis Messauensis, prætendebat, & iustè,
primo aspectu quod deberet ibi causa agitari, & non
præiudicari Vrbi tam benè meritæ, auferendo de
facto primum, & secundum iudicium causarum,
quod tamen Vrbs prædicta non malè tulit, habuit
enim pro vero, quod Prorex noluerit ei præiudicare;
sed alijs inconuenientibus mederi, auocando ad
se causam; non vt agitaretur in tribunalibus,
sed coram seipso, de qua etiam dum Domino
Prorex Messanę moram duceret cognitum
fuit.

Ideò nulla iusta causa interueniente, secus serua-
tum vidimus; nàm, & si ad relationem Illustr. Con-
sultoris Excellentiæ suæ fuerir taxata quædam dos
de paragio ad fauorem Comitis Sancti Caroli con-
tra Baronem Gratterij, commissa relatione eodem
modo vt suprà dictum est, fuit reuocata, nè prop-
ter immodicam celeritatem partis alteri iniuria in-
ferretur, subuertendo solemnia iudiciorum nulla
iusta causa de medio existente de anno 1627. Taxa-
tio enim dotis de paragio, & si possit etiam parte
ineitata obtineri, attamen quoties baro preuenit,
petens se citato fieri, tenetur iudex eum citare,
& citando pati, vt de oneribus, & valore feudi di-
scutiatur, quæ sunt duo estrema huiusmodi quæstio-
nis, vti practicamus.

Diximus, si causa agitetur coram eodem Princi-
cipe; nàm quandoque Princeps decisiuè rescribit mo-
tu proprio, nulla accedente relatione alicuius de
consilio, aliquando decretum fit ad relationem; &
inter vtrumque casum magna est differentia; etenim
in primo casu nullum datur remedium, nisi ipsemet
169 Princeps † reuidere velit sententiam modo prædicto
à se latam; ex gratia, iuxta textum *in l.* 1. *D. a quib.
appell. non licet* Innocent. *in cap. tum ex litteris num.* 3.
verb. supplicationem de restit. in integr. Anton. Faber. *in
C. tit. quor. appellat. non recipiunt definit.* 4. *num.* 6. In
secundo verò potest obtineri, vt committatur alteri de
Consilio, ad hoc vt eodem modo referat, vt quotidiè

quo ad fructus receptum est, vt alia læsione opus sit, quàm illa, quæ aliquid vltrà dimidiam excedit, quidquid sit de iure communi, iuxta latè tradita per Molin. *de rit. nupt. lib. 3. q. 96. per tot.* vbi omnes citat. Exemplum, si fuerit vendita res, quæ esset valoris vnciarum quatuor centum pro pretio vnciarum nonaginta nouem, cum accollatione aliarum vnc. 200. nam minuto pretio rei in illis ducentis accollatis, dum res adiudicata remanet valoris ducentarum vnciarum, & apparet distracta pro 99. resultat euidenter læsio enormissima in vncia supra medietatem.

Quæ quam distet à computo, quod alij faciunt, nemo est qui non videat; nàm si in casu prædicto vnc. 200. accollatæ iungerentur cum pretio importante vnc. 99. non adesset læsio, quia res valens quatuor centum, esset vendita pro vnc. 299. Hæc posui, quia Castillus *decis.* 14. & Mastril. *decision.* 33. *&* 247. Giurba *dicta decis.* 105. vel quia habuerunt rem pro indubitata, vel aliter, omiserunt ponere hanc praxim; vndè sæpiùs super hoc vidi Iudices dubitare, & partes cruciari, cum hac verò praxi vidi sæpius decisum, & ego obtinui anno. 1616. pro nepote contra Alexandrum Rizari referente D. Ioppulo *adde Castil. aliam decis.* 127.

Extenditur etiàm hoc remedium ad casum, vbi secundum decretum fuerit per debitorem tacitè vel expresse approbatum † cum suppletione pretij nam,
182 adhuc remaneat læsio, æstimato dubio litis euentu; conceditur remedium prædictum, vt testatur Giurb. *dicta decis.* 105. *num.* 11. *&* 12. & nos nouissimè vidimus pro Aloysio, & Ioannella Zaccho contrà hæredes cuiusdam manentis, de anno 1623. referente Spect. de Fimia, & de anno 1628. sub die 15. Decembris pro Francisco Cannata contra Gasparem Santo Nicola; & Michaelem Nani, & post hæc scripta me patrocinante, prò Syluio Bonaiuto contrà Scipionem Gaetano super carceribus VrbisCatanæ in qua interuenit illustr. Præses de Blaschis.

Quæ intelligas procedere, quando adesset simplex approbatio; etenim si fuerit transactum super nullitate, & læsione adiudicationis, & facta remissio, vel donatio animo verè, & realitèr donandi, & remittendi superfluum valoris, cum clausulis translatiuis dominij, tunc aliter tenendum est; nam quia incipit valere in vim pacti, & possidens possidet ex transactione, & nõ ex decreto, non potest agi remedio prædicto; sed opus est rescissoria; ad tradita per Crauet. *consil.* 29. Lancellor. Gallia *cons.* 81. *n.* 22. *& sequent.* & in casu prædicto solet Princeps remittere negotium M. C. de institia, vt testatur Mastrill. *decision.* 228. *num.* 21. *&* 22. & vidi decisum prò Don Hieronymo Stilla contrà Raphaelem Muzzicato, de anno 1620. referente Domino Ortulano, & in alia pro Don Petro Giglio, contrà Don Carolum Tagliauia, & aliàs sepius.

Dixi, si verè, & realiter voluerit remittere, & donare, quia non sufficiunt clausulæ illæ, & quod plus,
183 est, donar, † sed necesse est, vt constet de animo donandi, vt habui ex Decio *consil.* 180. *num.* 7. *vers. & primo non obstat.* Vincent. de Franch. *decis.* 119. *num.* 11. Seraph. *de iuram. priuileg.* 20. *num.* 13. Tusch. *verbo, liberatio: conclusion.* 355. Petr. Luna inter cons. diuersor. Siculor. *cons.* 46. *num.* 31. *&* 34. vbi ex hoc infert, non posse de læsione agi, allegat Mand. *cons.* 11. *nu.* 6. Hond. *cons.* 42. *n.* 23. *lib.* 1. Franch *dicta decis. & alios DD.* quibus accedit Gottierez *in Auth. sacramenta puberum n.* 10. Molin. *de ritu nuptiar. lib.* 3. *q.* 96. *n.* 39. *fol.* 364.

Hoc verò remedium potest implorari à quolibet
184 tertio † ad fauorem sui debitoris, vt locupletior effectus, possit sibi satisfacere; & ratio est, quia; & si iudicetur quodam mistum inter nullitatem, & rescis-
185 sionem attamen potiùs accedit nullitati, † & ità passim iudicari vidi, licet Anton. Faber. *de error. pragm. decad.* 1. *error.* 5. *num.* 5. teneat, quod etiam tertius † pos-
186 sit intentare prò suo interesse remedium *l.* 2. *Cod. de*
187 *rescind. vendit.* sicut dicimus de creditore † exercente pactum de retrouendendo, factum ad fauorem sui debitoris, pro confirmanda sua hypotheca, vel prò alio effectu, vt discutrit Rodericus *de ann. reddit. lib.* 2. *q.* 17. *n.* 3. *vers. in contra. & q.* 16. *n.* 46. Mastrill. *decis.* 33. & in hoc Regno fuit per pragmaticam, sanctionem, statutum inter edita per Comitem Castrensem, de cuius doctrinæ veritate maturius cogitandum est.

Hoc vnum non taceam prò opinione Fabri, quod ratione correlatiuorum videtur, posse per tertium †
188 agi conditione *ex d. l.* 2. *C. de rescind. vendit.* dum cõtra eum si possideret, intentari potest, vti pro indubitato est, apud Ceuall. *quæst.* 443. *num.* 6. *commun. contra communes, & q.* 462. Caball. *cons.* 145. *num.* 86. Mastr. *dicta decis.* 33. *in fine* in nouiter impressis Veneriæ & Giurbam *d. decis.* 105. *n.* 15. *&* 16. & credo quod ex ista ratione mota fuerit, quandoque M. R. C. ad concedendum hoc remedium tertio, prout nouissime vidimus decisum prò Principe Campi Franci contra Marchionissam Lucæ, post hæc scripta.

Hæc vero prouisio quia à solo principe potest concedi, ideo factũ est vt nonrefragantibus cuiuscumque Ciuitati priuilegijs causa coram eo debeat agitari, imo quod fortius est etiam si exemptæ personæ conueniantur puta Ecclesiæ, non exhoc solo, sed quia exceptio est, & per viam exceptionis trahitur ad secularia tribunalia vt alibi dixi.

Quintum potest addici de commissione possessorij
189 recuperandę etiam cum priuilegio ritus vnà cum † meritis, iuxta tradita per Surd. *cons.* 166. *& cons.* 252. *numer.* 14. Neuizan. *consil.* 97. Thesaur. *decis.* 15. Muta *ad Rit. Sicil.* 135. *n.* 105. Crauett. *in resp. pro genero nu.* 139. Fachin. *lib.* 8. *contr. c.* 8. Menoch. *cons.* 742. *in fin.* Barbos. *in l. de si vi. n.* 166. *D. de iudic.* Marches. *de commiss. part.* 1. *cap* 21. *n.* 97. *& seq. fol.* 243. Fusar. *de fideicomm. q.* 613. *num.* 25. vbi loquitur stante æquitate, quæ seruari solet in terris Ecclesiæ Augustin. Barbos. *in cap.* 2. *num.* 2. *de caus. possess. & propriet.* vbi probat Grammat. & Gabrielem, qui contrarium visi sunt tenere. Et fuit in his supremis Tribunalibus pluriès decisum, maximè inter illos de Lerici, & Thomao, ea præcipuè ratione, quod possessorium est modici præiudicij, estatque meum responsum, vbi quamplures Rotæ decisiones afferuntur pro Fisco Dominis Regis contra D. Caterinam de Gantes.

Quod ita demum concedi per principem solet, si ei saltem semiplenè seu per fumum, vt aiunt, constet, quòd possessor ius foueat in meritis, vel vbi agenti possessorio ius, vel præsumptio resistat.

Hęc inter priuatos, cœterum in causis fiscalibus pronior est, princeps ad hanc concessionem, non solùm quia contrà fiscum agi non potest spolio, † vt fir-

firmat colleglum Patauinum intèr consilia Peregrin.
cons.2.num.16.tom.primo Medices*cons.1.à n*.8.sedetiam
191 quia possessoriæ causę contra fiscum sunt mistæ, † vt
post alios probat Glorit.*cons.10.num.142.cum seq.*cum
mille per me adductis in d. resp. prò Domiuo nostro
Rege contra D.Catherinam Gnates, de Sau Martino.

Concedit etiàm Princeps, & hoc sextum, vt nō ob-
staute pacto facto cum creditore, vt aduersus eum pe-
rentem creditum nulla exceptio, vel defensio opponi
possit, quod pactum de non opponeudo vocamus,
192 andiatut † debitor in eius iuribus in tela iudicij exe-
cutiui, quæ alioqui reseruari debuissent in iudicio ple-
nario causæ oppositoriæ.

Hoc decretum tripliciter formatut, vel quòd idem
Iudex, coram quo causa agitatur prouideat atten-
ta realitate negotij, vel quod debitor andiatur in Iu-
ribus suis non obstante pacto, vtrumquæ æquum, si
agarut de amittenda solutione contenta in apodixa;
quæ non æquiualet probationi per instrumentum, vt
possit instrumento opponi, vel vbi ageretur de ad-
mittenda compensatione, vel aliqua exceptione no-
toria, & irrefragabili; quæ tamen non æquiualeret in-
strumento, vel tandem vbi constaret de aliqua frau-
de, vel deceptione admissa in perniciem alicuius sim-
plicis.

Cæterum si concederetur ad probandas exceptio-
nes per testes, vel ad instantiam Baronis prætenden-
tis subiugatione non afficientes magna ex ea resulta-
ret iniquitas, ideoque dum aliquando ad instantiam
quorundam potentium fuisset obtenta vidimus eam
reuocari, quia non ad eorum subleuamen, sed potiùs
pauperum, & simplicium hominum introductum fuit,
adiuandi gratia eorum facilitatem; vt in simili loqui-
tut Alex. *cons. 1 lib.6.*

Tertio modo formatut, vt Iudex referat ante deci-
sionem causæ, qui modus nouissimè post hæc scripta
in vsum venit, & mihi satis arridet.

Demùm in materia potestatis principis reuocatur
193 in dubium, quid ipse possit † circà beneficia, offi-
cia, aliasque gratuitas concessiones, siuè priuilegia,
per eum, vel per eius prædecessores concessa; an vide-
licet licitum sit ei, illa reuocare ad libitum nulla cau-
sa requisita, & constituo regulam affirmatiuam cum
Bal.*in l.qui se patris nu.*14.*C. vnde liber.*Angel.in *l. An-
tiochensium C.de priuileg.creditor.*vbi quod iusta est cau-
sa, dum ipse concessit, *ad text.in l.qui fundus 9. C. de
omn.agro.desert.lib.*11. Paul.de Castr.*in l.digna vox. C.
de legib.*Roman.*cons.*463.Felin.*in cap.quæ Ecclesiarum
num.*51 *extra de constitut.* Soccin.*consil.*87.*numer.* 12.
*vol.*3.Curt.Iun. *cons. primo num.* 24.Crauett.*cons.* 33.
*numer.*22.*&* 28.Zas.*in l.princeps num.*16.*de legibus.*Af-
flict.*decis.*128. Grammat.*decision.*46.*num.*15. Capic.
*decis.*121.*numer.*16.*& decis.* 116.*num.* 1.Roland. *cons.*
66.*numer.*8.*lib.*2.*& cons.*13.*numer.*3.*lib.*3. Dec. *consil.*
604.*numer.*9 Ruin.*cons.*29.*numer.* 8.*libr.*1.Natt. *cons.*
511.*num.*3.*& consil.*657.*numer.*5.Bellon.*consil.* 178.
*numer.*9.Grat. *consil.*9.*num. primo* Ias.*cons.*56. *vol. pri-
mo* Menoch.*cons.*350. *num.* 11.Carol.de Tappia *in l.fi-
nal.cap.*9.*num.*56.*part.*2.*de constit.Princip.* Octau.Glo-
rit.*respons.*6.*num.*3.Suarez *allegation.*9. Neuizan. *cons.*
11.inter consilia Bruni Conrad.*in templo omn.Iud.cap.
primo* §.3.*vers.Octauo infertur.num.*5.*&* §.5.*vers.Octauo
è conuerso num.primo* Villadiego in *Prologo de fuero Ius-
go gloss.1.*23.*numer.*56.Molin.*de Hyspan. primog. libr.* 1.
*cap.*8.*num.*30.*& lib.*4.*capit.*3.*num.*8.20.*&* 23.Burgos
de Paz *in proemio l. Tauri nu.*325.Petra *de potest. Prin-
cipis cap.*24.*num.*218.*&* 225.Marta *de iurisdit. part.* 4.
*cas.*190.*num.*10.Sistin.*de regal.lib.*1.*cap.*6.*à nu.*3. Can-
194 cer.*variar.resol.p.*3.*c.*3.*n.*150.Valenz. Velasque † ad
præsens sedens in supremo Italiæ Senatu pro regno
Neap. vir insignis literaturæ, & eximiæ virtutis *in de-
fens. Monitor.aduers.venet.part.*4.*n.* 282. Marta *de suc-
ces.part.*4.*quæst.*4.*art.*4.*n.*55.Mastril.*de magistr.c.*2. *lib.*
2.*nu.*43. Casan.*cons.*43.Callist. *de leg.reg.*qui alios ex-
pendit §.30.*num.*42.*lit.X.*Fontanell.*de pact.nup. claus.*
4.*gloss.*10.*parte* 1 *num.* 145. *cum sequ.* vbi in terminis
ponit quæstionem, de con cessione officij ad benepla-
citum, possit nè sine causa per Principem reuocari, in
qua specie ostendit, veriorem opinionem esse, quod
195 non possit sine iusta causa, † & hęc sit vna limita-
tio ad regulam prædictam; etenim receptum est apud
optimos Principes, vt etiàm de absoluta potestate
donationes, vel liberalitates non reuocent, nisi ex cau-
sa publicæ vtilitatis, vel demeritorum subiecti; ete-
nim vt dicebat Antonius Imperator, amplitudo Im-
perij Romani non per ea, quæ accipit, sed per ea, quę
196 donat, appatet, † vnde de Rege nostro omnium op-
timo tradit Calist.*in præd.tract.*§.17. *nu.*8. quòd licèt
in Ann.1592. officium Iustitiæ Aragonum iàdiù per-
petunm reduxisset ad beneplacitum Regium; atta-
men, ait ipse, ex quò Reges nostri prò eorum summa
iustitia nunquam solent aliquem dignitate semel con-
197 cessa nisi ex magna causa priuare, vel honore largi-
to destituere; adhuc dictum officium potest dici per-
198 petuum, † & allegat in puncto Bardaxì in foro A-
rag. incipit; *priuilegium generale Arag.num.*2. Burgos
de Paz *cons.*21.*numer.*4. generaliter loquentem Padil-
lam *in l.cum quis num.*34.*C.de iur.& fact.scientia.*Gut-
tierez *practicar.quæst.lib.*3.*cap.*11.Caballin.*Milleloquio*
217.*num.*3.Erudium *rer.iudicatar.lib.*2.*tit.*9.*num.*28.
qui mouentur quia princeps debet immotus perma-
199 nere in suis † liberalitatibus, sicut polus in Cœlo,
& sicut lapis angularis sequitur Menuch.*cons.*331. *nu.*
65.Catelian.Cotta *in memorialibus verb. Princeps. fol.*
703.Surd.*decis.*234. *num.*10. Flamin.Paris.*de resignat.
beneficior.lib.*3.*quæst.*16.*num.*91.*& lib.*9.*q.*18.*n.*42.*&
q.*25.*n.*19.Gonz. *ad regul.*8. *Cancell. gl.*9. §.2.*n.*32.*&*
91.Cab.*dec.*19.*in fi.*Melc. Fębos *decis.*62.*n.*4.10.1.Fa-
rinac.*quæst.*28.*numer.*5.Glorit. *cons.*6.*n.*66.*& sequent.*
Augustin.Barbos.*in c.*1.*n.*10.*de prob.*& egu scripsi prò
vniuersitate Iacis coutrà eius Calalia; & iterum pro
Francisco Berruto monitioneriu Classis huius Regni
contrà Regium Fiscum, vbi adduxi illud Sigismundi
Imperatoris dicentis, quod quantumuis immoderata
promissio Princiips fuerit, violari non debet; expedit
enim ei rerum magis, quam famæ, datęque fidei ia-
200 cturam subire, † refert Eueas Siluius *lib.*2.*coment.
de rebus Alfonsi.*

Quid verò in concessione Iurisdictionis dicendum
sit, an de rebus sit, quæ possunt ad libitum reuocari,
201 † vide Gratian. *disc.*891.& plenam additionem Di-
daci de Mari ad Grammat.*decision.*46.*à num.* 7. *vsque
fin.* vbi mille allegantur ad propositum, & plenè nos
in dicto responso pro Ciuitate Iacis, quibus accidit D.
Franc.Ant.Costa Regius Consiliarius post hæc scripta
visus *cons.*1.*&* 2.*latè, & cons.*23,*num.*35.*&* 36.

Secundo

Secundo limitatur regula prædicta, nè procedat in terris vbi Princeps absoluta potestate vti non po-
202 test, † vtputà quia sibi ipsi præscripserit, nè ea vtatur, vt de regno Aragoniæ testatur Molinus *in repertorio* verbo, *Priuilegium* vers. *Priuilegia concedenda*, refert Calistus *de lege regia* §. 30. *ante numer.* 43. & in prouincia Cathaloniæ Cancer. *libr.* 3. *variar. resolutio. capitul.* 3. *numer.* 11. Ioseph. Ramon. *consil.* 24. *numer.* 74. & de Vrbe Messanæ eum suo districtu Glo-ritius *consil.* 6. *ante numer.* 68. asserens hoc caueri ex priuilegio Rogerij Comitis, quod confirmat Dominus Costa noster dicto *consil.* 23 *numer.* 52.

Tertiò limitatur, nè procedat quò ad priuilegia,
203 & gratias concessas non subdito † Marta *de Iurisdictione part.* 4. *centur.* 2. *cas.* 125. *à numer.* 10. modern. Gallecus de Salgado in solemni *tractatu* edito *de protectione regia part. prima capit. primo prælud.* 5. *num.* 358. idem Marta *de success︎. part.* 4. *quæst.* 4. *art.* 4. *num.* 59. *&* 60. ea ratione, quia contra nos subditos plenariam non habet potestatem.

Aliam limitationem tradit Rouit. *in pragmatic.* 1. *de reuocatione gratiarum*, vbi etiam Nouat. quam per te videbis mihi enim non sedet.

Demum ad prædicta scias, quod in omnibus casibus in quibus Princeps concedens tenetur stare priuilegijs concessis. eodem modo tenebitur eius succes-
204 sor † Surd. *cons.* 140. *numer.* 38. *&* *cons.* 419. *num.* 27. Morot. *respons.* 45 *num.* 9. Carol. Tappia *in loco citato* Cancer. *libr.* 3. *variar. capit. primo* Menoch. *consil.* 1283. *num.* 21. Maur. Senior. *allegat.* 78. Gregor. *allegat.* 25. *numer.* 13. vbi notabiliter ampliat ad legitimum successorem in dignitate antecessoris sui Tiranni.

Quarè recolligendo vela, ex prædictis clarè patet resolutio quæstionis, quòd donatio contemplatione
205 matrimonij facta † non reuocetur à posse donatarij per donantem, sub prætextu dispensationis Pontificiæ, per quam votis solutus sit, si donatio fortè fuisset facta ab eo sub prætextu ingressus: cuius quæstionis occasione ad hæc de Principis potestate transiuimus; quæ, & si extrà rem videantur, attamen noluimus omittere; materia enim est quotidiana, & quæstiones sunt satis proficuæ reipublicæ, ex quo vno capite veniam spero a benignis lectoribus; quis enim dubitat; quin propter multitudinem hominum qui, qui sibi potiùs student, periclitentur omnes subditi quotidie in honore, vita, & facultatibus, dum isti tales quidquid eis occurrat quod vtile, & lucrosum Principis ærario appareat consulunt, scriptisque tradunt, non verentes ponere in discrimine honorem dominorum, quasi magis non interesset Principibus bonum nomen habere, quàm diuitijs abundare, vt
206 suprà ostensum est; quibus † totiès replebuntur quotiès seruando vnicumque Ius suum, promissaque implendo; animos subditorum sib conciliabunt, ad quæ omnia, quæ in præsenti particula dicta sunt videndus est Don Marta de *successión. part.* 4. *quæstion.* 4. *artic.* 4. *&* 5. per octuaginta numeros, quem postea vidi.

Licèt hæc parùm applicabilia sint quò ad Regem nostrum humanissimum, paritèr atque potentissimum, qui pluris facit subiectorum commodum,
207 quàm suum, † quidquid intentent aliqui sub prætextu ærarij exhausti, quibus ipse aures nec præstat, Dominus conseruet eum, & inuictum reddat, tradendo inimicos eius in manus suas.

Quarè attentis prædictis, puto à foro relegandam conclusionem illam, quam à quodam vidi firmari, & scripti tradi, quod Dominus noster Rex stet in quasi possessione non seruandi promissa in Regni capitulis; hoc enim quàm distet à veritate, eiusque intentione, patet ex effectu rei, & obseruatione indiminuta ipsorum; de qua sparsim in præsenti particula exemplis docuimus.

Appendix ad part. 6. secundi discurs. Primæ tract. ad num. 102.

1 *BArones stante concessione iurisdictionis dicuntur ipsius dominis vtiles.*
2 *Vassali Baronum an dicantur Regis Vassalli.*
3 *Iurisdictionis emolumenta sunt Baronis concessionarijs cum iurisdictio fructuosa dicatur ideò non possunt delicta remitti, quin eorum iura diminuantur.*
4 *Indulgentia generalis an afficiat vassallos Baronum, quod non, aliqui putauerunt, aliqui verò distinguebant, sed receptum est, eos comprehendi; siuè quòad delicta, siuè quò ad confiscationes & mulctas.*
5 *Declaratione Iudicis opus est, vt quis indulto gaudeat quasi casus illi reseruati conditionem pariant, quæ debeat verificari, licet ipso Iure loquatur indulgentiæ decretum.*
6 *Officialium appellatione an includantur officiales Baronum, vel ipsi Barones.*
7 *Ille absoluit, qui condemnat, siuè ex ordinaria, siuè ex delegata potestate.*
8 *Barones dum possunt hominem morti addicere fortius debent ad indulgentiam admittere.*
9 *Specialia plura circa idem non sunt multiplicanda.*
10 *Mastrillus ad indultum fauore Baronum videtur tenere, circà quod possint indultum admittere eorum vassallos.*
11 *Interpretatio gratiæ regalis quandò incidit principaliter, debet fieri per Regem, vel per eius supremum Tribunal.*
12 *Generalis indulgentiæ concessio non venit in generali concessione, quia est de supremis effectibus maioriæ.*
13 *Regis tribunalia executioni mittunt cognitione ea quæ Regi sunt reseruata concessione.*
14 *Saluus conductus concessus per M.R.C. per ea mandatur obseruari.*
15 *Fiscus Regis debet audiri in admissione ad indultum.*
16 *Barones non habent fiscum, sed erarium, qui fiscus Regis non est, nec eius loco.*
17 *Obseruantia subsecuta duos effectus operatur, primum interpretationem rescripti, secundum, quasi possessionem ad fauorem exercentis.*
18 *Quasi possessio in iuribus negatiuis acquiritur ex exercitio actuum, cum scientia, & patientia subditorum, intuitu acquirendæ possessionis.*

19 *Tem-*

19 *Tempus immemoriale, operatur capacitatem Iurisdictionis in personam incapacem.*
20 *Item operatur, vt possidens possit tanquàm ex priuilegio se tueri sine onere eius exhibitionis.*
21 *Ius assistit M.C. circà vniuersalem iurisdictionem in toto Regno, nulla persona, vel casu excepto, nisi ostendatur specialis derogatio.*
22 *Quasi possessio iudicandi, vel cognoscendi debet conseruari penès eum, qui vltimo loco iudicandi.*
23 *Barones debent obseruare declarationes factas per M.C. super indultu gaudendo ab eius vassallis, non verò declarare.*
24 *Absolutio est effectus meri imperij.*
25 *Absolutio verò effectus est supremæ potestatis.*
26 *Argumentum à fortiori non habet locum in gratiosis concessionibus.*
27 *Suppressio iurisdictionis baronum vtilior esset reipublicæ, quàm ampliatio, dum vt sæpius ea abutuntur.*
28 *Specialia possunt circà plura multiplicari.*
29 *Mastrillus improbatur ex eo quod tantum voluit fauere Baronibus.*
30 *Barones si agnoscerent de Indultis quæstionibus, maximè in materia confiscationum, iudicarent vtique in causa propria.*

QVia post hæc luci tradita Dominus Rex noster Philippus cognomento Quartus pro successore sibi per Deum Opt. Max. quo diu caruerat concesso, generalem delictorum, atque pœnarum indulgentiam, siuè manus abolitionem habitatoribus Regni huius concessit; per suas literas datas Matriti die 10. Mensis Nouembris 1629. publicatas Panormi die 9. Februarij 1630. quarum occasione nonnullæ ex prædictis conclusionibus in dubium reuocari vidimus ad fauorem Baronum huius Regni, certantibus ad eos etiàm tamquàm officiales Regios spectare declarationem, debeat ne quis ad indultum admitti, ac nequaquàm posse quò ad eius subditos spectat M.R.C. Iudices se intromittere, quasi ex hoc iterato conculcetur eorum iurisdictio concessa in dominium, siuè mediante pecunia, siuè ex causa seruitiorum; quorum vterque causam prefefert onerosam, & consequenter reuocationem, nec diminutionem admittit, vt dictum est suprà *num.* 102. *cum plur. sequentib.* etiàm si de absoluta (vt aiunt) fiat potestate, ideò existimauimus non abs re esse, si quid super hasce materia per nos tentum fuerit hic exprimamus repetituri congruo loco *in tractatu*, quem molimur citò Deo adiuuante, ad finem perducturi *de Grauaminibus Baronum reparandis*.

1 Cum etenim certum sit, quod Barones † vigore suarum concessionum in dominium vtile habeant iurisdictionem translatam, ad tradita per Ioan. Fabr. *in l. si seruior. C. ex quibus. caus. infam. irrog. & in §. primo instit. de attilian. tut.* Martin. Laud. *de principe quæstion.* 145. Albert. Brunus *cons.* 31. & priuatiuè ad Regem; Abbas *in capit. cæterùm numer.* 7. vbi Decnumer. 5. *de iud.* Felin. *in cap. pastoralis num.* 9. *lim.* 11. *de offic. ordinar.* Vinc. Ann. *sing.* 631. *vbi lata Add filij fol.* 213. Iam diù prætendebatur per eos neque ipsum generalis abolitionis decretum vassallos † eorum includere,
2 tamquàm non immediatè subiectos Concedenti. Gloss. *in leg. de accessionibus D. de diuers. temp. præscript.* Gloss. final. *in cap. legitur* 81. *distinct.* 3. Bald. *in rubr. de priuileg. fiscal.*

Er propter iacturam, & quidem maximam, quam patiebantur ex pœnarum amissione, & causarum †
3 defectu, quæ vt sæpiùs aliquid fructi afferunt sportulârum, atque aliarum obuentionum. Bart. Bal. & Angel. *in l. final D. solut. matr.* Guid. Pap. *decis.* 413. Boer. *decis.* 13. Tiraquell. *de retract. conuent.* §. 1. *glos.* 4. *numer.* 21. ex qua fiebat, vt per huiusmodi concessionem iniuria afficerentur, *leg. venia*, & ibi gloss. *Cod. de in ius vocand.* Isern. *tit. quæ sint regalia capit. bona committentium num.* 75. & ibi Afflict. *num.* 127. Lanar. *cons.* 52.

Qua de causa quamplures ex Senatu Neapolitano patres olim purauere, subditos baronum † exclu-
4 sos esse ab huiusmodi beneficio, vti refert de Moles *in tractat. de regal. regn. Neapolitano quæstion.* 27. *titul. an indulgentia generalis comprehendat vassallos Baronum*, in prima opinione, quam quæstionem integram transcripsit Fuluius Constant. *in l. prima à num.* 87. *C. pan. fiscal. cred. præf. lib.* 10. aliqui verò restrinxere ad delicta, exclusis mulctis & pœnis, vt est videre per auctorem prædictum in tertia opinione quam distinctionem sequi videtur Mastrillus noster in *scholijs ad indultum capitul.* 3. *numer.* 11. secundum quam fuisse primo loco decisum refert Camilus de Curt. *de feud. vers. potest quoque num.* 32.

Quæ licèt hodie parum dubitationis contineant, dum pro indubitato est, ad vassallos baronum extendi tàm in hoc Regno, quàm in Regno Neapolis; vt Constantius loco citato, & Mastrill. *dict. capit.* 3. Rouit. *super pragmatic. tit. de abolitionibus numer.* .. Camill. de Curte *de feudis vers. potest quoque feudum numer.* 32. *fol.* 30. vbi literas regias in confirmationem huius opinionis refert, moti ea ratione, quod licitum est principi Baronum Iurisdictioni derogare per viam legis generalis, prout est in casu isto, iuxta tradita per nos in prædicta *particula* 6. *num.* 44. Attamen negari non posse videtur, quin ex eis resultet maxima præsumptio in Baronum fauorem, super hac prætensione, vt saltim ad eos spectare debeat admittere suos subditos ad hoc beneficium, supposito declaratione † opus
5 sit, vt re vera practicari affirmat Borel. *de Regis Cath. præstant. capit.* 38. *num.* 48. *& sequent.* vbi de Regno Neapolitano testatur, & de hoc regno Mastrill. in præcitato *tract. capit.* 23. *num.* 20. *cum pluribus sequentibus*, vbi affirmat iudicis declaratoriam præcedere debere, & si decretum loquatur per verbum ipso iure, quasi casus reseruati conditionem præseferant.

Quod verò eis spectet huiusmodi declaratio fundari videtur Primo ex verbis ipsius rescripti, quæ sunt directa non solùm officialibus supremis, sed etiam inferioribus imo baronibus expressè, tàm in principio, quàm in fine, ibi cæterisque demùm vniuersis, & singulis officialibus, & subditis nostris maioribus, & minoribus, ex cuius generalis appellationis latitudine non videtur dubitandum inclusos videri Barones, eo-
6 rumque ministros qui officialium † vocatione veniunt, ità de Baronibus affirma Afflictus *in dicto titul. quæ sint regalia in verbo potestas in princ.* quem sequitur Vincent. de Franch. *decision.* 211. *num.* 7. Mastrillus *ad indult. cap.* 36. *nu.* 18. & in baronum ministris idem af-

affirmat Mastrill. *ibid. n. 13.* vbi mille citat reiectis contrarijs.

7 Secundo arguendo à regula æquiparatorum, † vt is, qui condemnat, absoluat, vel iure proprio, vel saltim delegato, *l. solent. ff. de off. proconsul.* Bald. *in l. imperium col. 3. versic. circa tertium punctum D. de iurisdict. omn. iudic. & in d. l. solent. 2. not. per textum in l. nemo. 38. D. de regul. iur.* cum enim primum ad Baronem spectet, debet etiàm spectare secundum, in terminis Moles loco citato *vers. ex his ergo.* per Constant. *in dict. l. prima num. 91. C. pen. fiscal. cred. præfer.*

Tertio arguendo à fortiori, cum minus præiudicium versetur super admissione ad indultum, quàm
8 in condemnando homine, & procedendo † dispensatiuo modo contra vassallos, quod cum permittatur eis, imò committatur, fortius debet eis concedi hæc facultas, argumento, *Auth. multo magis. C. de Sacrosanct. Eccl. & §. illud quoque Auth. vt determinat. sit numer. cleric.* quod argumentum ait Euerardus *loco 65.* nunquàm fallere per doctr. Sal. *in leg. prima Cod. de iur. emphit.*

Demùm quia in dubio non debet videri Dom. Re-
9 gem tot specialia circa idem multiplicare voluisse † primo quod includantur sub indulgentia vassalli Baronum, secundò quod cognitio sit Magnæ Curiæ, contra *leg. prima vbi gloss. fin. Cod. de dot. promiss. & leg. cum post. § gener. cum gloss. D. eod.* Cephal. *cons. 639. num. 5.* Rimin. Iun. *cons. 205. num. 50.* Mastrill. *decis. 277. numer. 65.*

In quam sententiam ad fauorem Baronum visus est
10 descendisse Mastrill. †. *ad indult. capit. 45. numer. 3.* licet postea cogitandum relinquat.

11 Ad fauorem vero iurisdictionis, & præheminentiæ M. R. C. considerabam primò, quòd cum in ista
11 admissione ad indulatū gatur de interpretatione † regalis concessionis agitari debeat coràm tribunali supremo Regis, qualis est illud M. R. C. hoc in Regno, ita in terminis affirmat Azebed. *in l. 2. num. 25. in fin. libr. 8. titul. 25. de los perdones.* Et generaliter in omni rescripto gratiæ, vel iustitiæ, Vinc. de Franch. *decis. 116. num. 13. vers. his discussis* Gabr. *consil. 182. numer. 14. libr. 2.* Cotta *in memorial. verbo, priuilegium fol. 706.* Garsia *de nobilit. gloss. 1. numer. 1. & 2.* Gironda *de priuil. numer. 83.* Cochier. *de iurisdict. ordin. in exempt. libr. 2. quæstion. 13.* Borell. *de Reg. cath. præst. capit. 62. numer. 43. per textum in l. cum de suo 10. C. de legib.*

Maximè quando debet de hoc principaliter cognosci, & non incidenter, secundùm distinctionem DD. *in cap. cum venissent 12. de iud.*

12 Secundò addi potest, hanc indulgentiam † esse vnam ex iuribus regalibus supremis, quæ non veniunt in speciali, vel generali regalium concessione, tanquàm quæ concernit supremum dominium, vt ex Andr. *in constit. ea quæ ad decus.* Affl. & cæteris, notat in terminis Moles dicto loco per Constant. *ibid. num. 95.* Olasq. *decis. 101. in fine.* Boss. *de principe num. 287.* Mastrill. *ad indult. cap. 2. num. 1. cum sequent.* Azebed. *in leg. 1. numer. 7. 8. & 14. libr. 8. tit. 23. de los perdones.* Surd. *cons. 53. num. 8.*

Per quod fit, vt tanquàm reseruatum debeat non solum concedi per Regem, sed exequi per eius tribu-
13 nalia † eius enim est exequi mandare, cuius est concedere, *d. leg. cum de suo.* Bal. *in prælud. feud. numer. 18.* Borell. *Reg. Cath. præstant. cap. 62. num. 43.* indè si tri-
14 bunalia Regis concedant † saluum conductum, supèr eius obseruatione idem tribunal cognoscit compescendo turbatores, vt ibi Borellus affirmat.

15 Maximè cum ad hanc † admissionem debeat audiri fiscus Regis, Borellus *dicto cap. 38. n. 63. vsque 65.* Vinc. de Franch. *decis. 116. ad finem,* vbi de fisco Regis loquuntur.

16 Cum tamen certum sit Baronem fiscum † non habere, ad tradita per Bald. *in rubr. de priuil. fiscal. & in l. 1. C. de hæredit. vel act. vendit.* Constant. *loco cit. num. 94.* Capiblanc. *super pragmat. 8. par. prima, numer. 223. de auth. Baron.*

Tertio conducebam obseruantiam subsecutam in consimilibus concessionibus; vt semper Magnę Curię fuerit declarare, quisnam deberet ad indultum admitti, per mille exemplaria vniformia, non solùm priuatiuè ad Barones, sed etiàm ad Magnas vniuersitates, prout sunt nobilissima Vrbs Messanæ, & præclarissima Vrbs mea, quæ etiam iurisdictione in dominium concessa lętantur, respectu ipsarum Ciuitatum, earumque districtuum, cum officialium creatione, quæ obseruantia duos effectus operatur, primum vt sumatur irrefragabilis intelligentia priuilegij, eiusque executionis, secundum vt Tribunal M. R. C. censeatur constitutum in hac quasi possessione cognoscendi de huiusmodi causa. Ludouic. *concl. vnica de consuetud.* Aimon. *cons. 105. in fine,* Fontanell. *claus. 1. numer. 33.* Glorit. *resp. 6. num. 45. cum plur. seq.* Mastrill. *decis. 265. num. 15.* Ramon. *cons. 6. numer. 68.* vbi quod non est necessaria contradictio in iudicio, quæ tamen adest in casu isto respectu Comitum Mohac, idem auctor *cons. 38. num. 96. cons. 61. numer. 19. cons. 64. num. 18. cons. 65. num. 14.* vbi habemus omnes modernos.

18 Quæ quasi possessio priuatiuè censetur † acquisita ex prohibitionibus factis Baronibus, nè de talibus causis cognoscant, Bald. *cons. 439. numer. 22. libr. 3.* Rota *decis. 33. tom. 1. in nouis. diuers.* Fontanell. *de pact. claus. 4. gloss. 17. n. 46.* Glor. *resp. 10. n. 127.* Calist. *de leg. Regia §. 30. num. 18. ad fin.* & eorum acquiescentia inducta ex transmissione informationum, & actorum ad *M. C.* à tempore quo non extat memoria in contra-
19 rium citrà; quòd tempus † sufficeret ad acquirendam iurisdictionem ad fauorem priuati incapacis, secundùm Peregrin. *de iur. fisci tit. de præscript. fischal. nu. 8. & de iurisdict. ordin. & delegat. num. 66. cum plur. sequent.* Fontanell. *claus. 4. gloss. 17. numer. 43.* Ramon. *cons. 24. num. 23.* & mille per me adducti pro vniuersitate Ciuitatis Saccæ contra Ducem Montis alti, nedum ad conseruandam fauore tribunalium Regis.

Quo casu benè potest allegare priuilegium derogatorium iurisdictionis Baronum in forma probanti ab-
20 sque † necessitate productionis, Fontanella *ibidem num. 43.* Muta *decis. 31. numer. 29.* Morla *in empor. titul. 2. de iurisd. omn. iud. num. 3. & seq.* Cancer. *lib. 3. capit. 3. num. 139.* cum ius non solum ei resistat † sed etiam
21 assistat; etenim *M. C.* habet intentionem fundatam loco Dom. Regis circa iurisdictionem vniuersalem in toto Regno, non excepta aliqua persona, vel casu.

Muta

Mota in probemio ad Ritum numer. 3. & 4. Mastrill. de Magistr. lib. 5. capit. 8. Pett. de Gregor. de iudic. causar. feud. quest. 7. num. 2. & quest. 50. vers. Tertiò aduertendum, Mastrill. de eis. 261. num. 2. vsque 13. cum allegatis per eum.

Ità vt rectè transferat in aduersarios onus probandi oppositum, ex eo, quod Ius ei assistit, ac habet prò se regulam, ex traditis per prædictos, & per Carol. de Tap. de iur. Regni Neapolit. tit. vbi de crimine agi oporteat lib. 3. fol. 38. nu. 53. quem sequitur Castill. decisio. 158. num. 12. & 13.

Quod si ita est, debet manuteneri in sua quasi possessione † iudicandi super hac admissione, dum notissimè penes eam reperitur exercitium Capic. decis. 13. & decis. 55. Ponte deci. 4. num. 1. Etiam quod Ius ei resisteret, vt ibi affirmat de Ponte, sequitur Theod. allegat. 51. num. 44.

22

Demum ità in puncto tenere inueni Capiblancum de Author. baron. num. 148. vers. nota vnum, ex Carouit. super pragm. de exulibus numer. 50 quem cum viderit Mastrillus, ad Indultum cap. 45. num. 3. mirandum est cur cogitandù reliquerit, nemine contrarium docente, cui addi potest Borellus dicto cap. 38. num. 47. & sequent. vbi de Regis tribunalibus loquitur.

Contraria verò tolluntur hoc modo primum videlicet, quod supposito Barones dicantur Regij officiales, cuius contrarium non pauci tenuere, vt per Mastrill. ibi videri potest, non tamen ex hoc sequi-

23 tur † eis iniunctam fuisse hanc declarationem, cum salua ratione recti sermonis, absque violatione verborum prædictorum, ità accipi possint, vt & ipsi debeant obseruare contenta in rescripto Regio præcedente declaratione facienda per M. C. hinc est, quòd sequuntur illa verba (teneant firmiter, & obseruent, tenerique, & inuiolabiliter obseruari faciant per quoscumque) quæ particula, ità diuidi potest, vt contenta in indulgentiæ carta M. C. obseruet admittendo ad beneficium; & mandet ab alijs inferioribus obseruari, & tales admissos non molestari, vt in materia salui conductus diximus ex Borello dict. capit. 62. num. 43. quæ interpretatio adiuuatur ex obseruantia prædicta.

24 Ad secundum respondetur, quod aliud est † absoluere aliud abolere; primum enim pertinet ad iustitiam, & consequenter meri, mistique imperij effectus est, ad quem refertur, & condemnatio.

25 Secundum pertinet ad gratiam, † & effectus est supremæ potestatis legibus absolutæ, in quo præter modum non solum remittitur pœna, sed etiam culpa, ipsumque delictum, Lucas de Penna l. si appariter. col. penul. vers. sed si quid C. de cohortalibus, Const. loco citat. num. 97. quæ gratia cum pertineat ad solum Principem debet, vt diximus per eius supremum Tribunal. ministrari. Barones enim de facili proprijs comodis incumbentes, nimis arctarent hanc gratiam, vel forsan ampliarent, vtrumque male; quæ cessant respectu M. C. quæ fidelis est dispensatrix Regalis indulgentiæ, dum maximè ad eam nullum resultat commodum, ex absolutione personæ, vel pœnarum, vt considerat Innoc. in cap. ex parte il primo de verb. signific. Butr. in cap. ceterum col. 6. vers. dic. ergo de Iud.

26 Ad tertium respondetur, quod in materia † gratiosarum concessionum, siuè dispensationum, non valet argumentum à fortiori Euerard. in topicis loco 35. post princip. vbi latè.

Licèt vt iam fundatum est, hæc materia indulgentiæ tanquàm de reseruatis Principi insignum superioritatis, nil habet commune cum concessione meri, & misti Imperij, fauumque esset, ac optimum con-

27 silium si † supprimerentur huiusmodi iurisdictiones concessæ, aut saltim redimerentur, vel restringerentur potiùs quà ampliarentur, dum in dies videmus eis abuti Barones, vt in dicto tractatu per nos latè probatur ac etiam ostendit Capib. super pragm. 8. part. 1. de Baron. auctor. & Camil Borell. de Reg. cath. præstant. cap. 63. num. 120. vbi quod Barones amant, vt sæpius iter Placentiæ; & non illud Veronæ.

Parum denique obstat multiplicationis specialium vitandæ argumentum; quia satis patet ex prædictis in hoc Dominum nostrum Regem nil speciale de nouò inducere ad fauorem suorum subditorum, vel Tribunalium, imò illud se agere, vt vitentur respectu Baronum, quibus satis esse debet iurisdictionem inferiorem habere, nec limitada Domini Regis maioria se intromittere, & arcana ingredi velle.

Item hæc declaratio venit consecutiue ad gratiam

28 † in quo casu plura specialia tolerantur. Euerard. in topica loco 52. à toleratione inconuenientis.

29 Non miror itaquè, Mastrillum † tanti detulisse baronibus, dum & ipse frater erat baronis: solum displicet, quòd admittat hanc secundam opinionem, respectu Ciuitatum demanialium, ad euitanda inconuenientia, vt ait, & scandala; respectu verò Baronum contrarium firmare videatur, cum è contra fortiùs debeat hoc firmare in Baronibus, de quibus maiori cum ratione illa prædicari poterant, quà de Ciuitatibus demanialibus, in quibus officiales eliguntur partim per Regem partim vero per Proregem ad relationem Protonotarij, quique à Regijs sindicatoribus quotanis visitantur.

His attentis cum fuisset ad instantiam deputationis huius Regni recursum ad Excellentissimum Proregem, fuit per eum commissum negotium Illustribus Tribus Præsidibus, & Consultori; qui auditis M. R. C. Iudicib. DD. Laurentio de Archangelo, Io. Baptista Castellio, & Simone Sitaiolo, Consultore Deputationis aduersante, decreuerunt ad fauorem M. C. mandando eam manuteneri in dicta quasi possessione, vno tantum ex eis discrepante quod quidem decretum, ex quo vsque adhuc non licuit illud legere non transcripsi habebis illud in tractatu prædicto, sic Deus faxit.

Hæc declaratio pertinet etiam ad confiscationes, & mulctas inoleuit enim opinio contra Mastrillum, & cæteros, generalem hanc indulgentiam operari respectu vassallorum baronum, etiàm quò ad pœnas pecuniarias, ac confiscationes, vt dictum est suprà, vndè maiori ratione debet hoc in M. C. tractari ubi Princeps assidet, dum vltrà prædicta adest particularis ratio † nè Baro sit Iudex in causa propria, Vrsill. ad Afflict. 365. n. 32. Gramat. decis. 88. Capic. decis. 137. Graff. ex cep. 24. n. 89.

Quod supremo tantummodò Principi conceditur, vt fundat Afflict. in tit. quæ sint regalia, quem cum alijs

lijs secuti sumus suprà *in antecedenti particula numer.* 170. vbi quòd ipse studet potius commodo subditorum, quàm proprio. Itèm quòd incapax est omnis iniustitiæ, & pleraque, quæ baronibus minimè conueniunt.

His addatur in corroborationem prædictæ sententiæ, quod cum tàm respectu delictorum abolendorum, quàm mulctarum, atquè confiscationum requiratur diligens discussio propter casuum varietatem cum speciali librorum reuolutione, ad hoc nè admittantur ad indulgentiam illi, quos Maiestas sua voluit exclusos, vel excludantur, qui debebant includi, consequi hoc non poterant Regnicolæ per officiales Baronum, qui vt sæpiùs horum sunt inexpertes, experimento enim docemur quotidiè mile oriri difficultates, & disputationes super hisce casibus in ipsomet Tribunali M. R.C. vbi assidet Illustriss. Præses apud Consilij, tres Iudices, Fisci patronus, duo procuratores fiscales, vnusque aduocatus pauperum; viri vndequaque probatissimi, & expertissimi in huiusmodi materijs differendis, & terminandis.

TRACTATIONES PRIMÆ

DISCVRSVS SECVNDVS

PARTICVLA SEPTIMA.

ARGVMENTVM.

DOnatio inter patrem, & filium emancipatione confirmatur, quæ quibus modis contingere possit, traditur; & quando reuocari: Et de matrimonio an operetur emancipationem, quo ad omnia; Pater emancipato filio quid possit; Et quid quando est minor; Donatio perfecta per patrem an possit reuocari.

SVMMARIVM.

1 *EMancipatio confirmat donationem inter patrem, & filium, & nu. 4 6.*

2 *pluribus modis perficitur, qui referuntur tam de facto, quàm de Iure, & ex forma statuti.*

3 *Patri non licet dimittere filium ab eius potestate, si filius nolit sicuti nec filio licet recedere patre nolente.*

5 *Donatio per emancipationem confirmatur in tantùm, vt traditione opus non sit.*

7 *Pater potest donare filio naturali vnciam vel spurio alimenta in vita, quia non habet in potestate.*

8 *Legitimato in patriam potestatem reducto donari non potest licet donatio antea facta remaneat aduentitia.*

9 *Legitimatus eo ipso censetur legitimationi consentire, quo sciens non contradicit, & ratio.*

10 *scientia legitimationis probatur per cohabitationem.*

11 *Pater quando cogatur filium emancipare remissiuè.*

12 *Dignitas patriciatus, & magis Episcopalis liberant filium à potestate parentis.*

13 *Matrimonium secundum mores nostræ regionis liberat filium à parentis potestate Messana excepta.*

14 *Vsufructu priuatur pater quoties ob suam culpam cogitur emancipare, Itèm vbi Filius matrimonio contracto emancipatur, secùs si voluntariè, de quo statim.*

15 *Emancipatio canonica an operetur in fauorabilibus tantùm, an verò in præiudicialibus.*

16 *Non liberat filium à vinculo naturali, & sic subiacet etiàm paternæ correctioni.*

17 *Filius emancipatus an rectè petat resciβionem contractus ob metum à patre passum.*

18 *Metus non dependet à potestate paterna sed à reuerentia naturali, & in matre.*

Pater tenetur alere filium emancipatum, etiàm quod ei assignasset legitimam.

20 *Emancipatio ob matrimonium quomodò sequatur in Vrbe Catinæ.*

21 *Impubes emancipatus an gaudeat Priuilegio l. vnicæ, C. quando Imperat*

22 *Tacita emancipatio quibus modis inducatur, & quid operetur, & an sit generalis.*

23 *Emancipatio ad vnicum actum per hominem non fit, secus per legem.*

24 *Pater efficitur ipso iure tutor filij impuberis emancipati.*

Dona-

25 *Donatio semel perfecta per emancipationem an reuocetur, eo ipso quod filius in potestatem denuo redigitur, & n.28.*

26 *Reuocatio emancipationis fit per illos modos, per quos donatio reuocatur, qui explicantur.*

27 *Reuocatoria actio ideò dicitur, quia factum reuocantis requirit, dum lex ipso iure non operatur.*

28 *Bona donata reuocato filio in pristinam familiam, remanent aduentitia, si pater donationem quoquè non reuocet.*

29 *Filius honestè in patriam potestatē reuertere non dicitur.*

39 *Fieri posse non dicitur quod honestè non fit, sed impossibile potius.*

Ecce intro ad quartum modum, per quem confirmantur donationes inter patrem, & filium, qui est
1 per liberationem à nexu patriæ potestatis, † quod quidem pluribus modis euenire potest; de facto videlicet, & de iure, dicimus euenire de facto, quoties pa-
2 ter libens † suo iuri filium restituit, emancipationis condita scriptura, vel cum aliquibus iustis de causis per ius dicentem ad hoc faciendū adstringitur, de quibus causis aliquas infra adducemus.

De Iure autem dicimus emancipationem perfici, quando ex Iuris Ciuilis, vel municipalis forma, filius in aliquo casu efficitur sui Iuris, vt puta si quam dignitatem assequatur, vel si iuxtà mores patriæ nostræ, totiusque quasi regiæ ditionis matrimonium contrahat; quæ emancipatio Legalis vel canonica appellatur.

Et quo ad primum membrum distinctionis certum est, quod cum Ius romanorum in fauorem suorum Ciuium introduxerit, vt filios in potestate haberent, possunt, vtique parentes huic iuri renunciare, & filios (volentes tamen) à vinculis patriæ potestatis soluere, *Auth. generaliter quibus mod. natural. efficiuntur sui*, cum mille per Clar. *§. donat. q. 8. vers. 2. infert.* dum enim pater, & filius correspectiuè existimantur personæ iustū erat vt non liceret parentibus eos è familia dimittere,
3 † dum ipsi parentibus inuitis sui Iuris effici prohibentur, vt disertis verbis ostendit Imperator in *§. vltimo instit. quib. modis ius patr. potest. soluitur.* in omnibus ergò casibus in quibus emancipari filios contingat, siue de facto, siue de iure illud accidat, donationes factas
4 confirmari † subsequens est; remoto enim obstaculo, ciuilis obligationis inducendæ, retrotrahitur, ac quasi incorporatur naturalis cum ciuili, eodem pœnè modo, ac si pater humanis concessisset; ità Iurisconsultus in *l. donationes 32. §. pater de donat. l. siue emancipatis 32. C. eodem titul. &* vtrobique scribentes, *gloss. in l. cum de in rem vers. verbo Athenagore, D. de vsuris*, quam habui a Iaso. *in l. frater à fratre col. antepenult. vers. adde quod eodem modo, in secunda lectura col. vlt. C. de condit. indeb.* extendit enim glossa prædicta conclusionem, vt in tantùm confirmetur donatio vt traditione opus non sit;
5 † sed sufficiat à promissione incepisse, sequitur Card. Tuschus *verbo donatio conclus. 673.* quæ extensio habet in se aliquem saporem ea ratione, quod donatio, quæ morte confirmatur inducitur à lege, & non habet nisi tacitam defuncti voluntatem, orientem ex non reuocatione facta sed confirmatio quæ fit emancipatio ne secuta, videtur habere quodam modo expressam patris voluntatem prò se: quia fit eo viuente, cui integrum est, illam reuocare; antequam emancipationem perficiat, hoc videtur etiam sensisse Merlin. *de legitima lib. 2. tit. 2. quæst. 29. num. 24. & seqq.* licèt ego cogitandum relinquam.

Conclusionem verò principalem, quòd donatio emancipatione confirmetur, tenent omnes negantes valere propter impedimentum patriæ potestatis, &
6 vltrà prædictos † possunt videri Alex. *conf. 112. libr. 3.* Cassan. *in consuetud. Burgund. fol. 913. n. 6.* Crass. *§. legitima quæst. 12. num. 8.* Carpan. *ad statut. Mediolan. cap. 485. nu. 109.* Mangil. *de imput. quæst. 45. nu. 53. fol. 206.* Fachin. *controuers. lib. 5. cap. 78. in princip.* Merlin. *de legitima lib. 2. titul. 2. quæst. 29. n. 25. & lib. 5. tit. 3. quæst. 1. n. 10.* Gomez *variar. resol. tit. de donation. in fine*, vbi ex hoc infert, donationem factam per patrem filio natu-
7 rali tantum, à principio subsistere, † illa ratione quod in potestate nostra sint tantum modo illi filij, quos ex iustis nuptijs quæsiuimus, & non alij; quod ante eum dixit Iason in *leg. frater à fratre loc. cit.* Roman. *conf. 43. ad primum vers. ad secundum, & conf. 397.* placet mihi, & vtrobique Mandos. *in scholijs.* Tusch. *d. concl. 701. nu. 1. verbo, Donatio,* vbi ampliat, à patrem donantem filio spurio prò alimentis, allegat Guid. Pap. *conf. 115. num. 2.* sicut è contrà si contingat, filios huiusmodi in
8 patriam potestatem coaptari ob legitimationem, † ipsis consentientibus secutā donatio post dictum tempus celebrata non valet, licèt antea facta teneat, & remaneat aduentitia. Iason. *ibid. in fine.* Alex. *cons. 8. visis, & consideratis lib. 2.* Tusch. *d. conclus. 701. n. 7.*

Consentire verò dicuntur, eo ipso quòd non cōtra-
9 dicunt; † actus enim legitimationis satis fauorabilis est filio, Bald. *consil. 146. nu. 8. libr. 1.* Rom. *singul. 594.* Dec. *consil. 367. n. 3.* Bero. *consil. 176. num. 6. & 26. lib. 2.* Socc. *cons. 97. num. 26. libr. 2.* Boer. *decision. 160.* Conart. *in epitom. part. 2. cap. 8. §. 2. num. 13.* Rota Romana *coràm Orano in vna Perusina bonorum, de Vbaldis 27. Iunij. 1586. &* coram Card. Ludouis. *decision. 82. nu. 2.* quæ opinio procedit, supposito quod sciat, quæ scien-
10 tia † intelligitur probata ex cohabitatione, eo ipso, quod contrarium non ostenditur, vt fuit in dicta Rotæ decisione conclusum.

Secundo modo de facto diximus emancipationem perfici, vbi, & in illis casibus, in quibus pater potest
11 ad illam cogi, quos complectitur Imol. *in l. vtrum. D. de verb. obligat. &* nouissimè post omnes Consiliarius Philippus Paschalis in luculento tractatu, *de viribus patriæ potestat. ad quem recurri potest.*

Ad secundum, non est dubium quod sicuti per ius ciuile fuit inductum vinculum hoc patriæ potestatis, ità per illud potuerunt excipi aliqui casus vel induci, vbi tale cessare vinculum; sicuti est per adeptionem
12 dignitatis Summi Patriciatus, † de quo in *§. filius familias instit. quibus mod. ius patr. potestat. soluit.* vel alicuius ex multis alijs dignitatibus, quas refert Imperator in *l. fin. C. de decurion. lib. 10.* quibus meritò accessit Episcopalis, quæ omnes prædictas superat per Text. *in constitut. quæ dignitates §. palam collat. 6.* super quo, & de dignitate Summi præfecti maris scripsit Dominus Simon Sitaiolus in suo consilio impresso post *penult. decis. tom. 3.* D. Franc. del Castillo, prò seruitoribus Serenissimi Principis Emanuelis Philiberti. *num. 114. cum sequent.* cui se subscripserunt dictus Dominus del Castillo, & Dominus Roccus Potenzano, & Don Hiero-

K 2 rony-

ronym is perpignanus.

Mo i us autem introducta est emancipatio in hoc
13 Regno ob matrimonium † per filium contractum vt per *Consuet.Pan.*48. vbi Muta, & Vrbis meæ *prima tit.* 30.vbi Cosmus Nepita, quibus omnes ferè regni nostri Ciuitates, & loca accesserunt, Messanensibus exceptis, vt annuit Mar. Giurb. *ad consuetud.ipsius cap.3. gloss.8.numer.* 10.& 12. & in Regnis Hispaniarum est Text, in *l. 8. tit. primo lib.5.recopilat.* cofirmat Gomez. *dict. tit. de donat.in fin.* Pinell. *de bon. mater.* quo loci millies hoc repetit, & refert. Guttier. *lib. 2. pract. quæst.9.* Molin. *de rit.nupt.lib.3.quæst.* 14.*num.30.fol.*174. alijque per nos adducendi in *tertio discursu huius primæ tract. particul. prima num.20, versicul, etenim vbi mater*, vbi de alijs regionibus, in quibus prædicta consuetudo viget, fit mentio.

In omnibus his casibus duo aduertenda erunt, Primum, quòd in materia vsusfructus patri debiti in bonis aduentitijs filij aliter iudicandum est, vbi emancipatio sponte fiat, vel ex lege procedat, aliter vbi celebretur eo inuito.

Nam vbi pater cogitur emancipare ex causa alicuius excessus ab eo commissi, vel aliter ob eius culpam
14 tunc priuatur omni commodo vsu fructus, † sicuti etiàm priuatur quandò filius matrimonium contrahit, ita firmat *gloss.in* §.*final.institut.quib. modis ius patr. potest.tollitur.* Ial. *Auth ingressi ad fin,Cod.de Sacrosant.Ecc.* cum alijs per Morot. *consil.*18.*num.*24. Tusch. *litt.F.concl.*359.*num.*8. Carpan. *ad stat. Mediolan.cap.*326.*nu.*14. Giurba *ad consuet. Messan. dicto cap.3. gloss.8. numer. 9.* vbi extendit ad bona materna, vel alter peruenta, Milan. *decis.*19.*ad finem lib.*1.

Si verò voluntariè filium emancipet, res aliter se habet, etenim remanebit ei medietas vsufructus super quæsitis, quid quid sit in quærendis, vbi nec pactum in contrarium fieri posset, vt essent patris, Molin, *disp.*229. Franc. *decis.*32.*n.*14. Aldouin. *consil.*2.*nu.*37. Surd. *de aliment.tit.9.quæst.*20.*num.*36.& 37. Cancer. *variar. resol.lib.1.c.*10. *num.* 6. Giurb. *ibidem*, vbi alios refert, *num.*6.& 7. cum distinctione tamen de maternis, & alijs aduentitijs, de quibus per eum bellè, & post eum Gratian. *disc.*713.*n.*35.*cum plur.seq.fol.*286.*tom.*5.

Secundum, quod existimo notandum, est quod ista canonica, siue legalis emancipatio vigore statutorum non operatur in præiudicialibus, contrà filium; sed tantum in fauorabilibus, † vnde si quæ commoda ei obueniant, censeri debet, ac si subesset, Gregor. Lopes in *l.*7.*tit.*17.*lib.*4. Crauett. *consil.*96. Suarez *in.de los pleytos à num.*23.*vsq;* 26. Baez. *de dote cap.*7.*num.*23. *cap.*16, *nu.* 35. Rebell. *de oblig.iust. part.*2. *libr.*1. *quæst.* 8.*sect.* 6. Couarr. *in cap. quia nos numer.* 5. *de testamen.* Gomez *in leg.* 47. *tauri numer.* 3. Molin. *loc. citat.* cum mille, quos habes apud Giurb. *ibid. numer.* 15. tenuit idem *decis.* 43, *num.* 31, secundum quam vidi pluries iudicari, vndè existimo cogitandum super distinctione per eum tradita.

Demùm aduertendum puto, quod omnes hi emancipationis modi licet liberent filium à ciuili vinculo; non tamèn censentur liberare à naturali † adeò & taliter vt adhuc subiacere dicatur paternæ correctioni, & vt Tullius loquitur, sacris domesticis remanent alligati; quem refert, & sequitur Connanus *libr.* 2. *com, iur. ciuil. capit,* 13.*num.* 5.*fol,* 195. ideò in regno Aragoniæ licèt parentes non habeant filios in potestate; attamen in eis quæ ad correctionem morum pertinent, filij subditos se esse agnoscunt, & profitentur, vt refert Calist. *de lege regia in initio num.*5. & 6. quæ limitat. Rebell. *de obligat. iust.p.*2.*lib.*1.*quæst.*8. *sect.* 6. nisi filius esset liberatus ob sacerdotium, quia tunc liberatur etiàm quò ad correctionem.

Iuxta hæc vidi aliquando dubitatum an filius exemptus à potestate paterna ob matrimonium posset allegare, se vim, & metum passum a patre fuisse, ad
17 opus rescindendi contractus; † dicebatur enim; haud allegari posse, quia non cadebat metus, vbi deficiebat subiectio, contrarium verò decisum vidimus pro D. Francisco Monteaperto filio primogenito Marchionis Resaudalis contrà certos creditores; etenim omnes Doctores quotquot loquuntur in hac materia, non considerant nisi naturalem subiectionem, vti est Bar. *in l.*1.§.*quæ onerand. vbi alij D.quar.rer.act.non dat.* Alex.& alij *in l.interpositas. C.de transact.* Hæc verò naturalis subiectio, vt diximus, non tollitur per emancipationem, siuè legalis, siuè voluntaria illa sit. Ergò, &c.

18 Confirmabatur, quia hæc exceptio metus † cadit inter patrem, & filium naturalem, quem in familia non habet; Sances *de matrim.disput.*23.*num.*10. *lib.* 1. & inter matrem, & filios Auton. Faber. *C. de restit. in integr. defin.*8.*num.*6. & Costa noster *cons.*44.*num.*7. vbi de filia maritata, & inter fratrem maiorem, & minorem idem Costa *consil.*32, *num.* 70. inter quos omnes patria potestas deficit; & de hoc eodem puncto vertit quæstio inter Baronem Vallis Longæ, & certos subiugatorios, quorum partes enixè defendit Spect. Don Riccardus Cirino aduocante pro prædicto Barone.

Confirmantur dicta in principali conclusione ex doctrina Pauli de Castro *in cons.*443.*viso puncto lib.*2.
19 qui in casu conuerso firmat, patrem † non obstante emancipatione, teneri ergà filium ad illa ad quæ antea tenebatur, ex natura instituta, putà ad alimenta, ad impensas infirmitatis, & funerum, etiamsi ei assignasset legitimam, illamq; consumpsisset, neque alia haberet bona.

Non omittam, quòd ad terminos consuet, Catinensis non sufficit, quem matrimonio copulari, ad hoc vt patria potestate dicatur solutus sed etiàm ne-
20 cesse est copulatiuè, quod annos decem, & octo † excedat vt Textus ibi apertè innuere videtur, secundùm quod quandoque obtinui, dum in patria morarer; ideò in ea non potest verificari dictum illud Intriglioli in *singul.*55.*lib.*2. dum affirmat, quod filius impu-
21 bes emancipatus, dicitur pupillus, † & gaudeat priuilegio *legis vnica.Cod.quando Imperator.int.pup. & viduam*, loquendo in hac emancipatione legali secus si pater illum impuberem emanciparet.

22 Tacitè demùm emancipari dicitur filius, † ex multis actibus, quos recenset Giurb. *dicto cap.* 3.*gloss.*8. *n.* 38.*cum seq,* & generaliter potest sic regula constitui, quòd quotiès patèr concedat filio potestatem aliquid faciendi, vel permittit, quod facit illud, quod alias perficiri non potest, nisi emancipationis actus præcedat, censetur vtrique per priùs emancipasse dummodò quod ipse, ac filius scientes, prudentesq; hoc faciant; q in casu scriptura nec requiritur vt per DD, à Giurb. alle-

allegatos colligi potest, cui omnia debeo, quę in his
terminis scripsi, etenim si colligantur quæ ipse in di-
cto *c.3. in tribus glossis*, accumulat, posset tractatus
confici de hac materia; solum addo ad ea, quæ ipse
tradit *ib.n.41*. de habitatione seorsum per decennium,
quod eo demum iuuabit, si allegetur emancipatio;
nàm aliàs viginti anni requirentur, tradit Gratianus,
disc.820.in princ.vbi nu.7. tenet, hanc præsumptam e-
mancipationem prò validitate testamenti sufficere in
iudicio possessorio; in petitorio verò concurrit cum
dicto auctore, *n.43.*

Sed an ex ista tacitâ emancipatione oriatur liber-
tas quò ad omnia; an verò quo ad illos actus tantum-
modo gestos, non leuis est controuersia; in qua pu-
tarem quò ad omnia solutum remanere; hæc enim po-
tius est datiua emancipatio, quàm legitima; licèt ho-
minis, & legis ministerium exposcat; initium enim
ab homine sumit, ideoq; sicut homo ad vnicum actum
23 Expressè non emancipat, † vt ait Aldobrandin. *in §.
præterea nu. 57. & 65. Instit. quibus.mod.ius patr. potest.
sol.* & ante eum Afret. *ib.n.8.* Vinc. de Franch. *decis.32.
n.13. & decis.346.nu.36.* Carpan. *ad stat. Mediol.c.326.
n.20.p.1.* Cancer. *libr.1.var.resol.c.10.nu.8.* Hond. *cons.
32.n.9. & 120.lib.1.* Morot. *cons.52.n.9.* Marta *de iu-
risdict.p.4.cent.1.cas.27.n.22.* cum mille per Giurb. *ib.
n.45.* Ità nec etiàm tacitè cum non debeat concedi in
tacita, quod probibetur in expressa, ideoq; stante
hac tacita emancipatione, si donatio per patrem fa-
cta fuerit, extrà dubium est quod confirmationem
recipit.

Quæras fortè quid faciendum, si filius post eman-
cipationem remaneat pupillus, vel minor: respondeo
patrem ipso iure tutorem filij † effici, dicto §. *Præte-
reà, instit.quib.mod. &c. ibi præterea si impubes sit filius,
vel filia vel cæteri ipse parens ex manumissione tutela eius
nanciscitur*, iuxtà quem vidimus decisum per Tribunal
M. C. inter Don Fabritium Milanensem, & Baronem
Crucifiæ, per quam fuit declaratum validum secun-
dum decretum, quod petebatur nullum ex quo non
fuerat citatus filius dicti Baronis, cui ipse feudum re-
futauerat; visum enim fuit, sufficere ipsum patrem
citatum fuisse latè Mastril. *decis. 82.nu.2.* post alios
quos allegat.

Quid autem, si iusta de causa filius in potestatē pa-
25 tris reducatur, forsan donatio † iàm firmata reuocari
etiàm poterit? Existimo non reuocari, eo ipso quod
pater ex eodem capite quod reuocat emancipationē,
nolit quoque donationem reuocare; nàm si velit, nul-
li dubium est, posse; eum ob easdem rationes, propter
quas emancipatio retractatur, per easdem quoque
donationes reuocentur, triplici enim occasione hoc
26 conceditur † primo ob denegata alimenta, de quo
Surd. *tit.8.priuil.65.n.5.* alijq; per Giurb. *d.cap.3.gloss.
8.n.17.* secundò ob violentam manus iniectionem, vt
per Syluestr. *in summa verbo.emancip.§.pen.* Rebell. *de
obl.iust.p.1.lib.1.q.8.n.60.vers.7.* Surd. *d.priu.65.n.57.
tit.8.* Giurb. *ibi n.20.*

Tertio demum si quo verbo, vel facto ingratitudi-
ne notari possit, *l.1.vbi Bart.de ingratitud.liberor.* Aldo-
brandin. *in §.1.n.41.instit. de capit.diminut.* Molin. *d.p.
229.ad fin.* Tepat. *var.iuris tit.de eman.col.3.* Gaud. *de-
cis.1.n.122. & de analog.c.37.n.2.*

Ex his verò donationem quoque reuocari nemo
dubitat, etiam si validam fuisse à principio propona-
tur, non enim reuocari dici potest, quod nunquàm
valuit, priuatio enim supponit habitum, quoties er-
go pater, cum vtramq; retractare possit, emancipa-
tionem tantum reuocat; donationem verò sinit in suo
statu manere, nemo dixerit eam ex hoc reuocatam,
nisi forte filius per sententiam ingratus, & pernicax
declaratus ad hunc finem esset; lex enim non operatur
27 reuocationem ipso iure, † aliàs donatio esset nulla,
eo ipso quòd filius ingratum se præberet, vel eo ipso
quod pater eum in potestatem reuocaret, quod absit,
quod firmet quisquam, cum re vera reuocatoria opus
sit, vt in simili specie firmat Ant. Faber. *decad.23.err.
4.* quid ergò fiet de donatione? existimo remanere
28 hæc bona aduentitià, † & patri vsumfructum quæri,
nisi velit eisdem probationibus vti pro eius reuocatio-
ne, quidquid tradit Ripa in *l.generaliter n.220. & seq.
C.de reuoc.don.* ad nostrum enim propositum faciunt
etiam Guttier. *de iur.confirm.p.1.c.10.n.7.* Angul. *de
melior.leg.1.gl.12.numer.19.* Ant.Fab. *in C.de reuoc.do-
nat.definit.15.* vnde colligunt in hoc iudicio non veni-
re fructus.

Extrà casus prædictos, non licèt filium iàm libera-
29 tum ad pristinam subiectionem reducere, † nec si fi-
lius velit, vt ego recordor consuluisse in causa quo-
rundam Leontinensium de Conuersano, per Text. ex-
pressum in l.qui liberatus. 12. D. de adoption. a I.C. ibi,
*Qui liberatus est patria potestate, is posteà in potestatem ho-
nestè reuerti non potest, nisi adoptione, sed si semel fuerit
adoptatus, amplius adoptari non potest.* & ratio est, quia
quod honestè fieri non potest; impossibile reputatur;
30 † ideò omnes alij casus præter prędictos censentur ex-
clusi, ita discurrit Syluester. *in dicto §.final.Institution.
quibus mod.ius patr.potest.solut. & est tex.in l.fin.D.de his
qui sui vel alien.iuris sunt.*

TRACTATIONES PRIMÆ

DISCVRSVS SECVNDVS

PARTICVLA OCTAVA.

ARGVMENTVM.

DOnatio confirmatur per iuramentum inter patrem, & filium, cuius efficacia traditur, statuti de continuanda possessione aliqua traduntur, an requirat declarationem, & procedat contrà cohæredem, & quanto tempore duret, & operetur; Clausulæ solitę apponi quandò habeantur pro appositis in instrumento. Donatio cum clausula reuocandi, cuius sit naturę, & quandò censeatur reuocata. Clericus vel aliùs quando dicatur stare in quasi possessione franchitiæ. Facultas reuocandi an possit ad libitum exerceri, & an transeat ad hæredes. Et quandò censetur reuocata per hypothecam.

SVMMARIVM.

1 *IVramentum confirmat donationem inter patrem, & filium in potestate, vt per multas decisiones probatur, sed vide, n. 27.*

2 *Vsusfructus rei donatæ censetur remissus, ex quo per Iuramentum filius habetur vti perpetuò emancipatus.*

3 *Donatio iuramento firmata vadit ad hæredes donatarij, & non redit ad donantem, si donatarius præmoriatur.*

4 *Iuramentum supplet præsentiam donatarij, ad effectum irreuocabilitatis, quod intellige vt statim.*

5 *Iuri acceptandi donationem, an spatio triginta annorum præscribatur.*

6 *Iuribus facultatiuis præscribitur spatio triginta annorum.*

7 *Statutorum de continuanda possessione vis adducitur.*

8 *Declaratione opus est in hærede, vt censeatur effectiue talis, stante statuto continuante possessionem, secundum Ant. Faber. quod declara vt infra.*

9 *Statutum continuans possessionem, an operetur post 30. annos, si hæres non adierit infra dictum tempus, & num. 15.*

10 *Hæres nec verbo, nec opere, necesse est vt declaret se*

velle

velle hæredem esse, ad hoc vt statutum de continuanda possessione operetur.

11. *Statutum tempus mortis respicit, & non declarationis, respectu possessionis, licet secuta declaratione incipiat quis esse hæres necessarius.*

12 *Operatur etiam in præiudicium cohæredis ex parte instituti, si totam hæreditatem aderis.*

13 *Retrotrahitur ad tempus mortis secundum Intrigl. & alios suprà.*

14 *Lapsus 30. annorum stante statuto prædicto, non operatur, nisi forsam in rebus corporalibus, immo decem annorum secundum aliquos, & numer. 17.*

16 *Facit cessare ea, quæ disputantur de tempore dato ad deliberandum.*

17 *Operatur quandocumque respectu incorporalium, in quibus non datur timor repulsæ, nec datur vera possessio nisi ex vsu cum patientia hæredis.*

18 *Hæres adhoc vt censeatur exclusus à beneficio statuti de continuanda possessione circa corporalia, debent scire hæreditatem sibi delatam, cuius scientia probatu difficilis reputatur.*

19 *Donatarius censetur donationem accepisse pluribus modis, qui referuntur.*

20 *Iuramentum an censeatur de stylo appositum in instrumentis publicis.*

21 *Clausula apponi solitæ de stylo, habentur prò appositis, & ex talibus instrumentis debet via executiua concedi, ac si clausulas continerent, maximè stante ceterario.*

22 *An censeantur apposita, vel possint apponi in scripturn priuata, puta in capitulis matrimonialibus & an habeant viam executiuam, & numer. 24.*

23 *Non possunt à partibus apponi in scriptura priuata; sed tantum à notario.*

25 *Iuramentum habet vicem stipulationis, & ratio assignatur, sed contra statim.*

26 *Stipulatio suppletur fauore alimentorum, & dotis, etiam quo ad viam executiuam in instrumento contentam.*

28 *Donatio iuramento firmata non expectat mortem patris, nec reuocatur præmoriente donatario, sicut alia.*

29 *Donationes, quæ certis modis confirmantur inter patrem, & filium, an ante confirmationem tacitè reuocentur.*

30 *Cum pacto reuocandi an æquiparentur alijs, circa quod tacita reuocatio sufficiat.*

31 *Donans si hypothecauerit donationem reuocabilem, an censeatur reuocasse, & quid si ad cautelam adiecerit clausulam constituti.*

32 *Constituti clausula non immutat naturam contractuum, si talis sit, per quem dominium non transfertur vti censualis.*

33 *Donatio cum pacto reuocandi, an censeatur reuocata per clausulam cassans, in testamento appositam.*

34 *Clausula reuocandi non facit, quin donatio dicatur irreuocabilis, nec frans ex hoc argui potest.*

35 *Pecunia destinata ad emptionem redditiuum iudicatur vti immobilis, etiam si ex fructibus colligatur, etiam in pecunia Ecclesiæ.*

36 *Vnicus actus constituit clericum in quasi possessione franchitia quo ad manutentionem obtinendam, & alia remedia possessoria intentanda.*

37 *Actus possessorius quando dicatur controuersus, & turpidus remissiuè.*

38 *Facultas reuocandi donationem, an reducatur ad arbitrium boni viri.*

39 *Hypotheca an decidant reuocata donatione per pactum appositum.*

40 *Alienatio dominij, & illa, quæ fit per hypothecam an æquiparentur.*

1 DEmum confirmatur hæc donatio iuramento, † secundum veriorem opinionem de qua Iulius Clarus §. *Donatio quæst. 8. circa fin.* qui annuit contrariũ teneri non posse sine imputatione fatuitatis, mille more suo retulit Fontanella *clauſ. 4. gloſ. 7. p. 2. num. 57. fol. 112. ex impressis vltrà montes*, vbi sex curiarum decisiones coaceruat, grationo politanæ videlicet per Guido Papæ *decis. 146.* Pedemontanæ per Thesaur. *decision. 42.* Barensis per Viuium *decis. 514. nu. 4. lib. 4. & 421. lib. 3.* vbi testatur de Rota Florentina, & Senensi, Neapolitanæ per Francum *decis. 59.* & Sebusianæ per Præsidem Anton. Fabr. *C. de donat. inter vir. & uxor. definit. 2. & de donat. definit. 1.* addo Senat. Mantuani per Surd. *decision. 154.* & Cameræ Imperialis per Bernard. Greue *lib. 2. conclus. 2. ad practicam ipsius Cameræ*, & de nostris Curijs idem testari possum, quod hoc indistinctè admittitur, tam inter patrem, & filium, vt annuit *Mastrill. decis. 211. num. 11.* latè Intrigl. *decis. 14. num. 20. Milan. decis. 3. num. 88. & 89. lib. 2. fol. 26. à tergo*, quam inter virum, & vxorem idem *Milan. decis. 7. num. 89. lib. prim. fol. 40.* accedit demum Rotæ Romanæ auctoritas in vna *Romana donationis coram Penia anni* 1592. & in alia *Oesina fideicommissi de Giorginis 1604. coram eodem Penia*, & in alia *coràm Cardin. Ludouisio Fanensi Saluiani* 1612. *in impressis decis. 563. num. 7.* Rota *in nouis. decis. 346. num. 5. par. 4.* ratio iudicio meo, est illa, quod inter patrem, & filium nè obligatio contrahatur, ius ciuile resistit, quod debet cedere iuri diuino, ob metum periurij incurrendi, vndè ex hoc reputantur extranei, hinc neque vsusfructus spectat patri in huiusmodi bonis, nisi pro tempore quo filius durat minor, quo casu ratione administrationis illum consequetur; ea ratione quod statim filio emancipato, pater efficitur eius tutor legitimus, durante ætate minori, *Mastrill.* noster *decis. 82. n. 12.* cum alijs suprà allatis, particula antecedenti; cessante vero minori ætate, ex quo iuramentum operatum fuit emancipationem: vt supradiximus, & illam perpetuam,
2 vsusfructus † rei donatæ censetur remissus, & ità concordatem opiniones dissidentes, Annæ videlicet *allegat. 73.* & *Milan. d. decis. 3. n. 89. & 90.* qui noluit hoc percipere, vt ita dicam, cum fuerit homo non infeliciter doctus, de qua disputatione aliqua tradit Philipp. Paschal. *de virib. patr. potest. p. 1. capit. 3. numer. 56.* quos post hæc scripta visus allegat, & sequitur D. Giurba *cons. 44. num. 27.* quæ procedunt, vt præfati admittunt,
3 etiam præmortuo filio donatario, † vt ex dictis decisionibus firmar Fontanell. *ibidem num. 62.* & latè defendit Robles *de reprnsentat. libr. 2. capit. 23. numer. 45.* post Sances de *matrim. lib. 6. disp. 14.* reprobans contrà sentientes.

Amplia-

Ampliatur hæc conclusio, vt non solum validet do-
4 nationem, sed etiam suppleat præsentiam † donatarij, ad effectum inreuocabilitatis, vt probat per Gloss. in *Canone quoties cordis oculos, p. quæst. 7.* Bart. *in l. si quis pro eo. num. 4. de fideiussor.* Afflict. *decis.* 135. *& decis.* 164. Thesaur, *decis. 70. num.* 8. Anton. Fab. *in C. de donat. in lib. 8. tit. 34. definit. 3. fol.* 700. mille per Fontanel. *clausf. 4. num. 14. & sequent. & clausul. 6. gloss. 1. par. 1. num. 29.* dummodò iuramentum sit promissorium, de quo Guttier. *in cap. quamuis pactum de pact. in 6. num. 35. & in tractat. speciali par. 1. cap.* 8. Rota *dict. decis. 346. num. 8. in nouiss. in par. 4. fol.* 201. mille quos refert D. Anton. Amat. *in suis resolution. capit. 30. num. 9. tom. 1.* cuius allegatione contentus ero, solummodò addo insignem doctrinam Francisci Molin. *de rit. nupt. lib. 3. cap. 82. à num. 13. vsque ad fin. fol.* 337. qui post relatas hinc inde opiniones, ità discurrit, quod si respicimus ad iurantem, certum est, ipsum cogi obseruare, si aliquid promiserit, etiam nulla interueniente acceptatione illius, cui promissum fuerit, alias contemneret religionem iuramenti: sed hoc non est vsq; adeò efficax, vt non possit promissa reuocare, dum videt donatarium, vel eum, cui promisit non acceptare, vnde declaratio eius voluntatis requiritur, qui si acceptet, retrotrahetur acceptatio ad tempus promissionis: si verò refutet; habeatur prò non facta; aliàs beneficium conferretur in inuitum; ideo hæc declaratio expectanda est; hoc est quod in summa videtur ipse tenere, dicens quod ab alio non fuerint vsque adhuc expensa, neque animaduersa.

Sed an huic iuri acceptandi donationem aliquo
5 tempore præscribatur? † pro affirmatiua facit quod
6 omnibus iuribus facultatiuis præscribitur spatio †
triginta annorum, prout in hæreditate adeunda, legato petendo legitima obtinenda, latè discurrit Honded. *consil. 83. per totum libr. prim.* & nos latè pro D. Cæsare Tornambene contra Margaritam Gaetano, *per text. in l. licet.* vbi Bald. & cæteri scribentes *C. de iur. deliber.*

Contrà verò, quod nullo temporis lapsu donatarius submoueatur, facit, quia donans stante iuramento adhibito, prohibitus est reuocare tàm verbis, quam facto, quòd vna vice promisit, Deo Optimo Maximo de medio existente, vndè dum non reuocat, semper donatarius potest acceptare, & acceptatio retrotrahetur ad tempus donationis, dum actus fuit ab initio perfectus.

Et ita in simili dicebam de hærede adeunte hæredi-
7 tatem in loco vbi vigent statuta, † quæ ipso Iure absque facto hominis continuant possessionem defuncti in hæredem; nã declaratione subsecuta, retrotrahitur ad tempus mortis defuncti, & interim statutum suum effectum operatur, adeò vt non sit date medium intèr aditionem, & mortem, nec momento hæreditas vacasse dicatur, vt latius videri potest, per ea, quę scripsi pro D. Petro Migliaccio contra Vincentium Pilo Marchionem Marinei; & licèt aduersus prædicta videatur facere doctrina Antonij Fabri *in Cod. titul. de acquir. possess. definit. 5. num. 6.* adducta ex parte dominorum Aduocatorum dicti de Pilo, dum dicit, quod statutum non operatur ipso iure, ità, & taliter
8 quod declaratione † opus nõ sit, verum enim est, quod requiratur, aliàs statutum faceret quem hæredem necessarium, quid enim, si institutus hæres esse nollet; ex quo videtur firmasse quod interim nil operetur, & fortiùs quandò inter mortem defuncti, & aditionem tantum tẽpus intercedat, quantũ sufficit ad excludendũ quẽ ab huius statuti beneficio, pròut sunt anni tri-
9 ginta † qui transierant in casu proposito, ad latè tradita per Rotam in *decis. 307. numer.* 13. apud Cardin. Ludouisium; videtur enim eo casu hæres voluisse se abstinere, & nolle vti beneficio dicti statuti, prout etiam fuit firmatum in alijs decisionibus Rotalibus, ibi per Addentem citatis; & videtur sentire Fontanel. *de pact. nupt. claus. 7. glos. 3. par. 9. nu.* 47. post alios quos refert.

Attamen credo non resistere conclusioni iam dictę per nos firmatæ, tam in terminis acceptationis, donationis, de quibus loquimur, quàm in terminis, de quibus in dicta causa agebatur; etenim certum est, quod sicut donans donatarium, ità statutum hæredem necessarium non faciat; sed conseruet ei illæsum beneficium abstinendi, adeò quod semel declarante nolle se esse hæredem, hæreditas incipit iacere; sed non ex hoc sequitur, quod interim antè declarationem hęreditas possit quoquo modo dici iacens, stante statuto, ex quo illud operatur effectum, consummatum fictæ apprehensionis, quæ pro vera habetur, opere, nec
10 verbo quidem interueniente. † vt benè declarat Fontanell. *d. claus. 7. glos. 3. part. 3. numer. 2. cum sequentib.* & de nostratibus Giurba *ad consuetud. Messan. capit. 21. gloss. 6. numer. 21. ad medium fol.* 418. quod aduertens Faber dicto loco *in glos. vltim.* ità se ipsum explicat, vt dicta per eum huic opinioni non contradicant, ibi (quod acquiratur etiam ignoranti, & citrà animum possidendi, cum alioqui necessarius sit animus ad acquirendam possessionem) nec negat in discursu, quòd secuta demum declaratione, retrotrahatur ad diem mortis, nec momento iacuisse existimetur.

Vndè potius Faber facit prò conclusione per nos firmata, quàm contra; non enim rectè ex eius dictis infertur, quod declaratio requisita suspendat dispositionem statuti vt possit per alium adiri, quasi iacens ante declarationem; nec sub prætextu, quod postea competant hæredi interdicta possessoria: etenim hæc remedia competere, potius confirmant iam dicta; quia non possunt dari, nisi supposito quod hęres absque alio facto, vel verbo tunc temporis possidebar; sensus est ergò verborum Fabri, vt alibi diximus, hæreditatem semper haberi pro adita ad fauorem hęredis, scripti, vel proximioris, & quod statutum tem-
11 pus † mortis respiciat, & non declarationis; ex quo fit, quod declaratio retrotrahatur ad tempus mortis, etiam in præiudicium tertij, & indè incipit esse necessarius hæres, qui erat voluntarius, ideò dicebam, quod aut agimus de possessione, & illa statim continuatur absque declaratione; aut agimus ad hoc vt habeatur pro hærede irreuocabiliter, & requiritur declaratio; diximus retrotrahi in præiudicium tertij, addendum est etiam si talis tertius hæreditatem licitè, & iure permittente, adijsset, vt puta quia esset cohæres, qui oc-
12 cupasset possessionem totius assis † ità ex Bart. *in l. si quis pro emptore. à numer. 45. D. de vsucap.* in terminis tenuit Bongiorn. *cons. 6. numer. 98. & seq. inter consilia diuersorum siculorum apud Petrum Lunam impressorum,* & quod declaratione subsecuta, retrotrahatur ad tempus

pus

13 pus mortis, fuit practicatum † in Regno in cauſa grut-
tarum, de qua ſcribit Intrigl. *deciſ.* 42.

Nec faciebat, quod ſtante lapſu triginta annorum
cenſetur declaratus animus, & inducta repudiatio
etiam dicti beneficij ſtatutarij, quia fortè hoc
procederet, quando hæreditas haberet corpora-
14 reſpectu naturalis poſſeſſionis, ſeu † corporalis
inſiſtentiæ, in quibus terminis loquuntur Barz.
deciſ. 48. *num.* 18. Gratus *conſil.* 80. *num.* 18. Ambroſin.
deciſ. 20. *lib.* 1. Rota per Farinaz. *deciſion.* 763. *volum.*
2. *& deciſ.* 97. *vol.* 3. Fontanell. *d. clauſ.* 7. *gloſſ.* 3. *n.* 47.
in quibus terminis per multi etiam tenent, decem an-
norum lapſum ſufficere. Cancer. *variar. reſolut. capit.*
7. *num.* 29. *tit. de reſtit. ſpoliator.* Coſt. *de fact. ſcient. &*
ignor. centur. 2. *diſtinct.* 87. *num.* 7. *Rot. in deciſ. prædicta*
apud Ludouis. 307. licèt contra prædictos quod imò
15 nullo tempore præſcribatur, † videatur relatis omni-
bus tenere Fontanell. loco citato, & tenuit apertè
Bald. *in conſ.* 225. *lib. primo.* ea ratione, quia aduer-
ſus poſsidentem præſcriptio non datur *l. male agitur* 2.
C. de præſcript. triginta, vel quadraginta annorum, cum
vulgaribus, & aliam rationem aſsignat Brunius *conſ.*
247. *num.* 8. *vol.* 3. & faciebat additio ad Alexan. *conſ.*
89. *lib.* 2. relata per Tuſch. *concluſ.* 626. *num.* 16. *&*
628. *numer.* 8. *verbo ſtatutum*, dum dicit, quod ſtan-
16 te hoc ſtatuto † ceſſat tempus datum ad deliberan-
dum.

Ceterum quidquid ſit de prædictis, in caſu illo, de
quo quærebatur: hæreditas conſiſtebat in redditibus
17 annuis, & ſic in bonis incorporalibus, † in quibus non
cadebat conſideratio naturalis, & corporalis, nec
poſſidens timere poterat poſſe repelli, ſed requireba-
tur vſus aduerſari cum ipſius hæredis patientia. Berta-
zol. *conſil.* 17. *num.* 70. *in ciuilibus* quem ſequitur Gra-
tian. *diſcept.* 113. licèt falſo eum alleget. *in conſ.* 47.
quòd impreſſoris vitio attribuo. Rot. per Farinat. *de-*
ciſ. 404. *num.* 7. *vol.* 5. & Fontanell. *d. clauſ.* 7. *gloſſ.* 3.
par. 9. *fol.* 540. qui iure optimo dicit, ex hoc periclitari
duas deciſiones Senatus per eum ibi relatas quæ his
ſtantibus, nullo iure ſuſtineri poſſunt.

Itèm in terminis rerum corporalium certum eſt,
18 quod requirebatur ſcientia † in hærede non declaran-
te infrà tempus prædictum, quod hæreditas ſibi com-
petebat; vt dicit Coſta ibi, & declarat D. Addens ad
Ludouiſ. quia alias poſſeſſio non habetur pro derelicta,
nec poteſt dici quod hæres non ingrediendo, ſuſpi-
catus ſit poſſe repelli, & ideo habeatur prò ſpoliato;
quia non poteſt dari ſuſpicio vbi hæres penitus igno-
rabat hæreditatem ſibi delatam.

Hinc, ait ipſe; quod ex quo difficile eſt in Rota
probare hanc ſcientiam, illa doctrina non poteſt ita
de facili practicari, quod mihi placet, nam ſi habens
pro ſe ſtatutum, videat alium poſſidere, & non decla-
ret velle vti eius beneficio, & hæreditatem habere,
ſciens eam ſibi competere, clarum eſt, quod tacitè vi-
detur nolle ſe eſſe hæredem, & ſe abſtinere, iuxtà quę
fuit deciſum de anno preſenti 1628. dum hæc perpo-
lirem in cauſa prædicta de menſe Octobris, & poſtea
remedio contrarij imperij de menſe Auguſti 1629.
concludo ad negotium redeundo, quod ſicuti hoc ſta-
tutum, durante tempore, quo hæres non declarat,
operatur ſuum effectum, ad hoc vt poſſeſſio nullo iure
poſſit ab alio occupari, ità in terminis Molini non
poſſit reuocari donatio, donec voluntas donatarij ex-
planetur, vel colligatur non ex ſolo lapſu tanti
temporis; ſed ex alienatione rerum donatarium
ipſo ſciente, quibus non interuenientibus ratio-
ne iuramenti donans ligatur, ac ſi acceptatio inter-
uenisset.
19 Cenſetur autem donatarius † acceptaſſe; ſi ex do-
natione agat, vel eius virtute aliquid ſoluat, vel exigat,
ad *l. paulus reſpondit.* 5. *D. rem rat. haber.*
20 Cæterum an iuramentum † in Regno cenſeatur ap-
poſitum de ſtylo, nulla iudicio meo eſt controuerſia
in publicis inſtrumentis, vbi notarius cenſetur roga-
21 tus apponere omnia apponenda, † vt deducunt ex
noſtratibus Milan. *deciſ.* 13. *numer.* 73. *lib.* 2. Craſſ. *de*
except. cap. 10. *num.* 42. Maſtrill. *deciſ.* 250. *numer.* 62.
Muta *ad Rit.* 121. *num.* 2. *fol.* 204. addò Menoch. *conſil.*
37. Surd. *deciſ.* 223. Fab. Ann. *conſil.* 53. *num.* 25. poſt
Grammat. *deciſ.* 103. vbi Didacus de Mari mille cumu-
lat Marta *de clauſul. part.* 4. *clauſ.* 13. *fol.* 582. vbi deci-
ſum in Rota Barz. latè *deciſ.* 108. *numer.* 17. & eſt res
indubitata, ſtante opuſculo impreſſo de mandato Ma-
gni illius Marci Antonij Columnę, quod ceterarium
appellant, vbi omnes clauſulæ ſolitæ apponi cum ſuis
cæteratis extenſis ſunt impreſsè, licet relinquatur ſty-
lus vnicuique notario ſuperaddendi alias obligationes,
& renunciationes, non autem minuendi niſi de volun-
tate partium, quæ in tantum habentur pro appoſitis
in quantum per peritos Iudices virtute talis inſtrumē-
ti continentis aliquam obligationem, non obſtante
non ſit de contentis in ritu conceditur executio, etiam
quod deficiant clauſulæ prædictæ, ex quo, tamquam
ea quæ ſunt de ſtylo habentur prò appoſitis, vt prædi-
ximus. Ideo malè faceret Iudex, ſi executioni non
deferet, per ea, quæ tradit Graſſ. *de except. dicto capit.*
10. vbi videtur increpare Iudices contrarium atten-
tantes, iuxtà quę ego obtinui pro Don Franco Cele-
ſti contra D. Iuliam Spatafora Baroniſſam Sancti Eri-
telli, in qua dubitabatur, an quia non ſe obliga-
uerat ſimpliciter, ſed tantum baroniam prædi-
ctam, in caſu quo ad eam perueniret, cenſeretur in
dicto caſu ſe obligaſſe cum via executiua, & prò affir-
matina allegabam prædicta; licèt poſtea in Conſi-
ſtorio ſuccubuerim, cum reſeruatione iurium in
cauſa hypothecaria; quæ quidem deciſio neſcio
quomodo poſſit ſuſtineri, expectamus quid ſentiant
Iudices cauſarum delegatarum, (adde quod ſub die
Septembris 1629. per M. C. ſedis criminalis concor-
diter fuit confirmata prima deciſio ad fauorem
clientis, quo ad viam executiuam) dixi in publicis
inſtrumentis: anceps enim quæſtio eſt, an iuramen-
tum cęteræque clauſulæ cenſeantur appoſitæ in ſcrip-
22 tura priuata, † puta in capitulis matrimonialibus,
quæ inter priuatas ſcripturas vim inſtrumenti ſecun-
dum aliquos obtinent, ſi datæ ſint notario ad con-
ſeruandum, vt ex noſtratibus refert D. Anton.
Amat. *reſolut.* 8. & poſt hæc ſcripta viſi Don Franc.
Anton. Coſta *conſ.* 19. *numer.* 11. *&* 12. vbi deciſum
pluries Caſtill. *deciſ.* 211. *numer.* 7. *cum ſequentib. tom.*
3. in quo ego in vna donationis propter nuptias, ver-
tente inter Hierardum de Honofrio, & Vincentium
eius fratrem, cum donatio inſerta fuiſſet in capitulis
matri-

matrimonialibus; dixi non subintelligi, eo quòd nil differunt ab alijs priuatis scripturis, extrà quam quò ad viam executiuam moribus nostris receptam fauore tantummodo dotis nec si partes illas ibi inseri fecissent; Neque enim eis licet notario omisso, pu-
13 blicum inter se instrumentum conficere; † Rebuff. *de chirografis, & schedulis in præfatione num.* 2. Carpan. *ad statutum Mediolani cap.* 96. *numer.* 7. & 8. Tois. *super Rit. Neapolit.* 166. *numer.* 12. ex nostris Cumia *ad Ritum Siciliæ 6. ordine suo. numer.* 9. Castill. *decis.* 109. *numer.* 35. D. Anton. Amat. *dicta resolut.* 8. *num.* 13. ideoque, & si notarius censetur rogatus apponere clausulas prædictas; hoc euenit quia supponitur in eo potestas apponendi, super qua fundatur tacitus rogitus, seu dicamus mandatum; at in capitulis matrimonialibus inter partes conditis, cum deficiat potestas, multo minùs præsumi potest mandatum, quia dirigi non potest nisi notario; vnde si certum est, quod non possunt partes expressè illas apponere certissimum esse debet, quod si non apponantur, non possunt haberi pro appositis, ne alias tacitum operaretur plusquàm expressum, & ne duæ fictiones concurrant circa idem subiectum ad tradita per Mastrill. *decis.* 277. *num.* 65. & per non *pat.* 6. *in appendic. numer.* 9. huius discursus.

Vndè quidquid sit de disputatione Amati, de via executiua his capitulis deneganda, cuius opinio licèt verior esset de iure communi; attamen ex eo sequi non potest, quod inuiolatus est mos ita iudicandi, vti per allegatos per eum videri potest, cui contradicere periculosum existimo dum ius non repugnat: attento responso I. C. *in l. filius D. ad l. Cornel.* vbi docuit nos, non quærendum esse vlterius, vbi constet de censura superiorum, ibi *sic enim inueni senatum censuisse*, & fortius imperatoris præcepto id expressè disponente, in *leg.* 1. *Codic. quæ sit longa consuetudin.* ibi *præses prouinciæ probatis his, quæ in oppido frequenter in eodem controuersiarum genere seruata sunt, causa cognita statuet*, adiuncto altero text. in *leg.* 3. *Cod. de edific. priuat.* & stante maxima æquitate, qua hæc consuetudo roboratur, sine dubio nostra opinio procedit, vt non iuramentum, nec constitutum, aliaque pacta de non opponendo, & ad discursum ha-
24 beri possint prò appositis † in huiusmodi capitulis, super quibus videndus est Pappon. in *cons.* 40. & circa dicta pacta de non opponendo, & ad discursum non me retrahit, quod contrarium fuerit, quandoque decisum in his supremis tribunalibus pro Michaele Sismundo contra Don Gasparem Statella Baronem Mellis in ventre de anno 1624. quia dicta decisio ex prædictis videtur periclitari, & licet processerit fauore dotis; attamen satis constat, dotem in hoc nullum habere priuilegium, cum satis superque sit, viam executiuam ei concedi, dum in priuata scriptura fuerit constituta, vel promissa, & ita respondebis si placent tam dicta ad *Decisionem* Castill. 211. nuper impressam, vbi de dicta causa meminit, cætera verò habes penès Amatum ibi, qui benè, & fundatè quæstionem disputat, & resoluit.

Ideò ad principale dubium redeundo, ex alio capite fundari potest iuramentum acceptationem supple-
25 re, quia videlicet illud vicem obtinet † stipulationis Roland. bellè post multos *cons.* 19. *à numer.* 29. *vsque* 32. *libr. primo.* Afflict. *decision.* 135. post alios Caocer. *variar. capit.* 7. *numer.* 266. *parte* 3. Seraphin. *de priuileg. iurament. priuileg.* 24. *in principio* Mancin. *de effect. iurament. cap.* 23. *numer.* 3. & 173. *num.* 13. Crass. *in prælud. numer.* 80. *de exception.* Fontanellam *clausul.* 4. *numer.* 16. *fol.* 57. Turrer. *cons.* 60. *numer.* 15. Barz. *decision.* 26. *numer.* 11. qui quamplures alios cumulat Magon. *decision.* 39. *numer.* 12. in Florentinis allegat Gabriel *de verbor. oblig. conclus.* 1. *num.* 69. latè Gallus *cons.* 108. *num.* 17. & *seq.* nouissimè Theodor. *allegat.* 15. *num.* 29. quæ doctrina est canonizata per Rotam *in decis.* 346. *num.* 7. *lib.* 4. *fol.* 181.

Ex quibus non obscurè deprehenditur, hanc esse communiorem opinionem, quod nec negauit sagax Giurba *decis.* 62. *num.* 30. vbi contrarium tenet fretus authoritate nudi, Beroij. *cons.* 199. *num.* 4. *lib.* 1. & licèt, vt verum fatear, viderim multas decisiones emanasse iuxtà eius opinionem, & aliquas me aduocato, maximè nouissimè inter Don Ferdinandum Mariam Cutelli nepotem meum, & D. Gasparem Platamone Vrbis Catinæ de Anno 1627. in *M. C.* ita vt contraria opinio raro, aut nunquam fuerit in hoc Regno amplexa, & magna est vis consuetudinis in iudicando, attamen stante auctoritate tot virorum, & decisionum, eorumque fundamentis fortè non malè faceret, qui contrarium attentaret decidere, si aliud non obstaret; quam consuetudo prædicta, vt in simili tenet Fontanell. *clausul.* 7. *gloss. prima, parte secunda à numer.* 51. *vsque* 57. *fol.* 395. quando videlicet repugnat iuris dispositio. Sicut è conuerso si aliqua adesset dubietas in meritis, ità vt altiori indagine opus esset, non recederem ab opinione Giurbæ.

Prima verò opinio quæ Beroio aduersatur sequen-
24 da omnino esset in materia alimentorum † vel dotis alteriusuè piæ causæ iuxtà doctrinam Cordubæ in *leg. si quis à liberis.* §. *vtrum numer.* 24. *D. de liber. agnoscen.* ex alijsque quos sequitur Surdus. *de aliment. priuileg.* 73. *numer.* 4. iuxtà quorum opinionem ego consului, & obtinuissem in Sancto Officio, Consultore Domino Ortulano, prò Don Bartholomeo Cutelli contrà Michaelem Sismundo, qui in contractu matrimoniali susceperat in se onus soluendi alimenta dicto Don Bartholomeo absenti, & notario non stipulante, nisi Conuentus cognita difficultate, votata iam causa, agnouisset bonam fidem, & alimenta soluisset.

Non obstant modò tenentes contrariam opinionem, donationem hanc videlicèt inter patrem, &
27 filium iuramento non firmari, † quia præualuit contraria opinio, adeo vt nefas sit, contrarium attentare, vt in specie vnum ex modernioribus, qui hoc tenere visus fuit, increpat Fontanella dicta *clausul.* 4. *glos.* 7. *parte* 2. *numer.* 56. & *sequentibus*, quod ego facere non audeo, dum inter contrarios video ita tenere Anton. Faber *de error. decad.* 41. *capit.* 4. Schifordegh. ad Anton. Fabr. *tractat.* 15. *quæstion.* 4. Scipio. Gentil. *libro tertio, titulo de donation. inter virum, & vxorem capitul.* 25. & quamplures alios maximè authoritatis viros relatos per Robles *dicto libr.* 2. *capitul.* 23. *numer.* 40. Hoc tantum dico quod in iudicijs,

vbi

vbi pietas præoculis habetur, adducenda non est,
prout nec ipsemet Faber eam in iudicando secutus
fuit, prout videri potest in suo *Codice titul. de dona-
tion. definit. prima*, quod etiam euenit Cardinali Man-
ticæ, dum in *lib. 21. titul. 8. de taciturnit. & ambiguit.*
volens ostendere eius ingenij acumen pro negatiua te-
nuit, secus verò dum esset auditor, decisit, cuius argu-
menta satis speciosa sunt, vt adducantur in scholis,
dum in curijs allegari non possunt.

Habes iam quinque modos per quos donatio inter
patrem, & filium à principio inualida firmitatem
recipit, restat videre, an in primis quatuor casibus,
mortis videlicet, deportationis, professionis, & eman-
cipationis ante eorum euentum reuocari possit; nam
in quinto casu vbi iureiurando firmata sit; statim va-
28 lida efficitur, † & per consequens irreuocabilis, vt
declarat Fontanell. *dicta clausul. 4. gloss. 7. parte 2.
numer. 57. fol. 112.* in tantum quod etiam præmo-
riente donatario in casu prædicto firma remanet,
quod secus est in alijs, in quibus si filius præmoria-
tur, donatio irritatur, Mantica post alios *dicto
libr. 21. titulo 9. & 10.* Robles *ibidem numer. 45.
& 47.*

Et quidem sequendo semper communes opiniones,
29 vt soleo, respondeo reuocari posse, † non solum ex-
presè, sed etiam tacitè; textus est de iure canonum
expressus *in capit. vltimo de donat. inter virum, & vxo-
rem, ibi si reuocetur ab eo tacitè vel expresse*, & de iure
Cæsarum. *in l. cum hic status 33. D. eodem titul.* Pater
Molin. *disputat. 289. num. 11, versic. secundus euentus.*
Cardin. Mantic. *in dicto tractat. libr. 21, titul. 9. & 10.*
vbi recenset quamplures modos, per quos censetur
donatio tacitè reuocata, aliosque adducit Menoch.
de præsumptio. libr. 3. capit. 23. egregiè P. Sances *de
matrimon. libr. 6. quæstion. 15. per totam*, vbi nil omi-
sit Fontanella *dicta clausul. 4. gloss. 9. par. 5. num. 199.
fol. 215.* Anton. Faber. profundè more suo *in secunda
parte de erroribus decad. 46. error. 7.* quorum allegatio-
ne contentus ero, poteris enim vbi quæstio occurat ad
eos accedere.

Non omittam quod quamplures casus per prædi-
ctos collecti videtur quod applicari possunt donatio-
nibus illis, quæ licet irreuocabiliter fiant; pacto tamen
reuocari possunt; idem enim videtur operari pactum
adiectum, quod natura ipsa operatur, vt aliqui ex præ-
citatis tenent.

Sed contra credo verius esse, vt in his, nisi expres-
30 sa voluntatis testatio interueniat † nunquam cen-
seantur reuocatæ; nam illa reseruatio reuocandi non
facit, quin donatio sit irreuocabilis; ideoque sicu-
ti expresso pacto opus fuit, vt reuocari possit, ità
expressa reuocatio interuenire debet; Glossa notabi-
lis in *l. fin. §. Lucius. Titius. in versic. perfectam. D. de
donat.* additis his, quæ benè discurrit Fontanella
*dicta clausul. 4. gloss. 9. part. 5. numer. 193. cum
pluribus sequentibus fol. 226.* adducit, vltrà Antonij
Fabri definitionem distinguentem intèr vtramque
donationem; plura Senatus Cataloniæ placita, viden-
dus est etiàm idem Anton. Faber. *de error. decad. 46.
error. 17. numer. 8.* vbi explicat casum, quandò in do-
natione traditio interuenit an eo casu noua traditio
desiderari debet, vt censeatur reuocata, putà quod
alteri res vendatur, legetur, vel donetur; & resoluit
affirmatiuè, quod placuit Molfes. *in additionibus
ad titulo de renunciationibus quæstion. 10. numer. 9.* Tap-
piæ *decision. 2. numer. 380. fol. 120.* neque enim ex
eo quòd rem donatam hypothecæ subiecerit reuo-
31 casse † censendum est, potest enim donatarius se ab
illa eximere solutione eius summæ, pro qua supposi-
ta fuerit; hæres vero donatoris in hac specie illud
consequetur, vt bona hereditaria tanto minus one-
rata sint; quanto plus donatarius solutus fuerit; quod
verum existimo, si donator in indiuiduo rem dona-
tam hypothecauerit, & illam quidem solam; etenim
alias hæres teneretur luctæ, ad text. in *l. si res obliga-
ta. 60. D. de legat. 1.* cum alijs per me adductis in respon-
so prò Don Balthassare Vintimiglia, & latius in *secun-
da tract. disc. p. speciali. 29.*

Quod autem si fauore obligationis donator adiece-
rit clausulam constituti, vel precarij, quæ vim tra-
ditionis obtinent, vt in principio huius tractationis
memini dixisse; an videatur reuocasse, & puto
respondendum negatiuè; hæ enim clausulæ sunt
appositæ fauore obligationis, & ad eius corrobo-
rationem, & ideo non alterant naturam contra-
32 ctus, † sicuti dicimus in contractibus censualibus
iuxtà formam bullarum, & pragmaticæ, quod
clausulæ appositæ translationis dominij bonorum
subiugatorum, non alterent contractum, nec fa-
ciant transferri in emptorem census possessionem
nec dominium bonorum subiugatorum. Petr. de
Gregor. *ad bull. quæstio. 7. numer. 8.* Milan. *decisio. 9.
numer. 139. part. 2.* Roderic. *de ann. redd. libr. 2. quæ-
stion. 7. numer. 17.* & alij. Cæterum an hæc donatio
33 censeatur reuocata per clausulam, † quæ fre-
quenter apponitur per notarios in testamentis, ibi
*cassans, & reuocan, atque annullans omnes alias dispo-
sitiones, &c.* magna fuit controuersia olim. dum
essem in patria, in qua ego intrepidè respondi
non censeri reuocatam donationem inter viuos,
etiam cum facultate reuocandi, dum alia volun-
tatis mutatio non apparebat; allegabam celebrem
illam Anton. Fabr. *definition. 20. titulo de reuocand.
donation.* Anton. Monach. *decision. Bononiens. 71. nu-
mer. 64. versiculo demum*; quibus accedit post di-
ctam causam visus Molin. de *ritu nuptiar. libro tertio
quæstion. prima, numer. 45.* illa enim clausula est re-
ferenda ad donationes causa mortis, vel ad illas,
quæ licet sint inter viuos; attamen ratione perso-
narum, iudicantur ad instar donationum causa
mortis; non autem ad donationes inter viuos, quæ
34 continent facultatem, † hanc reuocandi, illæ e-
nim, vt diximus, non immotantur, per talem
facultatem Loffred. *consil. 5. numer. 6.* Gabr. *consil.
3. numer. 2. volum. primo.* Cardin. Mantic. *de taci-
turnit. & ambiguit. libr. 13. titul. 47. numer. 4.* Nauarr.
consil. 17. numer. 7. libr. 3. Caualcan. *decision. 42. nu-
mer. 35. parte secunda.* Fontanell. *de pact. clausul. 4.
gloss. 26. numer. 2.* Giurb. latè *consil. 54. numer. 41.
& 42.* qui *numer. 44.* ex prædictis, & alijs ait, quod
intelligitur tantum donatum inter viuos, quantum
non erit alienatum, allegat Morot. *consil. 4.* & Surd.
magistraliter loquentem *cons. 10.* addo pulchram
Fabr. *definit. 11. titul. de reuocand. donat. libr. 8. tit. 26.*

firman-

firmantem, quòd respectu non alienatorum remanet donationatio, sequitur Fontanell. *clausul.* 4. *gloss.* 9. *part.* 5. *numer.* 195. vbi donatio vel ex pacto, vel de sui natura reuocari potest; vndè Giurba infert malè, ex hac clausula inferri ad coniecturam fraudis, cum sit de iure licita, & pactum omninò approbatum; ex quibus alias dicebam pro clerico Carolo Maccagnone filio eximij aduocati, & olim M. R. C. Iudicis, regijque Consiliarij Balthassaris Maccagnone, contra gabellarios Vrbis Panormi (instantes ne dicto clerico permitteretur ingressus vini, & aliorum fructuum prouenientium ex quodam prædio ei à dicto Balthassare donato, ex quo donatio ex hoc apparebat in fraudem facta, quod poterat ad libitum reuocari) non posse ex hoc solo capite argui animum fraudandi gabellam in homine probo, & timorato, dum talis reseruatio; tam si fiat ad libitum donantis, quàm si restringatur fauore alicuius personæ, vel in aliquo certo euentu, compatitur cum validitate, & inreuocabilitate donationis, vt comprobatum est, & discurrit benè Fontanella loco allegato additis ijs, quæ ad exclusionem fraudis considerat Pater Diana *resolutio.* 69. & 43. *de immunit. Eccles.* maximè dum non poterat prætendi, quod fructus Patri acquirebantur, tam quia Pater in bonis à se filio donatis, non habet vsumfructum, vt probauimus suprà, & probat latè Giurb. *consil.* 44. *numer.* 27. quam quia expressè per pactum voluerat teneri ad restitutionem fructuum, & ad dondum computa filio de perceptis cum obligatione emendi de eis redditus, quæ faciunt, vt gabella soluenda diminuat patrimonium clerici, in cuius bonis sunt fructus illi; qui dum sunt destinati ad emptio-
35 nem † redituum, iudicantur etiam vti immobiles, vt in terminis fideicommissi dixerunt Bardellon. *consil.* 6. *numer.* 23. Marzar. *in epitom. fideicommiss. quæstio.* 7. Menoch. *præsumpt.* 197. *numer.* 44. *libr.* 4. Intrigliol. *centur.* 3. *quæstio.* 74. *numer.* 117. Fusar. *de fideicommiss. quæstion.* 624. *num.* 14. & in alienatione pecuniæ Ecclesiæ destinatæ ad emptionem redituum, Gail. *obseruat.* 11. *libr. prim. pract.* Thesaur. *decision.* 160. *numer.* 6. Ricc. *in Praxi alienat. rerum Eccles. decisio.* 70. *numer.* 5. Quarant. *in summario bullari, verbo, alienatio rei. Eccles. numer.* 24. Genuensis *in praxi Ecclesiastic. Neapolitan. capitul.* 60. *numer.* 8. & *in addit.* Gratian. *disceptat.* 943. *numer.* 19. tanto magis, quia erat constitutus in quasi possessione dictæ franchitiæ,
36 † dum alijs patientibus gabellarijs; tamquam clericus exemptus introduxerat hordea ex dicto prædio donato immunia ab omni gabella, per quem actum licèt vnicum acquisiuit possessionem ad *Consilium* Oldrad. 312. Thema quæstionis *ad finem*, Dec. *consil.* 154. Vrsill. ad Afflict. *decisio.* 67. Tuschus post alios *in verbo, quasi possessio. conclus.* 34. Mascard. *de probat. conclus.* 1214. *numer.* 4. & 5. Roderic. *de ann. redditib. libr.* 1. *quæstion.* 15. *numer.* 20. Cencius, qui multoties refert in Rota decisum *de censibus part.* 2. *capit.* 2. *quæstio.* 5. *articulo* 4. *num.* 21. & 26. vbi dicit, non cogi hoc casu possessorem ostendere titulum; Gratian. belle *disceptat.* 113. *numer.* 2. Rota apud Cardin. Ludouis. *decision.* 313. vbi alij, quidquid dicant Roman. *consil.* 70. *visis Themate numer.* 13. Rip. *in leg. vltim. numer.* 25. *versicul. sed quæritur. D. quor. bonor.* vbi quod requiruntur duo actus; nam veritas est, quod vbi non sumus in actu, qui solet gratiosè concedi, & sumus in præstatione, seu immunitate concedenda Ecclesiæ vnius actus sufficit; idem Roman. vbi Additio. *consil.* 311. quem sequitur Mascard. *ibid. numer.* 5. & Tusch. *dict. conclus.* 421. *numer.* 3. & iterum *conclus.* 34. *numer.* 8. *verbo, quasi possessio*, Gratian. ibidem: ità vt tali possidenti concedantur omnia remedia, & interdicta retinendæ, & recuperandæ, Menoch. *de retinend. remed.* 3. *numer.* 234. & in terminis exemptionis Rouit. ad Pragm. *titul. de feud. pragmat.* 9. Apont. *decision.* 5. Gratian. *disceptat.* 113. *numer.* 13. 14. & 15. & *numer.* 20. Marant. *part.* 4. *distinction.* 7. *numer.* 20. Barbos. *in capit. licet causam* 9. *numer.* 11. *de probat.* vbi idem tenet in conseruatione honoris, obsequi, & iurisdictionis: & licet in causa prædicta fuerit aliter decisum per Spectab. assessorem Curiæ Archiepiscopalis; huc tamen fuit, quia nouum fuit ei visum, & reuera quod, & ego fateor non visitatum hoc remedium possessorium in his iuribus, & non sufficiens prò acquirenda possessione; item quia habuit actum pro controuersio, & non pacifico prout ipse liberè mihi fassus fuit, sed in curia legati, seu Regiæ Monarchiæ aliter fuit iudicatum, per Illustr. & non satis laudatum, D. D. Petrum de Neyla meritissimum Iudicem, & de legali scientia optimè meritum, ex tot quos in dicto gradu vidimus, nemini secundum, re-
37 cata sententia prædicta; actus † enim ille possessorius minimè poterat dici controuersus, vel turbidus; quia necesse fuisset, quod ostenderetur repulsa facta à Ciuitate tempore quo actus gestus fuit, vt latè diximus in responso pro Vniuersitate Saccæ, contra Ducem Montis alti, iuxta quod obtinuimus in M.C. adiuncto Domin. Præside de Blaschis ex Cardin. Ludouis. *decisio.* 283. Rot. per Farinac. *decis.* 513. *numer.* 5. *part. prim.* Anton. Fabr. *Codic. de Sacrosanct. Eccles. definitio.* 31. *numer.* 5. Mastrill. *decis.* 229. *numer.* 2. Raimon. *consil.* 56. *numer.* 6. & *consi.* 58. *numer.* 3. qui omnes aliter capiunt, actum esse turbidum, & controuersum, non tribuens possessionem manutenibilem; quàm ex contradictione in iudicio, post actum gestum de facto.

38 An autem hęc facultas reuocandi † possit reduci ad arbitrium boni viri, consulendus est Fontanell. *dicta clausul.* 4. *gloss.* 26. *numer.* 6. & 12. vbi multa ad propositum adducit; quem secuti fuimus in vna pro Americo Capponi contra Marchionissam Hieracis, eiusque hæredes.

Sed an, si stante hac facultate reuocandi, sequa-
39 tur reuocatio cadant omnes hypothecæ † medio tempore contractæ per donatarium? scimus enim quod quando reuocatio fit ex causa ingratitudinis, vel alijs de causis in iure expressis, quæstionem esse multum dubiam, aliquibus sentientibus prò resolutione hypothecarum; alijs verò negantibus, *ad textum in leg. folis matrib.* 7. *C. de reuocand. donat.* quos omnes videre poteris apud Pinell. *ad leg. secunda, parte secunda numer.* 19. *fol.* 141. & puto in præposita quæstione, respondendum non reuocari, nisi pactum intercedat, ne res donatæ alienari possint

possint, vel quia redeant liberæ absque onere hypothecæ quasi ex lege commissoria, moueor, quia donatarius interim fuit pleno iure dominus, ac ideo potuit hypothecam imponere Faber. *de error. decad.* 23. *error.* 4. *per totum*. qui ad propositum ait quod nulla diuersitatis ratio potest constitui inter alie-
40 nationem domini; † & illam, quę fit per hypothecam, ideo; sicuti per dictum tex. in *leg. solis matrib.* non reuocantur alienata quoad dominium, ita nec debent hypothecæ dicere.

Quid autem si hæc donatio non reuocetur per donantem, an hoc ius reuocandi transeat in hæredes; dic, quod minime, quando hæc reuocatio descendit ex pacto; Peregrinus *de iur. fisci libro quinto titulo primo numer.* 92. Molfes. *ad Consuetudin. Neapolitan. titulo de renunciation. quęstion. prim. numer.* 71. *&* 72. *& in additionibus ad dictam quęstionem numer.* 18. nec distinguimus sicuti in reuocatione, quæ euenit propter ingratitudinem, an defunctus præparauerit quærelam, iuxta tradita per Regentem de Tappia *dicta decision.* 2. *numer.* 377. per plures sequentes: eo ipso enim quod donans non reuocat, censetur disponere, quod donatarius habeat, & non hæres; super quo etiam consulas Fontanell. de *pact. nupt. clausul.* 4. *gloss.* 28. vbi cum prædictis residet, & disputat quando censeatur præparata reuocatio, per quam transeat ius reuocandi in hæredem, vide etiam Barbos. *in leg.* 2. *in princip. part. prima à numer.* 127. *& in leg. si ab hostibus. §. final. numer.* 12. *D. solut. matrimon.* Caldas de Pereira *de extinct. emphyteus. capit.* 18. *à numer.* 13. Flamin. *de resignation. beneficiorum libr.* 6. *quęstio.* 3. Molin. *disputat.* 281. *numer.* 2. idem Pereira *libro primo qq. forens. quęstion.* 20. *numer.* 50. Less. *de iustitia libr.* 2. *capit.* 18. *dub.* 14. *numer.* 107. Rebell. *eodem tractat. part.* 2. *libr.* 18. *quęstion.* 9. *numer.* 7. Azor. *institutio. moral. parte tertia, libr.* 11. *capit.* 8. *quęstio.* 3. Barbos. *& in capit. fin. numer.* 23. *de donatione inter virum, & vxorem*. vbi omnes casus cumulat, per quos donatio reuocari possit, doctè quidem, & luculenter, ad quem recurrere poteris satis enim hæc sunt pro quæstiones, quam proposui.

TRACTATIONES PRIMÆ

DISCVRSVS SECVNDVS

PARTICVLA NONA.

ARGVMENTVM.

PAter in aduentitijs rectè contrahit cum filijs. Remissio vsusfructus an valeat in præiudicium creditorum, et fisci: legitima an possit à filio renunciati eodem modo. Clericus an possit quis effici, animo fraudandi gabellas.

SVMMARIVM.

1 *Pater licitè remittit filio vsumfructum aduentitiorum, quia habet vim potius repudiationis.*

2 *Commercium licitum datur inter patrem, & filios in profectitijs.*

3 *Vsusfructus renunciatus per patrem filio reputatur aduentitius.*

4 *Pater remittens filio vsumfructum aduentitiorum, non dicitur creditores fraudare, sed contra statim.*

5 *Legitima an possit per filium in præiudicium creditorum repudiari, & numer. 8.*

6 *Filio de iure debita attamen debet peti.*

7 *Præscribitur spatio triginta annorum etiam absque spe restitutionis.*

9 *Debitor potest non acquirere omnia illa, quæ absque illius facto sibi deferuntur, quæ agnitionem, & acceptationem requirunt.*

10 *Secus in ijs, quæ ex contractu proprio descendunt.*

11 *Pater legitimæ filiorum præiudicare potest non acquirendo, vel remittendo vsumfructum.*

12 *Vsusfructus sicuti, & legitima possunt renunciari in præiudicium fisci si fraus desit.*

13 *Pater potest remittere vsumfructum filio clerico, etiam quod exindè oriatur præiudicium publicanis, & vectigalium exactoribus.*

14 *Clericus quis si efficiatur animo fraudandi gabellas, an gaudere debeat franchitijs, & an peccet.*

TEmpus iàm est descendendi ad casus vbi donationes, licèt inter personas prohibitas fiant, validę tamen sunt à principio; quod euenit, vel ex speciali fauore causæ, propter quàm donatio fit; vel ratione publicæ vtilitatis, cuius de causa pluries recedimus a regulis iuris priuati demum ratione pietatis, quæ vbi intercedat solemnitatibus istis subiacere non debet; septem igitur inueni casus, in quibus donatio inter patrem, & filium alias inualida à sui initio valida reputatur, nec mortem expectet, nec iureiurando indiget.

Primus est, in remissione vsusfructus aduentitiorum.

Secundus in donatione ex causa emancipationis.

Tertius, in donatione ex causa studiorum.

Quartus, si prò clericatu, vel òrdinibus suscipiendis donatio fiat.

Quin-

Quintus, si propter merita.

Sextus, si prò legitima iure naturæ debita, vel prò alimentis.

Septimus, & finalis, si occasione matrimonij contrahendi, de quo noster est tractatus.

1 Primus casus fundatur † per textum expressum in *l. cum oportet. 6. §. sin autem. C. de bon. quæ liber.* vbi Iustinianus ait. *sin autem res sibi memorato modo acquisitas, parens noluerit retinere, sed apud filium, vel filiam vel deinceps personas reliquerit, nullam post obitum eius licentiam habeant hæredes ali patris, vel aui, vel proaui eundem vsumfructum, vel quod ex hoc ad filiosfamilias peruenit, vtpote patri debitum, sibi vendicare; sed quasi diuturna donatione in filium celebranda, qui vsumfructum detinuit; quem patrem eius habere opportuerat.* Ex hoc textu inferunt Doctores valere remissionem vsusfructus factam filio in potestate, etiam nulla emancipatione præcedente, illumque filio acquiri quasi ex donatione: nam donatio dici verè non potest, sed quædam repudiatio, vt in puncto dicit Bald. *in l. illud C. de sacrosanct. Eccles.* Barz. qui alios refert *decisio. 25. num. 45.* Tiraquell. *in l. si vnquam verbo donatione largitus num. 12. C. de reuocan. donat.* Surd. *de alimen. tit. 9. q. 20. num. 22. & cons. 259. num. 16.* Gratian. *discep. 713. num. 24.* quem textum neque Glossa, neque Interprete indigere aduertit nimis audax Pinell. *de bon. mater. l. 1. p. 1. nu. 17. in fin.* & esse textum singularem, dixit ex Bal. Ias. *in l. frater à fratre in p. lectur. col. penul. in fin. vers. quintò fallit,* modernè Filliuc. *de contract. tract. 34. cap. 1. n. 108. fol. 515.* & generaliter regula est, quod in ad-

2 uentitijs licitum † est commercium inter patrem, & filios, nec non inter eosdemmet filios in potestate existentes, vt voluit Gloss. *in d. l. frater à fratre.* vbi etiam Bart. quem refert Ias. *ibid. n. 37.* Castrens. *in l. dominus. de verb. oblig.* & ita intelligitur textus *in l. iubemus. 6. §. in supradictis C. ad trebell.* secundum Bald. Castr. Corn. ibi addi potest Alex. *in cons. 185. num. 6. lib. 6.* Crot. in *l. si constante 2. repet. num. 120 fol. matr.* licèt contra; post Bal. videtur sentire Pinel. loco statim citato, prout solet contrà communes solus, & inermis, & talis vsusfru-

3 ctus renunciatus erit aduentitius † vt ait Crauett. *in l. eum filio. part. 2. numer. 46. deleg. priua.* Surd. *dicto consil. 259. numer. 16.* Gratian. *disceptat. 713. numer. 25.*

Extenditur autem hæc nostra conclusio, vt non

4 solùm valida sit, sed etiam quod creditoribus † præjudicet, in quorum commodum resultabat patrem habere locupletiorem ex filij vsufructu, vt voluit text. *in l. patrem 19. & l. debitorem seq. de his, quæ in fraud. creditor.* Bero. *cons. 43. num. 6. lib. 1.* Cardin. Mantic. *de tacit. & amb. lib. 13. tit. 38. num. 14.* Roland. *de lucr. dot. q. 40. num. 12.* Stefan. Gratian. qui dum hęc scriberem, fato cessit. *discept. 271. num. 34.* licèt contra argumentetur Fontanell. *de pact. nupt. claus. 4. glos. 9. p. 5. numer. 75. cum duob. sequent.* dicens non procedere, nisi fiat renunciatio ante acceptationem secutus in hoc Port. & Rimin. Iunior. *in §. primo. per quas personas nobis acquir.* & Ancharan. *cons. 106. numer. 3.* attamen ipse se explicat in *num. 117.* loqui in vsufructu iam quæsito: extendendo ad legitimam, quod fortius repudiari non possit dum est de iure debita, in quo inuenio, contrà eum tenere Giurb. *ad consuet. Messanæ cap. 5. glos. 7. n. 12.* dicens, quod non indiget reprobatione, dum sequitur Anchar. communiter reprobatum; ego verò Fontanell. sequerer circa primum, nec discederem ab opinione Giurbæ circa legitimam; dum enim Fontanell. vim facit in repudiatione iuris iam quæsiti, non permittenda debituri, non possum nisi ei assentire; nec enim inuenio, Giurbam aliud probare, ni fallor imo expressè *in cap. 1. glos. 8. num. 16. vers. at si radicatum.* hoc fatetur; citans Fontanell. hoc loco, & addens Palaez *de maiorat. par. 4. q. 23. nu. 62.* Monter. *prò vxor. amitæ. par. 3. numer. 52.* Sess. *decis. 127. num. 28.* Gomez. *ad l. 48. taur. n. 9.* eumque laudat. *d. cap. 1. glos. 12. nu. 19.* quibus accedit Pereir. *decis. 55. nu. 8. vers. nec obstat.* dum autem ex hoc inferre videtur, legiti-

5 mam repudiari non posse † ex quo est de iure debita, ueganda est consecutio, non solum, quia debita intelligitur reuocabiliter, vt respondent omnes infrà citandi, & alij per Giurb. *d. cap. 5. glos. 7. num. 10. & 11.* sed etiam quia si hoc verum esset, cogeretur filius quodam modo hæres necessarius fieri in illa quota, & respondere respectiuè creditoribus hæreditarijs, quod satis absurdum esset. Et contra Iustiniani constitutionem *in l. scimus 22. C. de iur. deliber.*

6 Verior ergo opinio est, quod legitima, † & si iure filio debeatur attamen quod hoc intelligatur si petat, gloss. *in l. scimus D. de inoff. testam.* vbi Doctores & Iason. in primo notabili, Ceph. *consil. 479. num. 22.* Burfatt. *consil. 355. nu. 45.* Mex. *in pragm. tax. pan. concl. 6.* Monter. *decis. 35. nu. 83.* Petra *q. 15. n. 31. de fideic.* Peregr. *consil. 71. nu. 9. vol. 1. & cons. 46. à n. 14. vol. 3.* Papon. *cons. 4. nu. 18.* nouissimè Mart. *de success. p. 4. q. 21. art. 10. nu. 81. tom. 2.* post Mangil. *de imputat. q. 4. nu. 19.* alias verò non posset præscribi, & tamen scimus, præ-

7 scribi spatio trigiuta † annorum, vt modernè discurrit ad partes Merlin. *de legit. lib. 5. tit. 3. q. 10. per tot.* post quamplures, quia si ipso iure efficeretur proprium filij patrimonium, frustrà hæres allegaret præscripsisse, quia cõtra possidentem non præscribitur *l. male agitur 2. C. de præscrip. 30. vel 40. annor.* nec respondeatur hoc procedere quo ad possessionem corporũ hæreditariorum pro tanta legitimæ, etenim precedit etiam respectu dominij, & iuris petendi legitimam, nulla spe remanente, neque via restitutionis in integrum, vt dicit idem Merlin. loco præcitato, & nos latè in oratione si ue responso pro Don Cæsare Torniainbene contra Margaritam Caetano; & ideo stãtibus prædictis, quod legitima possit in præiudicium creditorum renunciari

8 fuit decisum in Senatu Neapolitan. apud Franc. *decis. 101. numer. 16. &* in Senatu Pedemontano *decisio. 95. nu. 42.* per Osasch. & in Regno Aragoniæ Regens Sesse *decis. 127.* & in Parlamento Parisiensi Annæus Robert. rerum indicatarum *lib. 3. cap. 12.* parum ergo deferendum est Fontanellæ, & minùs Merlino *de legitima lib. 3. tit. 2. q. 19. per tot.* qui contrarium etiam tenet.

Ex quibus elici potest regula generalis, quod omnia, quæ nobis tam facto legis statuti, quam facto hominis deferuntur, absque nostro tamen facto; quæ nostram declarationem requirunt, nunquam per-

9 fectè quæsita dici possunt, antequam agnitio † præcedat; ideoque possunt per nos non acquiri, & refutari nolendo locupletes effici, etiam quod ex hoc creditoribus nostris præiudicium oriatur. Text. est *in l. qui autem. 6. D. de his, quæ in fraud. cred.* vbi I.C. ait. *qui autem cum possit aliquid quærere, non id agit, vt acquirat ad hoc*

edictum non pertinet; pertinet enim hoc edictum ad diminuentes patrimonium suum, non ad eos, qui id agunt, nè locupletentur, & Latius *in l.1.§.utrum.D.eod.tit*, conferunt text. *in l.si sponsus.5.D.de donat, inter vir. & uxor. l.non* 149. vbi multa similia adducit, quæ ne longior sim, omitto.

Diximus ex facto nostro; nam si ex propria con-
10 uentione aliquid nobis deberetur, † non posset
in præiudicium creditorum remitti §. ex conditionali *institut. de verb. obligat.* Peregr. *de iur. fisc. lib. 6. tit. 7. nu.* 4. Tiraq. *de retract.* §. 1. *gloss. 10. num.* 45. Giurba *d.loco capit. 5, glos. 7. nu. 14. fol.* 425.

Licèt obstare videantur tradita per Pereir. *decis.* 55. *num.* 5. dum affirmat patrem grauatum ex perpetuo maioratu posse ante tempus illum proximè successuro restituere, priuando se eius fructibus, saltim ante acceptationé, certum enim est ex contractu deberi, quando à Principe institutum est, vel in contractu. Sed verius est non obstare, quia ex alieno, non ex proprio contractu descendunt.

Et iuxtà id, quod diximus de lucris prouenientibus ex lege, & facto hominis, circà omnes casus, in quibus conclusio prædicta locum sibi vendicat, adeundus est Giurb. *d. capit. 1. glos. 8. a num. 9. usque* 13, *& capit. 5. gloss. 7. &* 8. per totas, vbi nil intactum relinquit.

Ampliatur principalis conclusio, vt valeat hæc re-
11 missio vsusfructus etiam in præiudicium legitimæ †
filiorum vt probatur ex dicto text. *in l.cum oportet.* §. *sin autem, & ibi Mendes*, Gomez *super l.48. taur. num.* 10, Guttier, supèr *tit. de pact. in init. num.* 31. Molin. *disp.* 8. Sancez *de matrim. lib. 6. disput. 4. numer.* 18. *& disp. 5. nu.* 3. Dom. Regens Sesse *decisio.* 127. *numer.* 28. mouentur ex eo quòd licèt filij dicantur quodammodo creditores legitimæ; ex quo potest pater etiàm consumendo filiorum legitimam, diminuere magis poterit, remittendo vsumfructum vni ex filijs; intantum quòd stante ratione prædicta possit hoc facere etiam post ius quæsitum, & acceptationem ad differentiam aliorum creditorum verè, & propriè.

Ampliatur secundò, hoc etiam licere in præiudi-
12 cium fisci † vbi nulla fraudis coniectura concurrat,
Azeued. *in l. 3. numer.* 141. *titul. 10. lib. 4. nouæ recopilat.* cuius distinctionem vti veriorem sequitur Giurba *ad consuetud, dict. capit. 5. gloss. 8. num.* 18. post relatas contrarias opiniones, & nos diximus suprà in *secundo discursu part. 2. prima tractat. num. 27. cum plur. sequent.* vbi alia ad hæc pertinentia adduximus.

Amplioteriiò, vt valeat hæc remissio etiam in præiudicium publicanorum, siuè exactorum vectigalium, vt sicuti patri permittitur remittendo vsumfructum, præiudicare creditoribus, & fisco, respectu condemnationis, & mulctæ; ità facilius etiàm respectu gabellæ, in casu quo remissio facta sit ad fauorem filij clerici exempti à solutione vectigalium, pro introducendis fructibus remissis in Vrbem, vt consului in casu occurrenti prò Clerico Ioan. Baptista Cigala ex nobili familia Ianuensi contrà conductores vectigalis impositi supèr vino, qui arguebant fraudem ex dicta remissione vsusfructus; etenim dato adfuisset cogitatio
13 fraudandi † in consequentiam datia, attamen quia
actus est de per se licitus, non releuat allegare præiudicium oriens in consequentiam, quia primaria intentio inspicienda est: nec ad rem facere videbatur, commoditatem patri quæri, ex Milan. *decis. 3. a num.* 31. *lib.* 2. quia dum tenetur dare computum de fructibus: clarum est, quod solutio datiorum illos diminuit, & tanto minus clericus à patre recuperabit, quanto plus ipse expendit in sumptibus rei: inter quæ venit solutio gabellæ ad quæ videndus est etiam post
14 hæc impressus Pater Diana † in suis satis doctis *resol.*
moral. titul. de imm. Eccl. resol. 43. & 69. & in miscellan. tract. 2. resol. 22. vbi discurrit; an & quando dicatur fraudes admissa. *& quæ dixi supra p.8. n.34. fol.* 278.

TRA-

TRACTATIONES PRIMÆ

DISCVRSVS SECVNDVS

PARTICVLA DECIMA.

ARGVMENTVM.

DOnatio ex causa emancipationis inter patrem, & filium, an valeat discutitur; & an pater teneatur illam facere. Statuti de continuanda possessione vis traditur. Donatio simplex, an ob causam sit prædicta disputatur, & subsequenter, an imputetur, vel conferatur. Aliqua de inæqualitate vitanda inter filios aduertuntur. Minorum donationum vis traditur, & de obligatione dotandi pęnes fratrem. Vsufructus acquisiti huius donationis titulo remissio quid operetur; & an liberet patrem ab oneribus super dote, & vsufructu debitis, vbi illa soluere sibi accolauerit. Et quando maritus teneatur executiuè pro oneribus debitis super dote, & an cessionarius vxoris possit maritum cogere personali actione, & eum carcerare, & de cessionario ex causa onerosa, & lucratiua, et de compensatione, quando obijci possit cessionario et quid si cessio sit contenta in scriptura priuata. Demum an bona donata, vel propria hæredis possint fideicommisso supponi, et quando illud teneat, et an quis possit esse hæres indiscretus, & teneri pro viribus hæreditatis.

SVMMARIVM.

1 *Donatio in præmium emancipationis facta, valeat inter patrem, & filium à sui initio.*

2 *Pater non cogitur donare filio emancipationis causa, ratione quia pater nullum commodum sentit.*

3 *Libertas inæstimabilis thesaurus nulli comparandus.*

4 *Filius potius est debitor patris ex causa emancipationis, quàm pater filij.*

5 *Pater à filio nil potest recipere, vt eum emancipet, & recipiendo in suam legitimam imputaret, imò secundum Bartol. efficitur indignus filij successione.*

6. *Stipulatio de operibus filij non valet, si fiat adhoc vt eum emancipet.*

7 *Parentes de consuetudine solent aliquid filijs donare, quando eos emancipant, & si liberalitas sit.*

8 *Differentiæ omnes, inter suos, & emancipatos, an sint sublatæ, & an aliquæ remaneant, & num. 11.*

9 *Ius immiscendi in suis nullo temporis spatio præscribitur.*

11 *Statum de continuanda possessione, idem operatur, quod suitas respectu sui.*

12 *Simplex, an ob causam, est donatio emancipationis causa facta.*

13 *Simplices inter vivos donationes, regulariter non imputantur.*

14 *Imputatio repugnat liberalitati, quæ inest in simplici donatione.*

15 *Simplex donatio dicitur quando deficit causa impellens, siuè ex naturali instinctu, siuè ex ciuili obligatione descendat.*

16 *Causa debet esse in donante, non in donatario, vt donatio dici possit ob causam.*

17 *Inæqualitas, ne inter filios, oriatur, imputantur illa, quæ alias non computarentur.*

18 *Inæqualitas ratione receditur à regulis iuris communis, nec iudex dicitur male facere.*

19 *Pater præsumitur æqualiter diligere filios, & ità interrogatus respondere censendum est.*

20 *Legatum generis aliquando non comprehendit aliquas species, vt æqualitas seruetur inter filios.*

21 *Mater disponens in vnum ex filijs, de toto eo, quod disponere potest, intelligitur disposuisse de eo quod potest de iure communi, & non consuetudinario pro æqualitate.*

22 *Testamentum, in quo æqualitas seruatur, præfertur alteri inter filios loquendo.*

23 *Hæres particularis contribuit in oneribus, ratione inæqualitatis vitandæ, inter filios, vel nepotes.*

24 *Iudex arbitrabitur, an pater familias voluerit vt donata per eum inter viuos vni filio debeant imputari, admittendo coniecturas.*

25 *Pater quando donat, potest mandare, vt donata in legitimam imputentur, secus post donationem perfectam, vt num. seq.*

26 *Et post factum, neque per viam declarationis potest grauare filium, vt donata imputet in legitimam.*

27 *Declaratio est verbi dubij congrua dispositio, nil noui inducens.*

28 *Pontifex Max. non potest declarando mentem suam circa gratias concessas derogare iuri tertio quæsito.*

29 *Iudex non debet terreri, de declarationibus per supremos Principes factis ad præiudicium tertij.*

30 *Imputantur ea, quæ à patre filio dantur, non titulo donationis sed meræ dationis.*

31 *Collatio quando fit de rebus donatis, & imputatio locum habet, sed non è contra.*

32 *Facilius fit, quam imputatio, & ratio assignatur.*

33 *Donatio facta filio in potestate ex causa emancipationis an conferatur pro, & contra.*

34 *Collatio debet fieri inter emancipatum, & suum, etiam de bonis titulo simplicis donationis habitis, quod secus est inter suum & suum.*

35 *Debet fieri, in casu vbi magna inter filios inæqualitas resultaret.*

36 *Ad eam inducendam leuiores coniecturæ sufficiunt, quia filius agit de lucro captando.*

37 *Emancipationis causa facta donatio reuocari non potest, neque patri retrodonari quod intellige vt statim.*

38 *Decretum alienationi rei minoris absque iusta, & legitima causa interpositum, non tenet, & ex hoc non intrat vbi donatio celebratur; & num. 47.*

39 *Donare idem est, quod perdere, ideo decretum in ea non iuuat.*

40 *Curator rectè non datur, ad effectum donandi, ideo concessus nulliter censetur.*

41 *Actus præiudicialis minori sunt relinquendi in suspenso, nec per iudicem probandi, vsquequo minor maior efficiatur.*

42 *Renunciatio facta per sororem minorem fratri quatenus donationem continet, est nulla, etiam stante decreto.*

43 *Amissio lucri non potest fieri quin sit damnum, maximè pro minore.*

44 *Pater non potest alienare bona filij sub prætextu quod illa ipsis donauerit.*

45 *Non potest diuidere bona inter filios aduentitia, sine decreto iudicis.*

46 *Minor non potest dotare personam extraneam etiam cum decreto, imò nec sororem si aliunde habeat.*

47 *Adultus habens curatorem, reputatur non habere, quo ad effectum donandi.*

49 *Obligatio dotandi dicitur translata in fratrem, mortuo patre filio hærede instituto, ex quo cohæret bonis.*

50 *Frater in subsidium tenetur dotare sororem non habentem aliunde amplia vt statim.*

51 *Pater titulo donationis assignans filio integrum vsufructum maternorum; an possit postea sub prætextu diuisionis inter alios, eum illo defraudare.*

52 *Vsusfructus vna vice quæsitus, & acceptatus, non potest in præiudicium creditorum refutari.*

53 *Accollatio oneris respectu rei, durat tantummodo durante possessione penes accollantem.*

54 *Pater an ratione commoditatis ad onera teneatur, super re filij debita, quam non administrat.*

55 *Non potest præiudicare creditoribus remittendo filio vsufructum iam quæsitum.*

56 *Vsusfructus titulus immutatur in patre, mortua matre filiorum, substantia verò minimè.*

57 *Accollatio expressa, an cesset, cessante possessione, quando accollans principaliter se obligat.*

58 *Maritus, qui in se assumpsit onera super dote non liberatur si dotem voluntariè in filios transferat, & num. 63.*

59 *Possessor qui voluntariè desijt possidere, habetur pro possessore, & de quo possessore procedat, regula traditur.*

60 *Possidere aliud, est aliud in possessione esse.*

61 *Pater remittendo filio vsufructum agnitum dicitur donare.*

62 *Obligatio iam intuitu rei facta, aliquando non cessat, cessante possessione vt hic.*

64 *Maritus, cui mulier omnia bona sua dotauit, tenetur ad onera, tàm constante quàm soluto matrimonio, remanentibus filijs etiam executiuè.*

65 *Donatarius omnium bonorum, quo ad soluenda onera, habetur vti hæres cum beneficio inuentarij.*

66 *Maritus non tenetur executiuè in bonis dotalibus, quando bona fuerunt ei dotata franca, & libera, sed contra statim.*

Habens

67 *Habens dotem cum oneribus, dicitur tanto minus habuisse dotis nomine, si exprimantur onera.*
68 *Maritus non potest directo exequi pro oneribus super dote debitis, quando mulier habet parafrenalia, vel recameram.*
69 *Mulier præsumitur, quòd omnia dederit in dotem, & quid non apparente traditione, an præsumantur dotalia, an parafrenalia.*
70 *Cessionarius vxoris an possit contra maritum procedere ad capturam personæ, & quid si est facta cessio per Iudicem in datione insolutum iudiciali, vt numer. 73.*
71 *Beneficium deducto ne egeat, importat primario ne quis carcerari possit.*
72 *Cessionario recte opponitur compensatio ex persona cedentis, quod intellige vt infra numer. 74.*
73 *Cessionarius ex causa onerosa, consequitur plusquam cedens in cogendo nomine cesso.*
75 *Actio cessa postquam fecit liberum transitum in cessionarium non potest vulnerari exceptionibus excedentis persona, quod limita vt num. 80.*
76 *Debitor cessus dotis nomine, non potest opponere compensationem marito ex persona dotantis; sicuti nec, que hæres viri opponere vxori ex persona dotantis.*
77 *Maritus dum patitur litem agitari cum vxore, non potest impedire executione sententia in bonis sibi dotatis contra Fontanellam.*
78 *Mulieres in Regno nunquam ad actus Iudiciales accedunt nisi à viris auctorentur.*
79 *Debitor cessus si hypothecarius creditor cedentis sit, an possit iure retentionis vti contra cessionarium exigentem.*
80 *Cessio si fiat in priuata scriptura, quæ trino teste careat, non operatur exclusionem compensationis.*
81 *Apodixa ex præsumptione l. scripturas præsumitur facta repetita die; etiam si ex ea agat alius habens ius à creditore.*
82 *Facta per decoctum magis præsumitur fraudulenta ad l. scripturas.*
83 *Non præiudicat tertio si trino teste munita non sit.*
84 *Fideicommissum an possit à donatore imponi in bonis donatis discutitur.*
85 *Potest imponi in bonis proprijs hæredis si nominatim fiat.*
86 *Inde finitum non æquipollet vniuersali in hac materia.*
87 *Dominus partis censetur de sua parte disponere nè rem alienam in fideicommisso includere videatur.*
88 *Socius disponens, vel contrahens super re communi, censetur de sua parte disposuisse.*
89 *Hæredis propria non veniunt in generali, vel vniuersali fideicommisso; in hac quæstione Dominus Vincentius Fusarius laudatur.*
90 *Fideicommissa antiqua hæredi debita, non veniunt in generali fideicommisso.*
91 *Testamenti approbatio in hac specie, non operatur præiudicium respectu bonorum propriorum, quia quæstio est voluntatis, etiam si fideicommissum antiquum expiraret in personam hæredis.*
92 *Inuestituræ feudorum in Regno don dantur, nisi probanti se esse hæredem vltimi defuncti, nec per hoc quis præiudicatur in proprijs iuribus, verbum enim s hæres in feudis latè patet.*
93 *Possessio feudorum continuatur in hæredem scriptum, etiam incapacem, ex veriori in Regno seruata opinione.*
94 *Donatarius nominans se hæredem, non sibi præiudicat in bonis donatis.*
95 *Hæres efficitur, qui gerit actum, quem alius nisi hæres gerere potest.*
96 *Hæres quando non præiudicetur ex eo quod apposuit in inuentario bona propria.*
97 *Testator expressè potest rem hæredis fideicommisso submittere, si hæres consentiat, aliàs secus, quod intellige vt statim.*
98 *Bona donata sunt ità propria donatarij, vt veniant in generali dispositione propriorum.*
99 *Elusoria, nè reddatur dispositio verba, impropriantur.*
100 *Verba si vno sensu capta omnia adimplentur, alio verò partim sic partim minimè, tunc ea capi debet interpretatio, vt omnia effectum sortiantur.*

1 Secundus est casus donationis in præmium emancipationis factæ, † qui conuertitur cum penultimo modo donationis confirmandæ, nam ideo hæc donatio valet à sui initio; quia supponit præambulam emancipationem qua stante liberum est patri filio donare; vndè cùm ad saturitatem dixerimus dicto loco, qui est in particula septima secundi discursus vltra progrediendum non erit, circa inuestigationem originis ipsius, eiusque validitatis: maximè cum omnia doctiori, & pleniori calamo tradiderit D. Giurba in locis superius citatis; solummodo aliquas excitabimus dubitationes, quas resoluemus.

Primo, an cogatur pater emancipationis causa donare.

Secundo, an donando, talis donatio dicatur simplex vel ob causam.

Tertio an subsequenter imputetur, vel conferatur.

Quarto, an sit donatio de sui natura irreuocabilis, vel possit ob aliquam causam reuocari.

Quinto an si pro donatione omnem remiserit vsufructum, liberetur à solutione onerum in se assumptorum.

Sexto an in talibus bonis moriens possit filium fideicommisso onerare.

Suppositoergo hanc donationem valere, vt firmant omnes citati in partic. 7. huius discursus, quibus addendi sunt Mangil. *de imputat. quæst.* 30. *num.* 44. *fol.* 161. *& quæst.* 45. *num.* 34. *fol.* 206. Crass. *in §. legitima quæst.* 22. *num.* 7. Marta *de success. legal. part.* 1. *quæst.* 25. *art.* 11. in quantum ad primum resolutè concludimus patrem
2 non cogi filio emancipationis causa donare, † haud enim ipse ex actu emancipationis, aliud nisi damnum consequitur; Primo dum amittit medietatem vsufructus maternorum, nec non integrum omnium bonorum acquirendorum, cuiuscumquè generis existant.

Secundo propter quamplura incommoda, quæ enumerat Glossa in §. *ius autem instit. de patr. potestat.* quæ exornat Marius Giurba *ad consuetud. Mess. cap.* 3. *glos.* 8. *à num.* 3. *vsque* 9. filius verò è contra consequitur omnia prædicta, & quod pluris est, libertatem,
3 quæ vbiquè terrarum inæstimabilis thesaurus † exsti-

ſtimatur: alteri non comparandus, §. præterea inſtit.
quib. mod. ius patr. poteſt. ſoluit. l. libertas 107. D. de regul.
iur. l. filius familias 117. §. 2. D. de legat. primò l. 1. C. de
emancip. liberor. Barboſ. in l. ſi conſtante in principio n. 85.
D. ſolut. matrim. Auguſtin. Barboſ. in cap. de appellationib.
numer. 11. de appellat. fol. 630. vnde Matta de ſucceſſ. d.
parte prima quæſt. 25. artic. 11. numer. 18. fol. 606. dixit
quod ex notariorum imperitia prodijt, vt donatio
hæc in præmium emancipationis nuncupetur, cum ex
mente Abbatis conciuis mei in conſ. 116. lib. 1. potius
4 in dicto caſu pater deberet expectare præmium † à
filio, quàm filius à patre, quòd ante eum firmauit
Bart. in l. 1. §. nec caſtrenſe C. de collation. bonor. & tres
textus ad hoc inducit Decian. reſponſ. 41. num. 12. cum
ſeqq. lib. 1. benè Tiraquell. in l. ſi vnquam verbo donatione
largitus num. 146. C. de reuocand. donat. Molin. de
rit. nuptiar. libr. 3. cap. 14. num. 34. quo per exagerationem
dictum exiſtimo, cum patri prohibitum ſit pro
5 emancipando filio aliquid ab eo accipere, † vnde in
ſuam legitimam imputaret, l. 1. §. ſi parens D. ſi quis à
parentibus fuerit manumiſſus. Magon. qui concordantes
allegat. deciſ. 84. num. 26. in lucenſ. imò plus dicit Bart.
ſeriosè loquens in l. vtrum D. de verbor. oblig. quod ſi aliquid
hac de cauſa recipiat, a filij luctuoſa ſucceſſione
excluditur; hinc fit, vt neque hoc quæſito colore
6 operas † etiam filij ſtipulari ſibi poſſit, docet Surd. de
aliment. titul. 4. quæſt. 28. num. 6. Berengar. de matrim. ad
Morgan. contract. capit. ante penult. numer. 7. Molin. de
ritu nuptiar. lib. 3. quæſt. 80. ante num. 38. vbi ampliat ad
patronum, qui per pecuniam ſeruum manumittit; ex
hoc enim prohibetur contratabulare eius teſtamentum,
turpiter namquè videtur ſe geſſiſſe, pecuniam
accipiendo.

Cæterum licèt hæc ita ſint, inualuit tamen mos, vt
parentes aliquid filijs erogent emancipationis cauſa,
7 † vt notat Aretin in dicto §. præterea inſtit. quib. mod. ius.
poteſt. fol. Tuſch. verbo emancipatio concluſ. 112. quam
meram liberalitatem eſſe oſtendit noſter Giurb. dict.
cap. 3. gloſſ. 10. in princip. nec negat Anton. Faber. de error.
pragmatic. decad. 42. err. 1. num. 8. ibi (fateor quod
vult Bartholus nil patrem debere filio in præmium emancipationis,
quia beneficium maius eſt quod accipit
filius, à patre,) & cætera, quæ ſequuntur, licet
inde inferat ob cauſam donationem eſſe, ea ratione
quod filius deſinat eſſe in patris familia, quod reſpectu
ipſius patris quodammodo onus reputatur, ſecundum
Fabrum inferens etiam quod ex tunc libera ſit
patri teſtandi facultas; quaſi per Iuſtiniani nouellam
118. tit. de hæred. ab inteſtat. venient. cap. 1. non ſint om-
8 nino ſublatæ, vt aliqui putant, differentiæ † inter emancipatos,
& ſuos, ſed remaneant quamplures; licèt
aliquæ ceſſent, vti eſt illa quod in emancipato requiratur
actus aditionis, vel geſtionis, in ſuo verò nullus
requiratur idem Faber. de error. decad. 34. error. 9. num.
16. decad. 29. error. 10. numer. 25. vnde deſcendit quod
ius adeundi in emancipato præſcribatur ſpatio triginta
annorum l. licet 8. C. de iur. deliberand. in ſuo verò ſe-
9 cundum aliquos nullo tempore præſcribitur 1 † vt eſſe
magis communem opinionem probat Ceuall. quæſt.
714. vbi multos allegat, ſequitur Emil. Gallus de excep.
2. num. 27. fol. 549. etiam ſi nulla præcedat declaratio,
hæc eſt enim virtus ſuitatis, de qua alibi diximus,
fuiſſe communicatam ſtatuto noſtro de conti-
10 nuanda † poſſeſſione, quod idem operatur in quocumque
hærede, quod operatur ſuitas ad fauorem
filij, in poteſtate exiſtentis, etiam quo ad transmiſſionem.
Addens ad Alexandr. conſil. 89. verbo non adita
lib. 2. quem ſequitur Tuſch. verb. ſtatutum concluſ. 626.
num. 16. aliæ autem differentiæ, quæ vſque hodie du-
11 rant inter ſuos, & emancipatos videri poſſunt † apud
Anton. Fabrum dicto error. 10. num. 25. cum ſeqq. Craſſ.
in §. ſuitas quæſt. 4. num. 9. ne videar eorum dicta tranſcribere.

Per hæc ſit concluſio, nullam ineſſe patri neceſſitatem,
donandi filio emancipationis cauſa ſicuti è contra
non poteſt abſque turpitudinis nota aliquid à filio
ex dicta cauſa recipere.

Sequitur ergo ſecundum, an hæc donatio ſit ſim-
12 plex, an vero ob cauſam, nam quod ſimplex ſit †
frequentius tenent noſtrates. Dinus in authentic. ex
teſtamento ibiquè Bald. colum. 2. verſ. ſecundum capitulum,
vbi Barbat. in addition. Decius. col. 3. verſ. nec obſtat
ſi dicatur, idem Bald. in leg. vltima verbo liberalitatis
C. de emancipat. liber. dicens non inueniri meliorem textum
in toto corpore iuris. Cynus in l. vt liberis de collation.
dicens ità omnes tenere, & ibi etiam Iacob. Butrigar.
Bartol. Bald. Ioanes Faber. Angel. Caſtrenſ. Raphael.
Alex. & Franciſcus de Accolt. & ante prędictos
Guliel. de Cuneo in l. ſi tibi, & potiſſimè Bald. D. ſi certe.
pet. Tiraq. in l. ſi vnquam in verbo donatione largitus num.
146. C. de reuocan. donat. Crauett. conſ. 85. num. 2. Ceph.
conſ. 183. num. 31. Iulius Clarus §. donatio. quæſt. 8. verſ.
ſucceſſiuè quæro additio ad Magon. deciſ. 84. Riminal.
Iun. conſ. 811. num. 7. Mangil. de imputat. quæſt. 15. num.
39. & quæſt. 47. num. 11. Maſſin. in l. in quartam numer.
407. D. ad l. falcid. Craſſ. in §. legitima quæſt. 22. num. 7.
Marta de ſucceſſ. part. 1. quæſt. 25. art. 11. num. 17. & 18.
Seſſe deciſ. 405. ante num. 4. ex noſtris Intrigliol. conciuis
meus deciſ. 14. num. 22. Giurb. qui alios refert dict.
cap. 3. gloſſ. 10. num. 5. & Gloſſ. 11. numer. 1. & 4. inferens
ad capitulum 61. Regis Ferdinandi de inſinuatione
loquentis, comprehendere hanc donationem, ratio
eſt illa, quam prædiximus, videlicet quod hæc donatio
eſt merè voluntaria, & ſpontanea; & indè mera liberalitas,
quæ nullam habet cauſam, quæ vrgeat, ad
hoc vt poſſit ob cauſam donatio dici.

Sed contra tenuerunt Riccad. de Malumbra, Cynus,
& Salycetus quos ſequitur Bald. conſil. 61. ſuper
puncto lib. 1. Bart. in l. peto num. 6. per illum textum D. de
legat. 2. Bald. in l. ſcimus num. 2. vbi Salycet. Cod. de inofficioſ.
teſtament. Alex. conſ. 152. numer. 20. lib. 2. Soccin.
Nepos in leg. in quartam num. 337. Pic. ibi num. 189. &
Ripa num. 147. D. ad l. falcid. Iacob. de Arena, Oldrad.
& Nicolaus de Matarellis in leg. vt liberis Cod. de collat.
referens ſe ità obtinuiſſe Alberic. Raphael Comenſ. &
Barbat. quos allegat. Tiraq. dicto verbo donatione largitus
num. 147. Carpan. ad ſtatut. Mediol. cap. 485. numer.
38. Vaſquez de ſucceſſ. creat. §. 30. num. 259. Peregrin.
de fideicomm. artic. 36. numer. 125. Merlin. de legitima
libr. 2. tit. 2. q. 29. n. 26. cum ſequent. quam opinionem
veriorem eſſe multis iuribus, & rationibus oſtendit
Anton. Faber. decad. 42. err. 1. n. 8. mouentur, quia
licèt pater nil filio debeat ex cauſa prædicta, attamen
negari non poteſt, quin illa ſit cauſa donandi, & quin
pater aliquod commodum non ſentiat ex emancipatione
filij.

Exi-

Existimo à priori sententia recedendum non esse, neque in iudicando, neque in consulendo, quam tenendo, ità respondere poteris tenentibus contrarium, videlicèt, quòd non sufficiat quælibèt causa adhoc, vt donatio simplex non sit, sed necesse est, quod causa sit talis, quæ sit vrgens habito respectu ad personam donantis, vt statim dicemus, & annuit Faber loco statim citato in materia imputationis.

Supposito ergo hanc donationem simplicem esse, subsequitur indubitata decisio tertij, dubij imputetur videlicet au nomine ex quo eum certum sit, simplices inter viuos donationes non imputari, † per regulam *leg.si quando* 35.§ *generaliter C.de inofficioso test.* quam sequuntur Glosa Iaso. & cæteri scribentes Crauett.*cons.*136.*num.*2.Bertrand.103.*col.*3.*vol.*5. Ripa *in l.quartam num.*151.vbi Ruin. *numer.*42. *D. ad l. falcid.*Rota Auenion. *decision.*36. Crass. §. *legitima quæst.* 22.*num.*1.& 4. citans Vasq. *de successsion. creat:* §. 30. *num.*254.& *in nu.*258. Cuech. qui hanc inconcussam esse opinionem affirmat, in authen. *nouissima* §.*data inter viuos non imputari numer.*20.Surd.*cons.*75.*num.*5. Peregrin.*de fideicomm.artic.*36.*num.*125.*vers. intellige* Mart.*de success.part.*1.*quæst.*25.*artic.*11.*num.* 22.*vers. sed donatio pura* Coras.*in leg.filium quem habentem num.* 214. *C.famil.ercisc.* Mangil. *de imputat.quæstion.*14. *num.*16.& *quæst.*16.*num.*39.Merlin. *de legitima lib.* 2. *titul.*2.*quæst.*29.*numer.*6.*Giurb. ad consuet.Mess.capit.*3. *glos.*11.*num.*1.vbi alios citat Rota Roman. apud Seraphinum *decis.*568. & apud Cardinalem Ludouisius *decis.* 568.Ant. Faber. *in Cod.libr.*3.*tit.*19.*de inofficioso testamento defi.*30.neque hæc imputabitur; vt in specie tenent omnes præcitati patres, & ratio est, quia cum vt diximus hæc donatio simplex sit, & ex mera patris liberalitate descendens, non potest tractari de impu-
14 tatione, quæ de sui natura repugnat † liberalitati, quam exercet pater in casu, vbi purè, & simpliciter donat; quasi ostendere volens, velle se, quod donatarius huiusmodi bona ita donata habeat præcipua.

Simplicem enim dicimus illam donationem, vbi nulla interuenit causa, quæ vrgere vel impelere potuit donatorem ad donandum, † siue ex naturali vin-
15 culo impellatur, siue ex ciuili, respicimus enim per-
16 sonam donantis, † & non donatarij, quando cognoscere volumus, adsit ne causa donandi: vt discurrit Crauett.*cons.*114.*num.*7.Cornel.*consil.*45.*col.*4. *lib.*4. Tiraq.post alios *in dicta leg. si vnquam verbo donatione largitus num.*124. Menoch. *cons.*261.*nume.*13. Caroc. *casu* 86.*num.*21.Medices *consil.*108.*nu.*16. Fontanell. *de pact.nupt.claus.*4.*glos.*1.*num.*26.& 30.Molin. *de ritu nuptiar.libr.*3.*quæst.*21.*num.*11.Anton.Faber.*dicta defi.* 30.*numer.*3.*C.de inofficioso testam.*Stephan.Gratian.*disceptatio* 984.*num.*38. *tom.*5. & nos infra *in discursu* 3. *partic.*6.*huius tractationis vers.contra verò* limitatur modo conclusio prædicta, vt non procedat, quando ex non imputatione magna resultaret inæqualitas inter
17 donatarium, † cæterosque filios; Bald. *in l.illud. C.de collat.*Fabia de Giochis *in authent.nouissima quæst.* 9.*n.* 93.*C.de inofficioso testament.* per text.*in l. vt liberis* 17. *C.de collat.*Ancharan.*consil.*365.*num.*9.Menoch. *consil.* 153.*num.*16.& 24.Eugen.*cons.*54.Merlin.*de legitima libr.*2.*titul.*2.*quæstio.*29.*num.*50.*fol.*213.quidquid voluerit Ripa *in dicta leg. in quartam num.* 150. quem sequitur Crass.*in* §.*legitima quæst.*22.*num.*5. quia contra eos communiter tenent DD. tàm in terminis imputationis, quàm etiam collationis, moti ex eadem ratione vt potest videri apud Fachin. *libr.* 5.*controuers. capit.*81.in medio Moltes.*in addition.ad consuet.part.*4. *quæst.*25.*numer.*9.vbi alios allegat Pariador.*quotidian. differentiar.capit.*150.§.1.*nu.* 3. quidquid dicat de iure Hispanico.

Quæ limitatio fundatur super præsumpta patris voluntate ex qua iudex motus quandoq; recedere potest ab eo quod scriptum est, & à regulis iuris com-
18 munis, vt æqualitas † inter filios seruetur ad text.*in l. cum pater* 79.§.*euictis D.de leg.*2.Eugen. *dicto cons.* 54. Peregrin.*de fideicomm.art.*36.*num.* 123. Merlin. *dicta quæstio* 29.*num.*53.& quod hoc faciendo index debeat laudari, & non reprehendi, firmat Viuius *decis.* 289. *num.*23.*libr.*2. dicens hanc fallentiam prodesse posse, Aduocatis ad panem lucrandum, & optima quidem ratione, nàm dum non constat de expressa voluntate patris, an voluerit filium talia bona habere præcipua, nisi tantummodo per prædictas iuris regulas; probus iudex tenetur recurrere ad coniecturas, per eandem legem probatas, pro inuestiganda patris voluntate, inter quas, illa est præcipua, quæ oritur ex præsumpta paritate affectionis, quam lex supponit in patre respe-
19 ctu omnium filiorum; † & quod noluerit facere vnum filium, alterumquè priuignum; iuxta textum in §.*illud quoque* vbi Angel.*authent.de nupt.* arguendo, quòd ita pater interrogatus responderet, vt considerat Alex.*consil.*7.*volum.*2.*Dec.respons.*83.*num.*69.*cum plurib. sequentib.libr.*4. quem in fortioribus terminis sequitur Bardellon.*cons.*16.*n.*16. studendum enim est in quantum fieri potest, vt æqualitas inter filios resultet, post Maur.& alios Font. *de pactis nuptialib.claus.*4. *Gloss.*9. *p.*1 *num.* 14.hoc enim faciendo, omnia reducuntur ad naturalem æquitatem; contra quam aliter faciendo peccaretur Bald.*in leg.inter filios Cod.famil.ercisc.Alex. cons.*163.*num.*8. *in fin.lib.*7.Houded.*cons.*59. *a nu.*60. *vsque* 68.& *consil.*29.*num.*69. *libr.*1. Grattan. *discept.* 902.*num.* 23. ex quo fit, vt ratione inæqualitatis vi-
20 tandæ à legato † generis excludimus multa species, quæ aliàs includerentur, vt probat Moises. *ad consuetud.Neapol.part.*3.*titul.de success.ex testam. quæst.*14.*nu.* 4.vbi ex eadem ratione affirmat decisum fuisse; dispositionem factam per matrem de toto eo quod possit disponere, non includere nisi ea, quæ poterat secun-
21 dum ius commune, † excludendo competentia ex iure consuetudinario, super quo est pulchra *decisio* Vincent.de Franchis 607. ità etiam videmus ex duobus
22 testamentis † illud reputari efficacius, in quo æqualitas seruatur; etiam quod anterius sit, probat post mille Gratian.*dicta discept.*902.*à num.*19.*vsque* 25.& pulchra disputationem ex hoc capite mouet, & resoluit Fontanell.*in dicta claus.*4.*Glos.*9.*part.*1.*numer.* 14. nec minus speciosa fuit illa, quam nos sustinuimus pro V.I.D. Don Francisco, & Donna Vittoria Yepes contra V.I.D. Don Vincentium Paterno minorem, vbi agebatur de habendo hæredem in re certa pro hærede
23 vniuersali, † in quantum ad participationem onerum, ad euitandum inæqualitatem maximam, quæ oriebatur inter sororem, & nepotem testatoris, ex qua ratione ità obtinui in primo iudicio, licet secus fuerit in secundo decisum, allegabam in puncto, de quo agimus Alex.*cons.*158.& 175.*vol.*6.Socein. *cons.* 160.*num.*

160. numer. 25. vol. 2. Ruin. conf. 112. vol. 1. Burfat. in pulchro conf. 5. num. 13. & 29. quæ iterum repetij in responso pro Don Gaspare de Vigintimilijs contra Donnam Annam Galifi secundum quod obtinui hoc anno 1629. in causa compromissaria.

Vnde redeundo ad propositum, inspecto numero filiorum, & qualitate patrimonij, interpretatio illa sumenda est, quæ excludat donationem, si resultat inæqualitas, etiam quod verba aliter sonent.

Et quod in huiusmodi materia admittantur coniecturæ, & præsumptiones, † in quibus versatur Iudicis arbitrium voluerunt Menoch. conf. 153. volum. 15. Crass. dicta quæst. 22. num. 12. Merlin. dict. libr. 2. tit. 2. q. 29. num. 45. Mangil. de imputat. quæst. 29. numer. 2. & 6. Rota Romana coram Card. Ludouis. decis. 568. numer. 3. & ratio est, quia regula pro non imputatione est fundata super præsumpta voluntate donantis; contra quam lex inducit, & aliàs coniecturas destruentes præsumptionem illam.

Sed quid si donans hoc expresserit, certum est eius declarationi standum esse, † etiam si titulo simplicis, & inter viuos donationis donare dixisset leg. si quando 35. §. & generaliter l. fcimus 36. C. de inofficiosi. testam. l. 1. vbi Bald. C. de emancip. liber. Ripa in l. in quartam nu. 184 Bero conf. 205. numer. 4. volum. 3. Magon. decis. 84. num. 27. Carpan. ad stat. mediolan. 485. num. 25. part 2. Crass. in dicta quæst. 22. num. 2. & 6. vers. intellige tamen Rota in dicta decis. apud Cardin Ludouis. 568. numer. 3. vbi additio Merlin. d. quæst. 29. num. 46. Giurb. ad consuetud. Mess. capit. 3. gloss. 11. numer. 4. Parlador. in sequi. centur. different. 150. §. 2. num. 3. nisi post perfectam donationem hoc declarer, † quia non potest in præiudicium filij, vt sentit Gomez in l. 29. tauri num. 27. quem sequitur dictus Parlador. eius discipulus dicto §. 2. ante numer. 4. latè Surd. conf. 75. num. 11. quem habui à Beltramino in add. ad dictam decis. 568. numer. 13. Merlin. quem postea vidi, ambos referens loco sæpius citato numer. 47. & melior quam omnes, Surd. conf. 143. numer. 55. fol. 411. nec iuuaret, si faceret per viam declarationis, quasi quod ab initio, ità sensisset donare, vt ei legitimam imputaretur, quia hæc non esset declaratio, sed noua dispositio, quæ nullius esset effectus ad tollendum ius tertio quæsitum; iuxta text. in l. heredes palam 21. §. si quid post, & Gloss. verbo posse D. de test. & ibi Castr. & Dec. consil. 114. & 229. Bellamer. consil. 19. Iason conf. 128. vol. 4. Card. Tusch. verbo declaratio conclus. 81. num. 19. Gabr. de regul. iur. concl. 3. numer. 12. Crauett. conf. 967. nu. 34. R. minal. Iun. conf. 399. num. 76. quos sequitur Giurba ad consuetud. Mess. cap. secundo glos. 1. numer. 18. vers. primo propriè addo Surd. conf. 192. numer. 3. & conf. 339. num. 11. & conf. 38. num. 50. & 51. & conf. 426. numer. 27. & 44. Sthephan. Gratian. discept. 68. numer. 12. Menoch. conf. 191. num. 49. Rotam coram Ludouis. decis. 375. numer. 10. & additio ibi num. 12. Tiraquel. in leg. si vnquam verbo libertis nu. 15. & ratio est, quia declaratio propriè est, de verbo dubio † congrua interpretatio nil noui inducens, nam si nouum quid inde oritur, non est declaratio, sed noui iuris constitutio, vt post mille probat Giurba dicto loco num. 17. parum post; addo pulchram decis. Rot. apud Farin. decis. 281. num. 8. p. prim. & in hac materia sufficit afferre doctrinam Castrens. in d. l. heres palam § si quid post. ad hoc vt cognoscatur inualiditas huiusmodi declarationum, dum firmat quod non statur neque declarationi Papæ † super priuilegijs ab eo concessis, vel alijs gratiosis rescriptis, per quæ euacuantur gratiæ concessæ; etiam explicando intentionem suam, ità ab initio fuisse; præiudicando per indirectum iuri quæsito tertio cnipiam, quã doctrinam magistraliter Exornat. Becc. conf. 3. nu. 44. cum seq. quem vidi afferri in quadam causa vertente in Tribunali Patrimonij Regij, super quadam declaratione facta per Illustrissimum Cardinalem ab Aurea de certa gratia per eum concessa dum locumtenentis Regij officium obiret, monet etiam Beccius iudices nè terreantur de huiusmodi † declarationibus imò consulit vt eas spernant; quia præsumuntur potius obtente ob nimiam partium importunitatem, quæ pro suis priuatis commodis floccifaciunt Principis existimationem, quæ consistit in eo, quod sit lapis angularis, & immobilis sicut polus, hoc idem notanter de Papa loquendo adnotauit. Azebed. in l. 2. tit. 14. nu. 13. lib. 4. fol. 298. & in Cardinali legato declarante gratiam concessam Rota in nouiss. decis. 343. num. 6. p. 1. fol. 199. non tamen per hoc negarem, quin concurrentibus alijs coniecturis, hæc patris declaratio etiam post perfectam donationem confecta, esse deberet magni momenti; quia in coniecturali materia, nulla clarior dari, potest, quam illa, quæ desumitur ex verbis ipsius disponentis: quando omnis abest fraudis coniectura.

Declara verò principalem conclusionem, vbi titulus donationis non est expressus, sed versamur in mera datione, facta ex causa † emancipationis, nam tunc omnimodo bona sic tradita imputantur, Menoc. de præsumpt. lib. 3. cap. 30. nu. 30. cum pluribus sequentib. & post mille hanc distinctionem, inter dationem, & donationem. Merlin. dicta quæst. 29. num. 29. aduersus Mangil. quæst. 47. num. 17. quod etiam adnotauit Parlador. dicto cap. 150. §. 2. num. 1. allegans pulchrum locum Couarr. in cap. Raynaldus §. 2. n. 6. Tell. Ferdinand. in l. 29. tauri, discept. Gratian. 231. in princip. vsque ad num. 32. vbi habes, que verba importent donationem, quæ verò dationem.

Subsequitur, quid dicendum de huiusmodi donatione conferenda, & videtur quæstionem hanc facili negotio expediri posse, dum enim firmauimus imputandam non esse, sequæretur etiam dicendum, neque collationi subiacere; valet enim hoc argumentum affirmatiuè, videlicet, ea quæ imputantur † conferuntur, & si non valet è contra quod omnia, quæ conferuntur imputentur; cum facilius collatio, quam imputatio locum habeat † iuxta text. in l. illud. 20. C. de collat. hoc idem tenuit Gloss. in l. vt liberis C. eod. tit. vbi scribentes, & assignat rationem Decius, quod ideo facilius quid conferatur, quam imputetur, quia causam onerosiorem habet secum imputatio, quam habeat collatio, prima enim excludit à successione, vt sola legitima contentus sit filius, secunda ad successionem inuitat, & habet statim recompensationem, sequitur Crass. art. collat. bonor. q. 8. Cast. in l. 29. tauri ver. attornar. adductus per Parlad. differ. 149. n. 10. sed cõtra hæc facit doctrina Bart. in l. 1. §. nec castr. n. 10. vers. nec dicat aliquis de collat. bon. qui in simili quæstione dicit, quod donatio etiam simplex facta filio in potestate ex causa emancipationis conferri debeat, † sequun-

quuntur Alex. & Iason *in authent. ex testamento C. eod. tit.* Socc.Sen. *conf.* 91. *Roland. à Valle consil.* 44. *& cons.* 70. *lib.* 4. Natt. *conf.* 106. Dec. *in l. vt liberis C. eodem*, post Bald. *in leg. scimus C. de inofficios. testamen.* Decian. *cons.* 22. *num.* 10. *lib.* 2. post multos, quos allegat; etiam concesso quod sit simplex donatio, & esse de mente communis scholæ doctorum, firmat Crass. *dicto art. collat. bon. quæst.* 20. *num.* 4. *vers.* similiter, & hanc sequi videtur Anton. Faber. *d. error.* 1. *in fin. decad.* 42. *part.* 2. & vltra eum Senatus peregregius Cathaloniæ, & Fontanella eum sequens in *claus.* 4. *gloss.* 1. *num.* 43. sui tractatus de pactis nuptialibus, vbi tenet conferri quando ab initio statim valet allegans Crassum.

His verò aduersantur Corn. in dicta *authen. ex testamento col.* 2. vbi Dec. *in l. fin.* Riminaldus *num.* 9. Dec. *in leg. illud.* §. *fin.* Cagnol. *in l. si emancipati nu.* 19. *C. eod.* dicentes quòd imò non debeat conferri, neque obstare quod valuit à principio, quia hoc non obstante, in contrarium ex textus expressus in dicta *l. illud* §. *fin.* per quem ait Surd. ità tenendum esse, etiam quòd communis sit in contrarium Surd. inquam *cons.* 143. *num.* 54. quam opinionem probabiliorem, & melioribus fundamentis fulcitam esse affirmat Fachin. *controu. libr.* 5. *c.* 81. vbi respondet omnibus argumentis in contrarium adductis, quàm etiam ex antiquioribus tenuerunt Azo. Iacob. de Arena, Oldrad. Nicolaus de Matarellis, vt refert Iason. *in dicta auth. ex testamento*, quibus addendi sunt Ferdinand. Vasquez *de success. resolut.* §. 19. *num.* 24. Parlador. *dicta differen.* 150. *num.* 1. *&* §. 1. *num.* 4. faciuntque rationes adductæ supra *n.* 30. *& seq.*

Quid dicendum? certè, vt verum fatear hæc quæstio diu ancipitem me tenuit, cum pro vtraque parte adsint viri maximè auctoritatis, & efficaces rationes cogitaui tamen posse ad concordiam reduci; vt 34 prima opinio procedat inter emancipatum † & suum secunda verò inter duos emancipatos, moueor, quia per text. *in l. vt libr.* 17. Leo statuit, vt donationes etiam simplices conferri deberent per emancipatos liberis in potestate retentis; secundum verum intellectum illius legis, ibi *emancipatis videlicet, quæ in ipsa emancipatione à parentibus suis, vt fieri assolet, consequuntur, vel post emancipationem ab eisdem parentibus acquisierit, collaturis*, ideo quoties non agitur inter emancipatum, & suum, sed inter suos tantum, tunc simplex donatio non confertur, & procedit text. *in d. l. illud* 20. *in fine ibi (eo quod simplex donatio non aliter confertur; nisi huiusmodi legem donator tempore donationis, sua indulgentia posuerit)* quæ duo responsa aliter coniungi non possent, nisi modo prædicto contrarietas vitaretur; hanc distinctionem in aliqua sui parte videtur tenuisse dnus *in dicta authent. ex testamento*, quem nemo improbat, vt patet additio ad Glossam *in dicta auth.* annuitquè licet subobscurre Crass. *dicto* §. *collatio bonorum q.* 20. *ante n.* 5. & apertè videtur tenere Anton. Faber *de error. decad.* 42. *error.* 1. *numer.* 6. *&* 7. ceterum in casu vbi aliàs collatio non intraret, deberet admitti, si inæqualitas inter filios redundaret; † 35 vt dictant verba dictæ *l. vt liberis*, & sentiunt expressè omnes Doctores, quos refert, & sequitur Fachin. *dicto lib.* 5. *controuers. capit.* 80. *in medio, vers. nisi inæqualitas*, aliique, quos adduxi supra in materia imputationis.

Item etiàm aduertendum puto; quòd sicuti supra de imputatione firmatum est, illam videlicet omnino fieri quoties pater id exprimat; hoc idem de collatione, imo fortius firmari debere. Vt potè quia facilius permittitur, dum in ea alter filius agit de admissione ad lucrum successionis; vnde leuiores coniecturæ, † 36 & minus fortiores præsumptiones admitti notum est.

Alia si desideres, circa hanc collationis materiam adeas. Crass. *in dicto art. collationis bonorum*, & Anton. Fabr. *de error. pragmaticor. decad.* 40. 41. *&* 42. apud quam per triginta ferè capita, & iuris nostri prima rudimenta super hac materia, & altissimas de ea quæstiones doctissimè, & exactè discussas inuenies.

Quartò quæritur, an hæc donatio sit de sui natura irreuocabilis, an vero possit ob aliquam causam reuocari, vel inter alios filios bona donata diuidi, & 37 respondeo irreuocabilem † esse quia cum sit donatio inter viuos à principio valida, ex hoc irreuocabilis sit, ex sola natura donationis, etiam si aliud non exprimatur, cum id velit donans cum inter viuos donat, quòd res donata fiat accipientis, ità, & taliter, vt nulla ei spes subeat reuertendi *leg.* 1. *D. de donat. l. vbi ità donatur* 22. *D. de mort. caus. donat. l. senatus* 35. §. 1. *D. eod. titul.* Tiraquel. *de retract. conuenti* §. 2. *gloss. vnica num.* 9. Cardin. Mantic. *de tacit. lib.* 13. *titul.* 2. *num.* 1. *&* 11. minus igitur erit reuocabilis si filius sit minor, cuius consensus pro reuocatione non sufficit, ad differentiam maioris, cui licitum est liberalitatem acceptam patri retrodonare: quod etiam videtur sentire Giurba *ad consuetud. Verb. Mess. cap.* 3. *gloss.* 10. *num.* 6. allegans duos textus vnum *in l. si ad resoluendam C. de prædijs minor.* alterum *in l.* 2. *Cod. si aduersus donationem*, limitans tantummodo quando decretum iudicis interueniat *l.* 2. *&* 9. *C. de prædijs minor.* Federic. de Solis *quæst.* 17. *num.* 3. quod non placet, si ità absolutè accipiatur, repugnat enim regula illa, quod cum donationis actus sit ex parte dantis in totum lessiuus; non potest in iudice dari, causa, propter quam possit moueri ad interponendum decretum in hac reuocatione; quæ cum tota pendeat à filij consensu, noua donatio est, quam minori, facere non licet, etiam 38 accedente decreto; cuius nulla ratio habetur, quando deficit causa illud interponendi † post solemnem doctr. Bald. *in l.* 1. *ad med. C. si aduers. donat.* per textum quem allegat, nulla enim causa potest considerari in 39 donando, cum donare aliud non sit, nisi perdere † *l. contra iuris* 29. §. *si filius D. de pact. l. prohibere* 3. §. *planè D. quod vi, aut clam leg. filius fam.* 7. *D. de donat.* ideo 40 non rectè petitur curator † ad donationem celebrandam, quia nullum potest cedere decretum *l. ab agnato* 12. *D. de curator. furios. & l. fin. D. eod. tit.* ità, vt etiam si obtineatur curator, & decretum iudicis interponatur. Curatore petente, de eo nulla haberentur ratio in simplicibus donationibus, *ad text. in l.* 1. *in princip. D. de tutor. & ratio distrah.* vbi glòss. in verbo, & ità est *l fin.* §. *cum autem C. si maior factus alienat. sine decreto Ind. fact. ratih. habu. l. tutor ad vtilitatem* 23. *D. de administratur. tutor.* Ruin. *cons.* 200. *num.* 2. *lib.* 1. Laderch. *cons.* 139. *num.* 2. Menoch. *cons.* 153. *numer.* 45. & ad terminos capit. Regis Carol. 78. Milan. *decis.* 19. *num.* 14. *lib.* 1. Castill. *decis.* 239. *num.* 8. *&* 9. *tom.* 3. hinc egregie dixit Castr. *consil.* 468. *ad primum quo quæritur col.* 2.

colum.2.ante medium verſ.reſpondeo ſi non interuenit, &
verſ. præterea etiam numer. 3. dubio 3. libr. primo quod
actus liberalitatis,qui ſunt præiudiciales minori,† non
41 ſunt per iudicem approbandi, ſed relinquendi in ſu-
ſpenſo, vſque quo minor, maior conſtitutus deli-
beret, velit ne illis ſtare; in tantum, vt ſi ei non pla-
cuerit, nec decretum, nec auctoritas proſint. Surdus
de alimentis, tit.8. priuilegio.56. num. 107. vſque 110.
Hondedeus. *conſil.42.num.2.lib. 1.* Suarez *allegat. 20.*
n.7.verſ. præterea minor regulariter, & in l. quoniam in
prioribus ampliat.10.in fine num.69.verſ.ſi dicas non vi-
detur Cod.de inofficioſo teſtam. Caldas *de reſtitution. in*
integr. verbo, hunc contractum num.19. ad med. verſ. &
prædicta, plures addit Sthephan.Gratian.*diſcept. 233.*
num.10.vbi num. 3. loquitur de refutationibus † factis
42 per puellas fratribus in nuptiali inſtrumento, quæ
quatenus donationem ſapiunt ſunt nullæ, quamuis
iuratæ, ſtante ſtatuto tollente vim dictis contractib.
iuramento non obſtante, prout habemus in Regno;
nec facit quod in caſu iſto donetur per filium patri il-
lud, q͂ ab eo recepit, quaſi res redeat de facili ad ſuã
naturam; quia ſolidato dominio per traditionem ve-
ram, vel fictam in perſonam minoris donatarij,omnis
translatio, quæ neceſſitatem præſe non ferat prohibi-
ta eſt non habito reſpectu ad perſonam in quam tranſ
fertur, ſit ne ille, qui prius donauerat, ita latiſſimè,
quam plures ad id citans tenuit Arius Pinell. *in leg.1.*
*part.3.num.58.fol.mihi.146.Cod.de bon.matern.*vbi aſſi-
gnat rationem, quod fieri non poteſt, quin ſit dam-
43 num, amiſſio lucri † iam radicati: & inde infert ad
donationem factam per mulier prohibitam contra-
here ſine certis ſolemnitatibus; & quod contraria
opinio forte haberet locum, vbi res perueniret ad
minorem affecta onere reuerſionis, vel alterius obli-
gationis:

Hinc dicimus, non licere patri bona per ſe filijs
donata etiam ex cauſa onerosa alienare ſub prætextu
44 quod illa donauerit, † vt nos ex Capic. *deciſ.73.*aliis
firmauimus, & confirmat Tiraquellus *in l.ſi vnquam*
in præfat.num.30. & ſequentib. vbi ex endit ad termi-
nos diuiſionis,vt non liceat patri abſque decreto bona
ſtabilia, ex ampla matris ſucceſſione peruenientia
45 diuidere, † quæ non per hoc inmutantur, quia a-
deſt perſona patris de medio: nam receditur ab eius
præſumpta affectione, vbi clarè conſtet de eius mala
intentione. Quod diximus de prohibita donatione
minori ampliat Gratianus *capit.233. num.10. & 16.*
46 vt neque poſſit dotis fauore donare † dotando perſo-
nam extraneam iuxta pulchrum *Conſilium* Bald. *108.*
volum.1. Surd. *conſil. 122.* quos ipſe ſequitur, extra-
neos verò intellige iuxta *text. in l. vnica §. extraneum*
Cod. de rei vxor. action. Baez. *de dote capit. 34. num. 4.*
Maſcard. *de probation. concluſion. 571.* & de fratre lo-
quens Amaius. *deciſion. 28. num.7.* & ego conſului in
fratre reſpectu ſororis habentis aliũde; quod cenſea-
tur donaſſe, per prædictos, & per notabilem doctri-
nam Azebed.*in leg.3.tit.8. delas herencias libr.5.leg.fori*
folio mihi 252. caſus erat quòd frater minor ob im-
portunitatem ſororis, mortuo patre pro ſecuritate
dotis, ei conſtitutæ per patrem, ſe obligauerat etiam
in bonis proprijs, iudicis decreto accedente: virtute
cuius obligationis, poſtea ſororius agebat executiuè
contra bona propria minoris; pro implemento pro-
miſſorum: obtinui in iudicio executiuo, quod oppo-
ſitiones ſtarent; ex quo ſtatutum ſub Rege Carolo
78. & in nouiſſimis pragmaticis Comitis de Caſtro lo-
quebatur de contractibus minorum prout de iure, &
non comprehendebat donationes; tam quia contra-
ctus ſimpliciter non ſunt, vt diximus longiori calomo
in primo diſcurſu huius primæ tractationis; quàm quia
nullum decretum de iure interponi poteſt, vbi de do-
47 nando † agatur latè Simoncell. *de decreto lib.1.tit. 2.*
num.6. ideo dicebam quod adultus habens curatorem
48 reputatur non habere † quoties agitur de donando,
iuxta doctrinam Iaſonis *in leg.1.§. fuit quæſitum col. 3.*
*numer.16. in 2. notabili D.ad trebell.*vbi Ripa *num. 22.*
quæ tantum limitanda ſunt, in caſu vbi frater eſſet
patris hæres, eiuſqué patrimonium poſſideret, quia
tunc obligatio patris dicitur à lege tranſlata in fra-
49 trem, † qui ex hoc dicitur debito, vel quia adijt hæ-
reditatem paternam, vel quia lex obligationem in
eum tranſtulit vnà cum bonis; quaſi ſit onus inſepa-
rabile Menoch.*de arbitr.caſu 88.numer. 43. & ſequent.*
& præſumpt. 110. lib.4. alij per amat in *deciſ. 28.à nu.*
14. vſque ad finem Gratian. *diſcept. 504.numer. 10.&*
*11.*prout deciſum alibi firmauimus, quod hac ratio-
ne fiſcus teneatur ad Dotes filiarum, eius cuius bona
ad eum ex confiſcatione peruenerunt.
50 Vel vbi ſoror non haberet aliũde † vt puta propter
paupertatem parentibus ad Gloſſ. *in leg.cum plures §.*
cum tutor verbo alio patre *D. de adminiſt.tut.*Guid.Papa
deciſ.96.numer. 4.& deciſ.439.num.7. Boer.*deciſ.129.*
*numer.7.*Capella Tholoſana *deciſ.287. num.8.* Affict.
*deciſ.371.num.3.*Triuiſan.*deciſ.22.lib.1.*Franch. *deciſ.*
73.num.4.& deciſ.87.num.12.& deciſ.178. num.7.&
13. Molfeſ.*in conſuetud.Neapol.part.6. de iure dot. quæſt.*
4.num.13. Giurba *ad conſuet.Meſſ.cap.3.gloſſ.3. part.1.*
& deciſ.45.ſan.12. vbi ampliat ad cauſam quando ha-
beret vnde dotari, ſed non congruè,quos habui a Fon-
tanella *de pact.clauſ.5.gloſſ.3.numer. 11.* vbi diſtinguit
inter ſororem conſanguineam vterinam, & vtrinque
coniunctam, ad quem recurri poteſt addo Martam
ſumma ſucceſſ.legal.part.4.quæſt.18.art.6.nu.38.fol.273.

In quantum ad aliud, quod ſequitur, an hec dona-
tio poſſit aliquando reuocari, memini plura dixiſſe
ſupra in quarto modo confirmandæ donationis,vbi nè
longior ſim lectorem remitto; maximè ad Giurb. in
locis ibi allegatis, illud aduerto, quod vbi cauſa ſuffi-
ciens deerit ad donationem reuocandam, ibi neque
adeſſe poterit, adhoc vt pater talia bona inter alios
filios diuidat, alias enim rem alienam in diuiſionem
deduceret habui quæſtionem de facto, quod pater in
præmium emancipationis, vt dici ſolet, donauerat fi-
51 lio,ſeu verius remiſerat integrum vſufructum † dona
uerat, ſcilicet reſpectu portionum aliorum filiorum,
remiſerat reſpectu portionis ipſiuſmet filij, poſtea
occaſione ſumpta, quaſi ſub pretextu diuidendi inter
filios bona materna, filium, cui integrum vſufructum
aſſignauerat, defraudare volebat vſufructu iam quæ-
ſito, & quod peius erat eius vxorem, quæ ſub intuitu
illius vſufructus, matrimonium contraxerat; dicebat
pater nomine aliorum filiorum, quod ipſe non prohi-
bebatur vno filio emancipato, alios etiam a poteſta-
te paterna eximere, & bona materna inter eos diui-
dere conualente, tali caſu, ad vniuſcuiuſque filij por-
tionem proprietatis, portione vſufructus, nec facie-
bat

bat quod per prius totum illud in vnum ex filijs translatum fuerat, quia erat inualida illa donatio, & quasi inofficiosa, contra paternum affectum, quia æque omnes filios respicere debet ad text. *in l. cum pater 79. §. cunctis vbi gloss. de legat. 2. l. fin. C. com. vtr. iud.* cum late traditis per Paris. *cons. 126. num. 30. vol. 1. cum alijs supr. num. 17.* sed contra prædicta dicebatur, patrem non cogi filios emancipare, & patriæ potestatis emolumentis se priuari, ideo quoties vsufructum vna vice quæsitum, creditoribus obliget, vel post obligationem contractam vsufructum agnoscat; non potest
52 postea in eorum fraudem illum refutare † filium emancipando, vt probauimus ab vnde loco statim citato: & post mille tradit Giurb. *cap. 3. gloss. 9. nu. 27. cum pluribus sequent. & gloss. 1. a num. 14. cum seq.* ideoque simili modo nō poterit repudiatione de vsufructu facta in vnum ex filijs, alios emancipare, animo illud inter omnes diuidendi, & fortius vbi repudiatio fit ex causa onerosa matrimonij contracti per filium, vbi fauor mulieris intercedat: ad tradita per Fontanell. *de pact. nupt. claus. 4. gloss. 1. nu. 29. & 30.* qui quam plures alios adducit, quibus addendi sunt alij per me in dicta causa adducti, quos omitto, pendet vero in Tribunali sancti officij Sanctissimæ inquisitionis non.

Quinta quæstio super eo versatur, an pater cui in dotali instrumento, omnia bona fuerunt in dotem data cum suis oneribus, quæ sibi accollauit soluere, censeatur liber ab illorum præstatione si voluntarie possidere desinat, filium emancipando eique vsufructum refutando: quam ego habui de facto in eodem Tribunali Sancti Officij sanctissimæ Inquisitionis, adducebatur fauore liberationis. Primo patrem posse vsufructum filio remittere etiam in præiuditium creditorum iuxta doctrinam Bero. *decis. 43. num. 6. lib. 1.* cum alijs adductis *supra partic. proxima præcedenti in princip.* secundo accollationem, seu onerum assumptionem,
53 tantūmodo durare, durante † possessione, cuius intuitu obligatio præcesserat, ideo translatis in filios bonis dotalibus eorum matris, obligatio mariti, occasione dictorum bonorum contracta, cessare debet, in terminis Intr. ad Bull. *q. 66. nu. 6.* vbi additio mille cumulat Surd. *cons. 76. num. 9. & sequent.* & alij per me alibi adducti.

Nec hoc casu intrat quæstio de patre donante, an saltim de fructibus bonorum donatorum, tamquam
54 aduentitijs habeat † commoditatem, vnde fit quod saltim teneatur ratione huius commoditatis, iuxta ea quæ late tradidit Milan. *decis. 3. à nu. 72. per plures seq. lib. 2.* de qua nos dicto loco diximus; quia dum hic filius erat maior annorum decem & octo, cuius bonorū administratio patri non spectabat, erat enim liberatus à patria potestate, & vti talis omnes fructus faciebat suos, & sic ad onera tenebatur, contrarium tamen verius mihi visum fuit, nam supposito in casu isto quod expresse in se assumpserit onera debita super dote, obligando se expresse ad illorum solutionem, licet talis obligatio se habuerit respectiue ad dotem, & sic quamdiu penes ipsum resideret, iuxta prædicta; attamen non per hoc cessat obligatio, ex quo donauerit alio vsufructū iam quæsitum. Primo quia quidquid sit ante actuum positiuum acceptationis, verior opinio est, quod patet acquisito ei vsufructu, non solum per delationem, sed per subsequentem agnitionem; non potest illum à se abdicare, transferendo in filios ad
55 creditorum † præiudicium; nō solum vxoris, sed suorum, quam veritatem defendit Castr. *in l. cum oportet §. sin autem* vbi Mendez *C. de bon. quæ liber. per text. in l. 3. §. gesta* ibi *aut vsufructum, vel seruitutem amittit D. de his quæ in fraud. creditor* Marescot. *lib. 1. resolut. 54. nu. 4.* Fontanella supra adductus *cla. 4. gloss. 9. par. 5. dict. num. 78.* & decisum in Regno testatur Don Giurb. *ad consuet. Mess. cap. primo gloss. 12. num. 18.* pro Ottauio Spatafora contra don Marium Spatafora Baronem Mazarra anno 1590. vnde tanto minus poterit respectu creditorum, qui cum eo contraxerunt occasione, vel considerato pœnes eum vsufructu, cuius titulus,
56 & non substantia † immutatus erat, mortua vxore. Secundo quia licet obligatus respectu rei non teneatur nisi vsque quo res pœnes eum existat; attamen hoc locum habet nisi vltra legalem obligationem, quæ nascitur ex concomitantia rei ipsius; adsit (prout in casu isto) hominis expressa obligatio: quo casu illa
57 semper † remanet, etiam cessante possessione, vt tenuit Felician. *de cens.* post Couarr. per eum allegatū *lib. 3. cap. 6. numer. 7.* quem disertis verbis approbat Conuersan. in additione ad Intrigl. *dicta quæst. 66. lit. B. versic. & id quidem.* Tertio quia in terminis mariti se accollantis soluere onera super dote debita, verius
58 est eum voluntarie in filios bona transferendo, † atq; vsufructu remittendo non liberari ab eorum solutione quam tenuit Castr. *in l. cum mulier* post Bald. & alios *D. solut. matrim.* & ibi Imol. Campeg. *de dote part. 2. q. 92. numer. 2.* Surd. *de aliment. tit. 7. quæst. 33.* quos in casu occurrenti habui à disertissimo aduocato don Blasco Ioppulo regioque Consiliario quem post hæc luci subtractum vidimus, & moderne sequitur post ea visus noster Amat. *resol. 21. num. 5.* post Ballum ad Bullam *quæst. 1. n. 11.* quod quidem generale est in quocunque possessore, per regula illam quod debet haberi pro
59 possessore † qui voluntarie incipit nō possidere, quam exornat Petrus Pech. *super reg. 36. iur. Pontificij* Ordelaphus *in l. in rem num. 903. d. de rei vendicat* Peregrin. *de fideicom. artic. 45. num. 15. & art. 46. numer. 25.* & est textus de iure Cæsarum *in leg. quod te. 5. D. si cert. pet.* Couarrn. *var. resolut. cap. 7. numer. 6. libr. 3.* Menoch. *de adipiscenda remed. prim. quæst. 15. numer. 63.* Mohedan. *decis. 25. de renunc. al* 183. Fontanella *claus. 4. gloss. 9. part. 5. num. 133.* Amat. *dicta resolut. 21. num. 3.* Scheneid, qui alios refert *in §. omnium* vbi etiam Zasius *instit. de act.* Gail. *libr. 2. obseruat. 110. num. 2.* etiam quod esset bone fidei possessor, *vt in l. si bone fidei 12. D. de noxali act.* cum alijs per me traditis in responso pro Donna Ioanna Samminiato Baronissa Sabucorum contra Canonicos Sancti Ioannis Eremitarū Panormitanæ Ecclesiæ, & licet regula prædicta procedat, vbi quis actione reali conuentus rem petitam alteri concedat contestata litē: attamen idem est in omni actione personali vel mista, eo ipso quod quis est obligatus ad dandum, vel faciendum, adhoc vt in tempore fidem suam absoluere possit, ideo, hoc casu contestandam esse litē nullibi legimus vt in dolo dicatur, & possessor respectu huius regulæ, intelligitur possidēs non solum naturaliter, vel ciuiliter, sed etiam, is qui detinet qualis est colonus, conductor, depositarius. Cotal. *Miscellan. lib. 6. c. 5.* quidquid sit in alijs casibus in quibus magnam inter hosce possessores reputamus

60 adesse differentiam; quasi primi possideant, † secundi tantummodo in possessione esse dicantur, ad text. *in l. si quis ante. x. D. acquir. poss.* Rebuff. *in praxi benef. glos.* 13. *num.* 1. in terminis Petr. Pech. *d. regula* 36.

Non obstant contraria, quia ad primum respondetur quod aut pater vsufructum sibi delatum non agnoscit, & tunc non dicitur fraudem admittere secundum aliquos, quorum opinionem supra secutus sum, aut agnoscit, postea verò filijs refutat, & tunc dicitur in fraudem creditorum facere, vt ibidem etiam dictū est, ea quidem efficaci ratione, quod pater non se abstinens; sed acquisitionem factam remittens, non di-
61 citur refutare, sed donare, † vt post Angelum, ad quē se remittit, tradit Tiraquell. *in l. si vnquam verbo donatione largitus num.* 211. *&* 212. *C. de reuoc. donat.* quo loci discutit, an talis remissio valeat inter patrem, & filium in potestate, & resoluit valere, si ante agnitionem repudiet, quem vt superius dixi sequitur Grat. *discept.* 713 *num.* 24. *tom.* 4. cum alijs supra allegatis.

Hæc cum ità, sint fortius debent procedere in casu de quo agitur, vbi pater non iura suorum creditorum, sed illorum, qui secum in specie ratione huius vsusfructus contraxerunt, minuere videtur, in tempore quo, agnitione secuta, post vxoris mortem, firmata fuerunt; quibus per voluntariam vsufructus translationem præiudicari minus iustum videri debet.

Ad secundum respondetur primo, quod aut accollatio stat in meris terminis accollationis, & recognitionis oneris, & potest procedere dicta opinio aut vltra progreditur ad obligationem indefinitam, non restrictam ad causam possessionis rei, & tunc non li-
62 beratur, † rem possidere desinens; etiam si inuitus possidere desinat, quia præcauere sibi debebat cum nouo possessore, vt caueter de indemnitate ad text. *in l. electio* 26. *D. de noxal. action.* & ratio est quia remanet obligatus ex vi obligationis, & verborum generaliter prolatorum ita tenet Couarr. quem sequitur Felician. *de censib. dicto l.* 3. *cap.* 6. cui accedit Conuersanus. non multo superius citatus, nec dissentit Amatus *dicta resolut.* 31. *num.* 9. *&* 10.

Respondetur secundo, quod dato illa opinio procederet vbi ex necessitate respossessori aufertur, ne duplici onere grauetur, rei videlicet amissione, & oneris exsolutione, attam[illegible]bi quis vltro possessionis
63 renunciat quod non liberetur † certum est, vt ex nostris docet Mastrill. ad Gregorium *de cens. quæst.* 5. *num.* 233. & in eo locum sibi vendicat regula, quam supra examinauimus in vltimo fundamento, ad quæ omnia venit etiam Marius Muta *decis.* 74. *per totam*, & adde quod iuxta prædicta fuit quandoquè decisum pro D. Leonardo Farina contra illos de Giardina, & obtinuissem in dicta causa pro don Bartolomeo Cutelli nisi contrarius cessisset, & debitum ex soluisset, cum obligatione futurorum censuum.

Quæ opinio est maiori æquitate suffulta, cum aliàs nulla accollatione existente, maritus, cui omnia dotis nomine adscripta sunt teneatur ad es alienum
64 † contractum ante matrimonium initium, possitquè cogitam dum constat matrimonium, ad text. *in l. mulier. bona.* 73. *D. de iur. dotium* quam eo soluto filijs de medio existentibus, ratione vsufructus ad text. *in l. fin.* §. *fin autem vers. sin autem C. de bon. quæ lib.* quem expendit Barbos *in l. maritum ante num.* 31. *D. solut. matrim.*

& hoc cum priuilegio modi agendi executiuè vt testatur obseruari in hoc Regno D. Castill. *decis.* 97. nam, & si vt vulgo iactatur, executiuo modo contra tertium agi non possit, tàm de iure communi, quàm ad formam ritus nostri, attamen receptum est, vt contra tertium, in quem donationis, vel dotationis titulo omnia bona debitoris peruenerunt, executio concedatur, per constitutionem illam à Marco Antonio Columna editam de qua Giurb. *decis.* 62. *num.* 33. *ante med.* quam conformem esse dispositioni iuris communis constat ex traditis per gloss. & DD. *in l. Aeceres alien C. de donat.* cum alijs cumulatis per Giurbam ibi, quibus addo fab. Ann. *cons.* 108. *num.* 27. Mor ium *de contract. titul. de donat. fol.* 157. cum hoc tamen temperamento, vt non teneatur in plus quam in bonorum donatorum ualore; ad instar hæredis cum beneficio in-
65 uentari; † ut alibi dixi ex Crauet. *cons.* 139. *num.* 5. Cancer qui testatur decisum *var. resolut. libr.* 3. *cap.* 7. *num.* 128. *vers. hinc cum talis donatarius*; & quod maritus cui omnia mulieris bona dotantur teneatur creditorib. satisfacere firmauit, etiam D. Francisc. Hieronym. leo *in dec. valentina* 50. *per totam.* illud tamen aduertas velim, quod in hoc Regno, si Castillo, credi fas est, non conceditur executio contra virum, vbi bona
66 ei dotata fuerint † franca & libera; ex quo vt ait ipse cessat, tunc ratio, quod bona dicantur deducto ære alieno ille inquam *decis.* 97. *num.* 7. sed pace illius, non credo per hoc cessare rationem prædictam; nec enim partes possunt facere bona illa, quæ sunt mala; videlicet quod sint franca, & libera, quæ sunt multis oneribus subiecta; licet si viro dotentur cum oneribus,
67 intelligatur tantum minus † habuisse in dotem, quanto important onera; & in casu contrario possit ab vxore repetere, vel dotem retinere, nam illa verba respiciunt cautelam viri respectus vxoris non uerò præiudicium creditorum, ideo optime in dicta pragmaticali constitutione dicitur, quod detur executio cōtra donatarium omnium bonorum, uel maioris partis, quia dum constat bona omnia data fuisse, uel per uerba uniuersalia, uel per enumerationem specierum, in quibus in effectu omnis donantis substantia consistit, eo ipso tenetur, aliàs enim nemo esset, qui non diffugeret illius constitutionis dispositionem, si per ista uerba possit eludi: quare existimo quod siue dotantur franca & libera, siue indefinite omnia bona siue cum oneribus, quod possit & debeat executio concedi; in uno tantum casu limitarem præ-
68 dicta † quando uidelicet mulier sibi reseruasset aliqua bona, tàm pro recamera, ut aiunt Castillus *dicta decis.* 97. *num.* 7. & Amat. *resolut.* 45. *num.* 7. quam alio titulo, per eam extra dotem tenenda, quia tunc contra eam in dictis bonis deberet executio relaxari, ut multies decisum uidimus, & ità intelligo doctrinam Guidon, Papæ *decis.* 447. & aliorum, qui eum sequuntur, dum dicunt excussionem contra uxorem ante omnia faciendam esse ut uidelicet procedant, quando mulier aliquid sibi reseruasset uel paraphrenalia haberet; vt videntur sentire Franc. *decis.* 626. *num.* 4. *&* 5. Castill. *decision.* 97. *numero* 7. Fontanella *clausula* 6. *gloss.* 1. *parte* 3. *num.* 46. nam in dubio præsump-
69 tio est † quod mulier omnia in dotem dederit, vt videtur sentire Bart. in suis quæstionibus *cap.* 7. *incipit. mulier bona omnia* quem sequitur Gratian. *disceptation.* 143.

143.*num.* 27. declarando tamen, vti per eum est videre quidquid sit de quæstione illa, an non apparente de traditione bonorum in causam dotis præsumi debeant, nè dotalia, an paraphernalia, de qua latè Cardin. Mantic. *de tacit.& ambigut. lib.* 12. *tit.* 10. *à n.* 23. *vsq.* 33.

Neq; prædictis obstat, quòd amatus noster post hæc scripta in contrariam sententiam iuerit quòd imò via executiua contra virum nunquam procedi possit, quia ei deferendum non est attento statuto prædicto quatenus verò loquatur inspectis regulis iuris communis optimè eum locutum existimo.

Item omnia per eum dictâ forte procederent, quādo bona peruenirent ad tertium titulo aliquo particulari, non autem si titulo vniuersali, pro vt est si pro dote dentur.

Iuxta prædicta quæro, quid dicendum sit si reseruatio facta per mulierem, pro recamera vt aiunt, consistat in aliqua summa, ad quam soluendam maritus 70 annis singulis se obligasset, an creditor mandatis † sibi actionibus per mulierem, posset contra mariti personam ad capturam procedere, habui quæstionem de facto de anno 1622, quam volui ponere per extensum ob vtilitatem ipsius, Don Petrus Gaetano primogenitus Marchionis Sortini vxorem duxit D. Antoniam Saccano, habuit in dotem in effectum omnia ipsius bona licet, non cum titulo vniuersali, sed per enumerationem omniū specierum, super his se obligauit soluere dictæ eius vxori, quod annuum, ratione recameræ, cumque fuissent adiudicata omnia bona prædictæ D. Antoniæ cuidam creditori, & inter alia ius exigendi recameram ab ius viro debitam, cessis per iudicem, vt solitum est iuribus in secundo decreto; egit creditor executiuè contra D. Petrum pro interusurio temporis iam maturato, excipiebat Don Petrus non rectè creditorem contra eum personaliter egisse, & vt dicimus per maniconem, quia cum veniret repræsentando personam vxoris tenebatur ei exhibere eadem reuerentiam; & sicuti vxor non poterat contra eum ad capturam personę procedere stante priuilegio maritali, quod deducto nè egeat vocamus, quod extenditur, nè possit † carcerari, ità, & omnis alius veniens ex persona vxoris per doctrinam Alexandr. *in l. si post diuortium D. solut. matrim.* quem sequitur referens decisum Mastrillus *decision.* 93. *in fine.* dicebat etiam se velle retinere dictam summam, vel compensare cum multis creditis, quæ ipse habebat contra eius vxorem, ex causa dictæ donationis: de 72 quo rectè poterat excipere contra † cessionarium ex Crass. *excep.* 13. *numer.* 37. & Giurb. *decision.* 100. *nu.* 22. cum vulgaribus.

Contrarium sustinui in casu prædicto, nec diuersè sentiebant Domini Tribunalis Magnæ Regiæ Curiæ, etenim & si verum sit maritum ad vxoris instantiam carcerari non posse; & quod eius cessionarius non debeat esse magis priuilegiatus, nec diuerso iure censeri, attamen hoc procedit, quando cessionarius veniret ex causa lucratiua, & ex facto voluntario v-73 xoris. Cæterum si cessio descenderet ex causa † onerosa, & magis, si iudex vice partis illam faciat, prout est in adiudicatione seu insolutū datione iudiciali, tūc cessionarius plus consequetur quā poterat cedens, & rectè personali contra maritū agere poterit, faciendo eum carcerari, ita limitat dictum textum *in l. si post diuort.* 28. *solut. matr.* Rom. quem refert, & sequitur Alexandr. *ibi. num.* 2. *versicul. & idem tenet.* & hic est vnus ex illis casibus in quibus cessionarius consequitur plusquam cedens, cessat enim in eo ratio reuerentiæ, quæ militabat in cedente ad text. *in l. final. in princip. Cod. de iur. domin. impetr.* nec ex alio capite requiritur, quod cessionarius veniat ex causa onerosa, quam ne detur occasio vxori fraudandi virum hoc priuilegio; & ad secundum de ratētione siue compensatione dicebatur, quod licet illa sicuti & cetere exceptiones possit cōtra 74 cessionarium opponi, ex Tindaro *de compensation. art.* 7. *num.* 4. *verbo. hæsitatum fuit nu.* 6. *par* 2. *fol.* 255. Port. *cons.* 47. *num.* 5. *lib.* 2. Thesaur. *decis.* 221. per Stephan. Gratian. *discept.* 356. *nu.* 1. cum mille per Crass. *excep.* 16. *num.* 37. Attamen hoc procedit quando debitor obijcit cedenti compensationem antequam cedat, vel cessionario antequam sibi cessionem denunciauerit, 75 nam si post hæc faciat, non obtinebit, quia actio † iā fecit liberum transitum in cessionarium, sunt verba Baldi *in l. & heredi in prima lectura §. nos autem in fine. D. de pact.* Rodericus *in l. doli exceptio nu.* 12. *D. de nouat.* Angel. *cons.* 259. *quædam domina Antonia per tot.* Castr. *in l. eius ad med. C. de compensation.* cuius dictæ plures sūt rationes prima elicitur ex dictis Angeli dicentis, quod ius compensandi antequam reducatur ad actum, dum est in potentia, non afficit actionem cessam, ideoquè si interim transit in cessionarium, remanebit libera, nec poterit ex post facto minui nisi fortè opponatur cessionario antequam interueniat vnum de tribus, nam post, sicuti non liberaretur soluendo, ità non liberatur volens compensare, secunda ratio est, quòd quamuis compensatio videatur fieri ipso iure, attamen non inducitur nisi parte opponente, & antequam opponat, non dicitur ità afficere rem, vt transeat affecta in cessionarium: quæ ratio colligitur ex dictis Angeli, & Surdi *cons.* 82. *num.* 29. *& decis.* 191. *num.* 14. vende ait Portius *cons.* 47. *numer.* 22. *cum seqq.* quod post cessionem, & denunciationem secutam nullum adest debitum compensabile, deficit enim substantia ipsius debiti, & per consequens cessat etiam accidens compensationis, & hanc opinionem post prædictos tenuerunt Marilian. *decis.* 30. *num.* 5. Scile *de inhibit.* §. 7. *cap.* 5. *nu.* 9. Laderch. *consil.* 109. *& cons.* 164. *num.* 7. Gratian. *discept.* 356. *à num.* 9. *vsque* 26. vbi ait quod distinctio Angeli est solemnis, & pauci aduertunt: Crass. noster *excep.* 16. *nu.* 37. vbi secus tenet cum cedente Beltram *ad decis.* 121. Cardin. Ludouis. *num.* 6. quod etiam videtur sensisse, Vincentius de Franchis *decis.* 636. dum affirmat debitorem cessum nomine dotis, non posse opponere marito agenti compensationē ex persona mulieris dotantis, & retardare exactio-76 nem faciendam, quem sequitur Fontanell. *de pact. nupt. claus.* 6. *gloss.* 1. *p.* 3. *nu.* 27. sicuti neque ipsi mulieri ex persona patris vel matris dotantium, vt vidi decisū reiectando oppositiones debitoris, imò hæredum mariti excipientium de compensatione cum fructibus dotis promissæ, & non solutæ in Mag. Reg. Cur. & Consistorio pro D. Antonino Paternò contra D. Ferdinandum Mariam Cutelli nepotem meum de ann. 1627. Nec in casu de quo agebatur, dubitabatur de notificatione cessionis, quia aderat ad nauseam, cum maritus passus fuisset litem agitari inter credito-

rem, & vxorem, & sciebat secundum decretum, & in-
solutum datione per iudicem factam, in quo casu po-
tuisset exequi etiam super bonis dotalibus † iuxta do-
77 ctrinam Bartoli, Alciati, & Iasonis *in l. dic §. qui mulier.*
D. qui satisd. cog. quæ recipit in in Rota, vt per Bella-
merani *decis.* 711. *&* Seraphin. *decision.* 891. *numer.* 10.
Franciscus Marcus *decis.* 272. *part.* 1. Ioseph. Ludouis.
decis. 26. *n.* 6. Fontanella *d. claus.* 6. *Gl.* 1. *p.* 3. *à n.* 30. *vsq.*
33. vbi duas decisiones Senatus adducit, licet, ipse
contra sentire videatur persistens in sententia, quam
vti aduocatus sustinuerat, si benè an malè ipse videat,
mihi enim vix persuadere poterit, quin contraria
opinio non tendat in elusionem iudicij, ac omnus pre-
rium iudicantis, data enim cohabitatione mariti, &
vxoris, subsequentet scientia agitationis litis, quo io-
re cogendus erit actor ad noui iuditij institutionem?
78 maximè in hoc Regno, vbi mariti † semper auctori-
zant vxores in actionibus iudicialibus pro eorum va-
liditate, retigi *in primo discursu prima tractationis* ad
finem,

Nec prædictis obstat sub limitatio tradita per Gra-
tianum, quod in omni casu debitor cessus possit reti-
79 nere ratione hypothecæ † quam habet in bonis ce-
dentis sui debitoris; quia respondetur hanc limitatio-
nē, nec ratione, nec auctore fundari, quia nulla po-
test cadere hypotheca super eo, ad quod ipse debitor
tenebatur, quia non datur actio, & pati in personam
eiusmet debitoris, ex vulgatis iuris regulis.

Circa prædicta occurit quærere quid dicendum sit,
80 si de cessione † non consict nisi per apodixam ptiua-
tam, quæ posset fieri repetita die, adhoc, vt appa-
reat facta ante compensationem obiectam, & credo
secus firmandum esse casus talis est, quem de facto ha-
bui Paulus Roccherio scripsit apodixam directam
gubernatoribus tabulæ cuidam de Zuaglio, in qua se
constituit debitorem incerta summa pro alijs totidem
habitis à dicto de Zuaglio, postea verò ex alia causa
Znaglius se constituit debitorem in maiori summa di-
cto de Roccherio per consimilem apodixam, & post
hæc foro cessit, post nonnullos verò annos comparuit
quidam cessionarius dicti de Znaglio, & vigore cessio-
nis quam fundabat in subscriptione dictæ apodixæ si-
bi factæ: vt dicitur, gira, egit contra Roccherium, il-
le verò petebat compensari dictam summam cum eius
creditis, replicabatur de prædictis quod, videlicet
cessio fuerat facta ante compensationem petitam, di-
cebam doctrinam iam dictam non posse applicari ad
casum prædictum, quia cessio continebatur in apodi-
xa, quæ poterat fieri repetita die ad *l. scripturas* 11. *C.*
qui potior. in pign. hab. cuius textus decisio procedit cō-
81 tra habentem causam à debitore † Mag. *dec.* 122. *n.* 9.
in florentinis Genua *de scrip. priuata lib.* 1. *q.* 16. *concl.* 2.
num. 9. *fol.* 64. augetur ratio ipsius, dum subscriptio
fuit facta per decoctum, quo casu præsumitur fran-
82 dulenta † & facta aoimo excludendi debitorem exce-
ptione compensationis sibi competente; ideoquè, si
huiusmodi scripturæ à quocunquè etiam probate fi-
83 dei viro subscriptæ, non prædicant † tertio, nisi trino
teste omni exceptione maiore subscriptæ inueniātur,
quanto minus vbi nil horum interuenias. Bellamer.
decis. 13. *num.* 31. Marescot. *lib.* 1. *var. cap.* 29. *num.* 11.
Scacc. *de iudic. cauſ. ciuil. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 990. Marta
voto 53. *num.* 2. Genua *loco citato conclus.* 3. sed hæc re-
sponso parum profecit, cum quoda consultore dato
in hac causa, qui multum sibi deferebat.

Sextam, & vltimam accedo absoluere quæstionem,
an videlicet pater hæc bona emancipationis titulo
84 donata, fideicommisso supponere possit, † que du-
plicem continet inspectionem voluntatis videlicet,
& potestatis, quo ad primam inuenio formatam
fuisset per doctissimum Cuiac. *consult.* 10. & quod eam
re assumpsit, Peregrin. *de fideicomm. art.* 6. *num.* 1. *vers.*
item donata bareds, & post multa ambo sentiunt non
venire sub vniuersali fideicommisso, quod cum regu-
letur ad bona disponentis hæreditaria, excludit per
consequens propria hæredis, sicuti sunt illa, quæ te-
stator per prius hæredi donauerat inreuocabiliter,
quæ ex illo die, non amplius donantis sed donatarij
dicuntur; nomine, & effectu; quorum opinio habet
pro se textum *in l. sequens quæstio* 70. *D. de legat.* 2. *sequēs*
quæstio (ait) est, an etiam, quæ viuus per donationem in
vxorem contulit in fideicommissi petitionem veniat, respō-
di extra bonorum causam defuncti computari debere; &
propterea fideicommisso non contineri, quia ea habitura es-
set, etiam alio harede existente, & licet textus, & DD.
prædicti non loquantur in donatione, de qua quæri-
tur attamen nulla diuersitatis ratio inter vnam, & aliā
considerari potest, ceterum in terminis loquitur Roui
tus *cons.* 72. referens ita fuisse per Sacrum Coosilium
Neapolitanum decisum quod post hæc scripta inueni
citatum per diligentissimum Ioannem Baptistam à
Thoro in *secunda parte compendij verb. bona à patre fol.*
52. limitantur modo regula prædicta, nisi testator †
85 nominatim grauaret hæredem in bonis donatis, quia
tunc valeret onus fideicommissi super rebus donatis
impositum, statim adita hæreditate per donatarium,
vt textus prædictus disponit, & sequuntur Peregrin.
dicto art. 6. Surd. *decis.* 93. Ciar. *§. testament. q.* 71. *nu. fin.*
Fontanella *de pactis nupt. claus.* 4. *gloss.* 5. *nu.* 30. Ioseph.
Ramon. *cons.* 85. *numer.* 15. *& seq.* de quo etiam dicam
infra hac eadem particula; ad differentiam primi ca-
sus quando generaliter sunt onerata, inter bona testa-
toris; in quo casu acceptatio hæreditatis, & approba-
tio fideicommissi non nocet, quæstio enim non ve-
satur super potentia sed super voluntate, Surd. *dicta*
decis. 93. Ioseph. Ramon. *consil.* 85. *num.* 15.

Ideo in quandam causa hypothecaria egregiè sum-
mæ intentata ad instantiam D. Octauij Buglio, & Mi-
nasfria contra Baronem Bisatæ, & Fauarotte sustineo,
dum hæc scribo, quod fideicommissa apposita per
Andream de Minasfria seniorem in suo restamento de
anno 1562. vbi disponit de dicta baronia, non com-
prehendant medietatem dictorum feudorum spectan-
tem ad eius hæredem Andream iuniorem, ex fidei-
commisso auito de anno 1512. in donatione conten-
to, sed tantum medietatem eorum emptam per An-
dream seniorem ab illis de Zingarello; nec refragatur
quod disponat de feudis indefinite, & quod ideo censea
tur inclusisse alteram medietatem; hæredis, quia in
86 hoc casu indefinitum † non æquipollet vniuersali, imo
si equipolleret, non operaretur, vt veniret medietas
spectans hæredi ex fideicommisso antiquo: quia adhoc
nè veniat res aliena, disponens de tota, re si tantum
87 sit dominus paris censetur disponere de sua parte,
l. si domus 74. *§. fin. &* ibi Alex. *n.* 2. *de legat.* 1. Bald. *in l.*
1. vbi Castr. *n.* 4. *C. qui testam. facer. possunt.* sicuti de so-
cio

88 cio † dicimus, qui censetur tantum disponere de sua parte, *l. qui tabernas 32. D. de contrahen. empt.* & de testatore fideicommittente loquitur Peregrinus *art. 2. n. 44.* & Rota apud Cardinal. Ludouic. *decis. 225. n. 2. &*
89 *plurib. sequent.* & regulariter bona hæredis propria † non veniunt in restitutione fideicommissi *l. coher. 41. §. cum filia D. de vulgar. & pupill.* dicta *l. sequens quæstio* Menoch. *consil. 482. n. 29.* Peregrin. *consil. 37. nu. 7. lib. 1.* Intrigliol. conciuis meus recolendę memoriæ *de subst. cent. 3. q. 74. n. 50.* & multos alios citans nunquã satis laudandus Dom. Vincentio Fusarius *quæst. 648. num. 3.* vbi *num. 6.* ampliat etiam si dispositio esset per verba vniuersalia, & mille morte suo adducit, cui certè multum debemus, non solum, quia, & abundantia allegatorum, & copia quæstionum, omnes quos quot antea scripsisse de hac fideicommissi materia vidimus, superauit, sed etiam quia ex doctoribus allegatis per eum, nemine vsque adeo inueni, qui non percutiat punctum ad quod allegatur, is inquam in sequenti *quæst. 649.* accedit ad quæstionem de qua a-
90 gitur, & tenet quod fideicommissa † antiqua hæredi debita per testatorem non veniant in generali fideicommisso per testatorem facto, & ponit quæstionem de patruo instituente nepotem, sicuti erat casus, de quo agebatur, & prohibentem omnem detractionē, firmarquè decisum potuisse nepotem deducere bona sibi debita ex fideicommisso antiquo, ad cuius sententiæ corroborationem allegat mille DD. ex quibus aliquos referam gratia illorum, qui modernioribus carent, sicut, & ego quandoquè carui Baldus, igitur hoc tenuit *in leg. irritum*, dicens esse textum clarum vbi alij scribentes in idem cadunt *C. ad l. falcidiam* Cornel. *consf. 165. n. 2. lib. 2.* Beto. *consf. 116. n. 10. lib. 2.* Ruin. *consf. 21. nu. 11. lib. 1.* Paris. *consil. 31. col. vlt. & cons. 99. n. 14. lib. 2.* Decianus *consil. 57. n. 18. lib. 1.* Roland. *consil. 71. nu. 26. libr. 2.* Mantica *lib. 7. tit. 8. n. 16. & lib. 9. titul. 6. n. 8. de coniecturis*, Castill. *de vsufructu capit. 59. num. 13.* Rot. per Tholom. *decis. 120.* Mohed. *decision. 127.* Rauden s. *decis. 22. n. 17.* Rota apud Farin. *decis. 375. p. 1. & decis. 84. part. 2.* & apud Seraphin. *decis. 848. numer. 4.* addo Ioseph. Ramon. *consf. 100. n. 523.* vbi assignat rationem non posse fideicommisso supponi, quod alterius prouidentia debeatur quam testatoris; nec facit, quod iste Andreas Senior inuestituram acceperit, vti hæres, nec non hæreditatem adierit, quo casu censetur omnia approbasse quia vltra quod in facto apparebat, quod semper protestatus fuerit de iuribus proprijs, & quod clarè in actu possessionis, & in inuentario se retulit ad donationes, & quod volebat possidere titulo meliori, & vtiliori, certum est, quod e-
91 tiam si simpliciter hæreditatem accepisset, † sequè immiscuisset sine inuentarij beneficio adhuc non sibi præiudicasset, quæstio enim est voluntatis Peregrinus *consil. 37. num. 9. lib. 1.* extendens ad casum vbi ex pressè testamentum approbasset sequitur Fusar. *dicto loc. n. 9. & 10.* vbi ait quod notum est, quod hæres etiam non confecto inuentario, possit deducere id quod sibi à testatore debetur, ex Peregrino *art. 34. & decis. 6. n. 5. & alijs*, nec refert quod fideicommissum illud vigore donationis antiquæ expirabat in personam dicti Andræ iunioris, quia sine expirabat in eius personã, sive vlterius progrediebatur, nouum fideicommissum non tenuit; Seraphin. *decis. 855.* Fusat. *ibidem à num.* 11. addo prædictis, in terminis principalis quæstionis quamplures decisiones Rotæ, quas affert. Oliuct. Beltram. ad Cardinal Ludouic. *decis. 102. nu. 10.* limitans tantummodo, vbi ex coniecturis contrarium pareret, & ad illud quod in inuestitura feudorum capienda, fecit positiones, quod erat hæres vltimi morientis dabatur particulare responsum, quod in hoc Regno ad hoc vt satisfiat Capitulo Ferdinandi super continuatione possessionis; inuestitura sub illa formalitate con-
92 ceditur † in tantum quod si alius ostenderet se hæredem institutum, licet ex forma feudi non deberet succedere, attamen illi, & non isti vocato ex forma priuilegij concederetur inuestitura, præualuit enim in Regno isto opinio illa, quam tenuit Alciatus *respons. 276. in causa Gulisani, 93.* quòd possessio continuatur
93 † etiam in non verum successorem, quam post Milan. *decis. 3. lib. 1.* Bolognett. *consil. 5. nu. 20. & 36. & consil. 7. num. 59.* Bougiorn. *ad capit. 43. Ferdinandi* vbi testatur decisum in causa frigentini. Corlet. *consil. 15. num. 16. in sexto volumin. manuscr.* Mastrill. *ad Gregor. de iud. caus. fendal. q. 18. & decision. 72. n. 9. & decis. 110. n. 24. & 25.* Cumia *in cap. si aliquem verb. antiquis num. 385.* Intrigliol. *de feud. centur. 2. art. 92. num. 2.* Illustr. Dom. Regem Corsettum. *ad patrem consil. 18. nu. 27. cum plurib. seq.* tenet Amat. *resolution. 39. n. 111. & 112.* & Demum adducebam terminantem doctrinam D. Ioseph. Ramonij *consil. 47. num. 27.* qui post Surd. *consil. 19. n. 18.* Menochium *præsumpt. 49. num. 2. lib. 3.* dicit quod quando præcedit titulus præambulus donationis, si
94 donatarius † nominet se hæredem, vel actum getat, vti talis, censetur facere in executionem donationis, dum talem actum virtute donationis perficere poterat, nàm cessabat, ex hoc ratio illa, quod videtur
95 gerere se pro hærede † faciens actum, quod citra ius, & nomen hæredis fieri non potest, de quo per Doctores in *l. pro hærede 20. D. de acquir. hæredit.* exitum huius causæ expectamus in tertio iudicio, nàm in primo, & secundo fuit iuxta prædicta iudicatam declarando hypothecatum medietatem feudi Bisarę, & Fauarotę, & sic non inclusam in vinculo Andreæ senioris dicebatur, etiam quod dictum feudum fuerat positum
96 in inuentario † tamquam hæreditarium, respondebatur adesse protestationes, & plura obiecta soluebatur per sollemnem *decis.* Intrigl. *14. à n. 16. vsq. 39.* (exitus fuit confirmatio prædictarum sententiarũ iuxta prædicta: de quo scripsi in meis *nouissimis decis. ar. 13.*)

Hæc benè faciunt pro prædicta quæstione, nam ideo bona, de quibus quæritur non veniunt in generali fideicommisso, quia sunt propria hæredis, nec apparet de expressa voluntate testantis; quib. etiã addemus aliqua *in speciali primo in finali quæst. vers. illud.* sequitur modo secunda inspectio, an videlicet si testa-
97 tor † exprimat velle etiam grauare hæredem in bonis ipsius proprijs sibi donatis per prius an hæc dispositio valeat, & video Fontanell. *d. claus. 4. gl. 5. n. 31.* affirmatiuè respondere, non distinguendo, vt nos supra terigimus, an hæredis tamquam domini consensus requiratur, & per quos actus censeatur cõsentire, dico ergo dispositionem de re hæredis non valere, nisi ipse verbo, vel facto consentiat, verbo expressè acceptando onus, facto hæreditatem adeundo, in tantum, vt poterit hæres constitutus hæreditatem refutare, & insistere donationi, vt concludit Peregrin. *de fideic. d. ar-*

 tic. 6.

tit.6.n.49. qui testatur se ità obtinuisse, & ratio est, quia post perfectam donationem, non post noua conditio apponi: *l.perfecta donatio 4.C. de don.quæ sub mod.* Ramon. loquens in his terminis, *cons.* 100. *numer.* 523. *fol.966.* Lupus *in leg.* 17. *taur. n.* 20, vbi Gomez *num.* 22. Matienz. *lib.5.recollect. tit.6.l.* 11. *gl.3.num.3.* Castill. Sottomaior. *lib.3.controu.c.* 10. *num.4.* cum alijs quos habes alibi; vbi agemus de conditionibus adiectis donationi ex causa matrimonij factæ; secus vero si donatarius, pariterquè hæres consentiat, quia tunc bene sustinetur fideicommissum Couart. *in rubr. de test.p.2.n.8.in fi.* Peregrin. *cons.63.num.6.& 7. lib.4. art.44.n.32.* Caualcan. *decis.33.p.1.* cum distinctione, tamen tradita per Peregrin. *dicto cons.63.nu.6. & seq.* quem in hoc approbat. Fusar. *d.q.648.nu.* 10. *&* 13. consentire vero dicitur, vt bene fundat Fontanella, quando hæreditatem apprehendit, siue inuentarium conficiat, siue non, vt ipse ait *num.39.* tradens ità decisum in illo Senatu, cum illa intelligentia, quam ipse fatetur, vt videlicet teneatur pro viribus rerum hæreditariarum, vt si tantum in hæreditate, quantum valeant bona propria ipsius hæredis donata, teneatur in totum dispositioni stare, sin verò minus pro illa quantitate, quæ ad eum peruenit, quod, & ipse notanter extendit ad hæredem, qui inuentarium non cōfecisset, si tamen constaret, vel ex alterius inuentario de eisdē rebus hæreditarijs confecto, vel alio modo de valore hæreditatis, vt puta quia essemus in muliere non habente nisi dotē scutorum decem mille, vel in aliquo, qui donauerit in vita omnem substantiam reseruata aliqua quantitate; nam quia tunc scitur valor hæreditatis, & pro qua parte teneatur, haberi debet ac si inuentarium confecisset, iuxta quæ consului pro Vicecommite Franceuillæ contra illos de Marco, licet dubitem, nè Iustiniani constitutio repugnet; quę in pœnam spreti beneficij à se instituti vult hæredem in solidum teneri, vbi autem possunt ista concordari ego laudare Fontanellæ traditionem, sicuti ab eo recedo expressè, in eo quod iam retuli, de donatario hæreditatem acceptante cū beneficio inuentarij, quod imò non sibi præiudicet in donatione, vt firmat late Surd. *cons.143.num.40.* facit Intigliol. *decis.14. num. 2.cum seq.* quos intellige vltra vires hæreditarias.

Dato vero, quod Fontanella bene dixerit, vel in casu vbi donatarius inuentarium non conficeret accipi debet de præiudicio ipsius donatarij tantum, si in donatione essent gradus substitutionū, & alij essent post mortem donatarij inuitatis verbis fideicommissorum (quod fieri posse alibi trademus, vbi quod censeantur totidem aliæ donationes ostendemus) tunc ista aditio operans effectum approbationis nō noceret primo loco vocatis, ad quorum fauorem insurgit dispositio dicti textus *l. perfecta 4.C. de don.* in tantum vt nouus consensus requiratur, & tot consensus quot donatarij, sicuti dicimus in præscriptione feudorum, tot videlicet præscriptiones requiri quot personas, de quo puncto, quia multa dicenda sunt per nos loco superius citato, ibi remittimus lectorem, ne idem bis reperamus; vbi habes quid pro ea portione, quæ asceo dit legitimam si non datur tantumdem liberum.

Ex his resultat decisio cuiusdam atduę dispositionis
quam de facto habui, an videlicet testator, qui dispo-
suit in fratrem de bonis proprijs, & paternis, & in so-
rorem de maternis, censeatur disposuisse in fratrem
98 de bonis sibi donatis † in vita ab eius matre, tanquā
effectis proprijs, & sororem tantummodo inuitare ad
bona ei per matrem in morte dimissa, an vero voluе-
rit respicere ad radices bonorum vt videlicet bona à
matre quodcunque peruenientia, tàm habita ab ea
dum erat inhumanis, quam in eius morte in sororem
transirent, & frater tantummodo haberet bona ex
partes patris prouenientia, & à testatore quæsita, nàm
quod censeatur voluisse instituere sororem in bonis ha
bitis à matræ hæreditario tantum titulo, faciebant prę-
dictæ rationes, quod bona per matrem ei in vita do-
nata non poterant appellari amplius materna, sed
propria ipsius disponentis, & ideo, quod non venie-
bant appellationis maternorum, nec faciebat, quod
imò videatur voluisse respicere ad originem, vnde bo-
na prouenerunt quia dato, hæc intelligentia esset ve-
ra, adhuc non intelligeretur nisi de bonis peruentis
hæreditario titulo, & non de acquisitis à testatore, e-
tiam à matre quia vt diximus supra in quartam quæ-
stione huius particulæ, nil refert, an bona acquisita
perueniant ex patris patrimonio, dummodo validæ
in filium peruenerint, & ad hoc allegabatur in puncto
doctrina Castr. *consil.330.nu.3.lib.1.* annuentis, quod
disponens de bonis proprijs intelligitur disposuisse de
sibi donatis, quia propria sunt, & non donantis, vt
annuit text. prædict. *leg. seq.quæst.70.D.de legat.2.* facit
Fontan. *4.gloss.5.nu.36.& 58.in medio vers.cum enim*;
adducebatur etiam alia ratio efficax; quòd si appel-
latione propriorum non venirent donata, non poterāt
in alijs verificari, nisi in donatis, & sic dispositio rema-
neret elusoria, ad quod vitandum verba possent im-
propriari; quanto magis capi iuxta rectum † sensum,
99 ad tradita per Surd *cons.73.num.82.* item vni disposi-
tio potest interpretari, taliter ꝙ omnia verba adim-
100 pleātur, † illa capiēda est interpretatio, & non alia
vbi verba partim operarentur, partim essent sine effe-
ctu DD. *in l.1.D. de legat.1.* Peregrin. *de fideicom.art.7.
num.17.* Surd. *decis.195.num.1.* & decis. 322. *num.25.
& cons.31.num.27.& cons.127.num.9.* vbi mille con-
cordantes adducit.

TRA-

TRACTATIONES PRIMÆ

DISCVRSVS SECVNDVS

PARTICVLA VNDECIMA.

ARGVMENTVM.

STudij cauſa publicum fauorem, & cauſam piam continet: eius cauſa valet donatio à patre facta à principio; Priuilegia conceſſa ſcholaribus non comprehendunt vagabundos, Pater an cogatur filium alere in ſtudijs; data in eius cauſam non computantur in legitimam, nec conferuntur; quia cenſentur donata etiam ab extraneo; Tacita hypotheca, & antelatio ei competit, Auth. reſquè ad cauſam ſtudij extenditur, inſinuationem non exigit, nec vitio litigioſi irritatur; Scholares expellunt conductores domorum; & aliquando ipſi expelluntur: Minoris bona cum decreto alienantur ſtudij cauſa; & bona Eccleſiæ. Alia priuilegia ſtudij referuntur: Patriæ encomia traduntur: origo ſtudij, eiuſquè depreſſio ex duplici capite. Homines Illuſtres Catinenſes in legali diſciplina, qui fuerint, Nobilitatis Vrbis prædictæ origo, & progreſſus, plurium eius priuilegiorum, & dignitatum ſit commemoratio; Iuuenes nobiles Catinenſes exortantur ad ſtudia, vt Catinæ ſplendor reuiuiſcat.

SVMMARIVM.

1 *STudij cauſa facta donatio valet inter patrem, & filium à ſui initio, & ratio aſſignatur & alia num. 5. vbi contrarij referuntur, & confutantur.*

2 *Eius frequentatio, & proſecutio, publicum fauorem reſpicit, & fauorem Reipublicæ.*

3 *Inter cauſas pias enumeratur ab Vlpiano, & cauſæ dotis comparatur.*

4 *Procedit tam in ſtudio ſacræ Theologiæ quam in Canonum & legum Cæſaris profeſſione, item in ſtudio artium, philoſophiæ.*

5 *Dotis cauſa donatio inter patrē, & filiā in poteſtate valet*

6 *Text. in l. quæ pater. § 1. D. famil. erciſcund. verus intellectus traditur.*

7 *Collatio non habet locum in bonis nulliter filio donantis, quia computantur in defuncti hæreditate.*

8 *Studij cauſa facta donatio, an valeat à principio, an*

verò

verò doctoratum expectet, vt confirmetur .

9 *Eius definitiones per plures auctores traditæ referuntur.*

10 *Fauor studij, nil commune habet, cùm fauore legalis militiæ, quæ consideratur in doctore.*

11 *Quod legitimè à principio factum est ex post facto non debet retractari.*

12 *Actus humani constant ex principio, medio, & fine, vnde fauendum & principio, vt ad finem deueniatur.*

13 *Reipublicæ fauorabile est lites sedare, & per hoc in principio index debet fauere actori.*

14 *Pater donans filio ex causa studij potest reuocare donationem si filius studijs non incumbat.*

15 *Legatum factum vni ex pluribus, qui studijs vacet debetur ei, quia studia exercet, excluso non exercente.*

16 *Priuilegia concessa scholaribus non habent locum fauore illorum, qui vagantur, nec student.*

17 *Scientia non intrabit in mentes vagas, nec innenietur in terra suauiter, & viuentium, quòd multis exemplis comprobatur.*

18 *Matrimonium an impediat studium, distinguè vt hic.*

19 *Pater an cogatur donare filio ex causa studij, pro, & contra latè per num. seq.*

20 *Alimentorum appellatione veniunt expensæ facienda ex causa studij.*

21 *Pater cogitur alere filium indigentem naturali instinctu.*

22 *Cogitur dotare filias ex eadem ratione.*

23 *Alimenta versantur circa sustentationem corporis, & non animi.*

24 *Scientia non est qualitas sine qua non, sed est ad bene esse, sed vide numer. 27.*

25 *Tutor expendens in causam studij pro pupilla, debet laudari, si id moderatè faciat,*

26 *Obligatio non nascitur, nisi à lege, vel ab homine inducatur.*

28 *Parentes anathematizandi sunt, qui videntes filios proficere in studijs negant expensas ministrare, dum habent vnde hoc faciant.*

29 *Imputatio an fiat de datis pro studio in legitimam, sicuti pro datis ex causa dotis, & numer. 51.*

30 *Studij fauore in dubio censetur facta donatio, & non datum animo repetendi.*

31 *Pater dans dotem filiæ, censetur animo donandi fecisse, & quid in filia naturali .*

32 *Extraneus an censeatur donasse, vel animo repetendi assignasse dotem mulieri.*

33 *Pater præsumitur magis diligere filium, quàm filiam.*

34 *Debitum naturale præsumitur prius satisfactum, quàm ciuile, vbi ambo concurrunt.*

35 *Pater vsufructuarius facit fructus suos, & non tenetur rationes reddere, nec fideiussionem præstare, etiam quod transiret ad secunda vota.*

36 *Non administrat, vbi vsufructus ei non quæritur, & è contra.*

37 *Obligatio alendi filios non oritur ex vsufructu, quem pater habet, sed ex naturali instinctu.*

38 *Studij causa: an habeat eadem priuilegia, quæ habet dos, affirmatiuè resoluitur aduersus Bolognet.*

39 *Tacita hypotheca cum antelatione datur fauore studij, sicuti pro dote, exemplum in salario aduocatorum.*

40 *Solutio fauore studij facienda est in loco vbi creditor moratur.*

41 *Extraneus expendens in causam studij, censetur donasse, si patrem studens non habuisset.*

42 *Dos data ab extraneo habenti patrem sufficientem, non censetur data animo donandi, sed repetendi.*

43 *Instrumentum confectum ex causa studij, non apparente de antedata eum alio, præsumitur exterius.*

44 *Habens horam expressam, præfertur alteri eodem die confecto.*

45 *Authent. resque, an habeat locum in alienatione, quæ fit fauore studij, pro, & contra & extende, numer. 46.*

46 *Hæres grauatus repræsentat vinculantem, & habetur ad instar tutoris, tenetur ad reddendas rationes, & alia.*

47 *Fideicommissa nullis maioribus auxilijs, & opibus sustinentur, quàm per litteratos viros ex familia.*

48 *Testator non potest facere, quin intra non habeant locum in suo testamento.*

50 *Feudum alienari potest pro aduocati patrocinio, sed quid pro sustinendo filio Baronis in studijs.*

51 *Collatio non fit de libris, vel alijs expensis ex causa studij, nec imputatio.*

52 *Insinuatio potest omitti, vbi de fauore studij agatur de iure communi, secus stante statuto Regni.*

53 *Insinuatio facienda de contractu donationis dotis stante statuto, an comprehendat dotem datam a patre.*

54 *Libri pauciores sunt necessarij, ad legalem scientiam assequendam, quam vulgus requirit.*

55 *Doctrinæ terminantes, quarè hodie rarius adducantur, quam antiquitus.*

56 *Librum cum consilio prixis temporibus transmittebant iudicibus consulentes.*

57 *Legatum vsus librorum attrahit ad se proprietatem.*

58 *Retentione vti prohibetur debitor salarij aduocati, vel lectoris, & pro causa studij generaliter.*

59 *Vitium litigiosi non incurrit, qui ex studij causa alienat.*

60 *Doctores, & scholares præferuntur alijs conductoribus, licet dominos non expellant, tam locando, quam retinendo domum iam locatam, imò præferuntur aliquando dominis.*

61 *Scholaris in vrbe Catinæ, an possit eijci à vicinia honestarum mulierum.*

62 *Amore captus non potest se studijs applicare .*

63 *Potest expelli, non obstante, quod locator sciuerit, vel scire debuerit vitium conductoris, quidquid teneat Bolognett.*

64 *Domus dominus inhonestus ad instantiam vicinorum potest expelli.*

65 *Doctores, & scholares possunt expelli facere obstrepentes, etiam quod præuenissent in habitando vicus .*

66 *Alienatio facta per tutorem sine decreto, pro manutenendo pupillo in studijs, an teneat discutitur latè, ad terminos iuris communis, & Regni.*

67 *Minor an possit sine decreto se obligare ad restitutionem dotis solutæ, vel soluendæ pro, & contra, & quid in constitutione vide numer. 68.*

69 *Dos æstimata data à muliere minore, repetitur soluto matri-*

matrimonio in casu dotis restituendæ, ac si esset inæstimata.

70 *Iudex facili negotio debet concedere decretum pro alienatione, ex causa congruæ sustentationis minoris in studijs, sicut pro dote.*

71 *Bona monasterij possunt alienari, pro alimentis monachi, & expensis factis in studio infra quinquennium.*

72 *Patriæ, & parentibus æque debitores sumus.*

73 *Catinæ vrbis preclarissimæ in insula Siciliæ positæ encomia, absque affectationis nota referuntur.*

74 *Studiorum vniuersitas, quando fuerit in vrbe Catinæ erecta, refertur, & quando suppressa.*

75 *Fidericus Imperator non iure mandauit Catinam solo æquari, de cuius vita, & morte aliqua referuntur.*

77 *Studiorum Catinensium reformatio, quando processerit, & à quo.*

78 *Rectoris studiorum Catinæ prærogatiuæ enarrantur.*

76 *Messanæ vrbis nobilitas, vnde descendat, & quomodo studia acquisierit.*

80 *Literati viri, quare deficiant, dum tot graduati inueniuntur.*

81 *Catinensium virorum, qui litteris polluerunt, magna caterua refertur.*

82 *Doctor prior ratione originis præfertur doctori antiquiori.*

83 *Catina vrbs de Rege nostro benemerita, magis efficitur, ex multis eius alumnis, qui Regi inseruiunt.*

84 *Exhortatio auctoris ad iuuentutem Catinensem, præsertim nobili generi ortam.*

85 *Corpus Reipublicæ viuit mediantibus hominibus Illustribus.*

86 *Patritiatus summa dignitas, quæ in vrbe Catinæ eligitur, omnes alias superat.*

87 *Familiæ insigniores huius Regni; valdè lætantur à Catina hortum habere.*

87 *Catinam quarè magis deceat gentilitia nobilitate iactari, quam cætera Regni loca.*

STudiorum perficiendorum causa, donatio facta per patrem filijs, inter alias à sui initio valida
1 † reputatur; & meritò quia cum donationis infirmitas inter patrem, & filium ortum habeat à iure ciuili, à quo introductum fuit patres filios in sua potestate habere, & consequenter donationem sicuti, & aliam quacunque obligationem inter eos corruere, debebat certè ab hac regula excipi donatio causa studiorum,
2 quorum prosecutio, † & frequentatio publicum fauorem respicit, per quod cessare debet priuatum sicuti dicebat Paul. Castrens. *in cons. 13. incipit viso puncto col. penultim.* ex text. *in leg. 1. §. vltimo C. de caduc. tollend.* quem ad hoc allegat Tiraquell. *de priuileg. piæ causæ in præfat. fol. 14. in paruis vers. item relictum causa studij*, nam patria potestas ad priuatum ius pertinet; causa verò studiorum non solum publici iuris esse existima-
3 tur; sed etiam pietatem † in se continere vt docet Vlpian. *in l. quæ pater. 51. D. famil. ercifcundæ* ideo Tiraquell. dicto loco comparat causam studiorum causæ dotis, iuxta doctrinam Bartol. *in l. 1. ad finem* vbi omnes eum sequuntur *D. solut. matrim.* Alexand. in addit. ad Bartol. *in l. fluchus liber sesto D. de legat. 3. & in l. sicuti annuum D. de annuis legat.* Stephan. Gratian. *disceptat. 62. numer. 3. tom. 1. & cap. 254. num. 46. tom. 2.* Surd. *de alimentis tit. 6. quæst. 19. numer. 19.* Barbosa *in dicta l. 1. num. 49.* nec distinguimus, an studium sit sacræ
4 Theologiæ † Canonum, an verò iuris cæsarei, vt dicebat Bald. *in l. 1. colum. 12. de legat. 2.* cum alijs per Magdalenam *de num. test. part. 2. capit. 2. num. 72.* quia cum in vtroque casu fauor publicus versetur, ex quo omnes dictæ scientiæ sint ad rempublicam continendam necessariæ, & ad eam regendam; de omnibus par ratio haberi debet vt annuit Gratian. *dicto capitul. 62.*, licet fui in memor in alio loco, idest *capit. 436.* in fine contrarium sentire videatur, facit etiam pro primo Surd. *dicta quæst. 19. numer. 11.* vbi quod in quibuscumque studijs procedit, quare non immerito studia artium, & philosophiæ comprehendi iudicarem; iuxta hæc igitur descendendo ad quæstionem infertur, quod
5 sicuti donatio facta per patrem filiæ † in potestate ex causa dotis, valeat *l. Pomponius Filadelfus 36. C. famil. ercifcundæ*, ità & debeat valere donatio facta causa studij filio familias Bartol. *in l. frater à fratre*, vbi Iason. *colum. vltim. in 2. lectura D. de cond. indeb.* Roman. in *l. donatio §. pater D. de donat.* Alberic. Imol. & Florian. in *l. quæ pater filio C. famil. ercifcund.* Ferd. Long. *in repet. §. diui colum. 14. versic. posset alia*, Tiraquell. *dicto loco* Angel. *in l. 1. in fin.* vbi Bald. *colum. vltima* Iason. *ad finem D. solut. matrim.* Coras. *in prima lect. num. 22.* Roman. *numer. 88.* Camill. *numer. 192.* Curt. Iun. *in authent. resque numer. 43.* Crot. *in dicta leg. frater à fratre num. 87.* & ibi Cagnol. *num. 334.* Iacob *in l. vnica num. 62. C. ne liceat in potent.* esseque magis receptam opinionem Gomez *in l. 17. numer. 34.* Duen. *regul. 77.* Horat. Luc. *de priu l. scolar. priuil. 22. in princ.* Gregor. Lopez *in l. 3. in fine titul. 4. part. 3. in gloss. fin.* Garz. *de expens. cap. 4. nu. 1.* vbi dicit esse veriorem, & receptiorem. Rum. *cons. 101. numer. 12. libr. 1.* Clar. *in §. donatio quæst. 8.* Mangil. *de imputat. quæst. 30. numer. 3. vers. aut pater* Fachine. *controuers. lib. 3. cap. 79. in fine vers. quod vero attinet fol. 358.* Socc. siue quisquis est auctor *fallen. regul. 103. verbo donatio à patre facta* Rebuff. *de priuil. schol. priuil. 50. num. 7. par. 1.* Merlin. *de legitima lib. 2. tit. 2. quæst. 22. numer. 5.* Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. lib. 13. tit. 14. numer. 3.* Pascal. *de patr. potestat. part. 2. capit. 3.* Gratian. *disceptat. 231. tom. 2.* Barbos. *in l. 1. part. 7. numer. 30. versic. ego aut: D. solut. matrim.*

Et licet pleriquè sint Doctores dissentientes, vt Alexand. *in d. l. 1. numer. 55.* Ripa *num. 140.* Alciat. *numer. 8.* Aret. *consil. 18. num. 6.* Dec. *in authen. quod locum num. 5. & in l. si donatione num. 41.* Coras. *in dicta l. frater, à fratre §. quæsitum num. 63.* Bolognett. *in d. l. 1. num. 237.* Padil. *in authen. resquæ num. 93.* Angul. *de meliorat. l. 1. gloss. 10. num. 8.* Rimin. Iun. *instit. de donat. num. 514.* qui falso dicit receptam Tell. Fernand. in *l. 17. thaur. num. 114.* post Ias. sibi contrarium *in l. filiæ licet. num. 2. C. de collat.* quos refert Barbos. loco superius citato, quibus adiungo Roland. *cons. 15. num. 19. lib. 3.* Presid. Anton. Fabr. *decad. 41. error. 7. fol. 867. tom. 2. error. pragmat.* attamen superior opinio est verior, & magis recepta, quæ, & auctorum numero, & rationum pondere sequentem superat.

Nam tota vis contrariorum consistit in arguendo
6 à contrario sensu, super text. † *in d. l. quæ pater. 51. D. famil.*

famil. ercifcundæ vbi Vlpianus ait *quæ pater filio emancipato ſtudiorum cauſa peragre agenti ſubminiſtrauit, ſi non credendi animo pater miſiſſe, fuerit comprobatus, ſed pietate debita ductus, in rationem portionis, quæ ex defuncti bonis ad eumdem filium pertineat, computari æquitas non patitur*, dicunt ergo quod è contra tranſmiſſa filio ſtudenti in patris poteſtate adhuc exiſtenti debeant conferri, & ideo conferri, quia donatio non valuit, licet morte confirmata fuerit; nam vbi valeret, ceſſaret collatio; ſed hoc argumentum non concludit, vbi in caſu contrario iuris ratio aliud ſuadet, vt in iis terminis reſpondet, Iaſon. in *dict. l. 1. in fin. D. ſoluto matrim.* ſequitur Loazes in *dicto §. diui numer. 37.* Secundo reſpondetur cum Floriano, quod ibi propoſuit Vlpianus opinionem in filio emancipato, tamquam in caſu fortiori, ex eo quod difficilius in eo debebat induci, donatio, eo quod exierat de patris familia, ideo, idem dixiſſe tamquam in caſu minus fortiori de filio in poteſtate retento, quod voluit Caſtr. Bald. per Garz. *de expenſis dict. capit. 4.* ego vero ita reſponderem, ibi videlicet non agi de quæſtione, an donatio valeat, quia non poterat quæſtioni eſſe locus, dum ex facto proponebatur filium eſſe emancipatum, ſed tantum, an fauore ſtudij præſumeretur donatio, vbi conſtaſſet tantum de traditione, & non de intentione tranſmittentis, an animo repetendi, an verò donandi impenſas tranſmiſiſſet: vnde à diuerſis non debet fieri illatio; & quod magna ſit differentia, adnerto quod ſi in caſu iſto pro conſtanti habitus fuiſſet titulus donationis, lex eſſet de caſu indubitabili quia vt ſupradiximus donatio ſimplex à principio valida non confertur, tantummodo dubium eſt, an conferatur, ſi non exprimatur titulus donationis, ſed adſit ſimplex traditio, vt ſupra in materia collationis ſatis apertè traditum eſt.

Et quod ex hoc Vlpiani reſponſo, non poſſit rectè hoc argumentum ſuſtineri, patet quia conſequentia, quam contrarij eliciunt, eſt falſa, nam non ex hoc ſolo, quod donatio ex cauſa ſtudiorum ſit filio in poteſtate, talis ſumma, quæ donata, & expenſa eſt conferenda venit, & ratio eſt euidens, quia cum donatio ſupponatur per contrarios non valuiſſe, & ſic dominium numquam filio quæſitum, ſequitur non eſſe lo-
7 cum collationi, † quæ tantummodo cadit vbi bona conferenda ſint in vita patris effecta filij; qui conferre haberet, vt doctè mecum conſiderat Anton. Faber. *in dict. error. 6. numer. 5.*

Corruit ergo argumentum ex hoc textu deductum, dum non poteſt ex eo deſumi conſequentia, quæ ſubſiſtat.

Aliam ſolutionem aſſignat Barboſ. *ibidem numer. 35. verſic. ex quibus iam colligitur*, quæ ſatis accommodata videtur, & confirmat per me dicta, ad quem recurro, ſi vis alias reſponſiones, vſque ad nauſeam *à num. 37.*

Sicuti autem libenter recedo à prædicta ſecunda opinione diſſentientium, & accedo primæ, tamquam receptiori, ità non poſſum concoquere aliam traditionē, quam communiter amplectuntur DD. fundantes ſe ſuper dicto; Bart. *in l. 1. §. neque Caſtrenſe numer. 3. D. de collat. bonor.* idest, quod non valeat à principio do-
8 natio facta ſcholari † pro ſtudio de libris & impenſis neceſſarijs, ſed confirmetur filio effecto Doctore, vel lauream aſsecuto, quam poſt Bald. ſequitur Alexan. *in l. ſi donatione numer. 19.* vbi Dec. *numer. 40. C. de collat.* Bolognett. *in d. l. 1. numer. 237. D. ſolut. matrim.* Tell. *in dicta l. taurina 17. num. 114.* Matthienſ. alios referens *in l. 3. tit. 8. libr. 5. ordinat. gloſſ. 2. num. 3.* ex quo inſinuat, reuocari poſſe per patrem, antequam filius Doctor efficiatur; vt receptum teſtatur, Roland. *dict. conſil. 15. num. 19. lib. 2.* quem cum alijs ſequitur Cardin. Mantic. *dict. lib. 13. tit. 14. numer. 6.* Graſs. *§. legitima quæſt. 28. num. 3. & 4.* Mangil. *de imput. quæſt. 30. num. 15. 23. & 24.* Merlin. *de legitima libr. 2. tit. 2. quæſt. 22. num. 24. & 25.* Gratian. *dict. diſcept. 231. nu. 21. tom. 2.*

Illa enim iudicio meo, ſalua tantorum patrum reuerentia, omni caret fundamento. Primo quia Bart. ſi bene legatur id non dicit, cum tantum loquatur ſic ne hæc donatio conferenda, & dicit quod non ſi fiat filio doctori, vel ei qui poſt perfectam donationem doctor euadat, & aſſignat rationem, quia tranſit in peculium Caſtrenſe, ſi vero fiat ſcholari, qui doctoratus gradum non aſſumat ante patris mortem, tenet debere conferri, inter eas quæ tempore confirmantur, & quod interim teneat ſub futura conditione doctoratus adimplenda, tantum abeſt, vt teneat non valuiſſe, vt bene explicat Barboſa *in dicta l. 1. ante numer. 34. & ſequent.* nàm re vera, non ex alio quàm fauore ſtudij receptum eſt illam valere, qui habet locum, tàm in ſcholari ſtudente, quàm in Doctore, vel licentiato, quippe quia ſtudium non diſcernitur ex aſsumptione ad gradum doctoris, ſed ex applicatione animi ad ſtudendum, cum labore, & vigilia iuxta eius definitio-
9 nem † per Ciceronem traditam, dum dicit eſſe vehementem applicationem animi, cum magna ad perficiendum aliquid voluntate, quem refert, & ſequitur Lucas de penna *in rubric. C. de ſtudijs liberalibus vrbis Romanæ lib. 11.* vel vt tradit Hugo in didacolis, illud eſt aſsidua, & ſagax retractio cogitationis aliquid inuolutum explicare nitens, vel ſcrutans penetrare ſecretum, primam definitionem ſecutus etiam fuit Iaſon. *conſil. 149. col. 1. lib. 4.* Gratian. *diſcept. 216. num. 90. tom. 2.* Tuſch. *concluſ. 705. num. 4. litter. S*, Nihil enim
10 aut parum operaretur † fauor ſtudij ſi deberet commenſurari cum doctoratu; imò eſſent ſuperfluæ omnes quæſtiones circa donationes factas filijs ſtudentibus, quæ excitantur à Iuriſconſultis, & decidunt fauore ſtudij, quia cum, vt ità dicam dependeret à doctoratu, non eſſent decidendæ per hæc media fauoris, videlicet ſtudij, ſed per illa, quæ applicat Bartolus *in dicto §. neque Caſtrenſe*, videlicet eo quia effecta fuerint peculiũ Caſtrenſe; ſtante æquiparatione militiæ legalis cum illa armorum; de qua latè diſcurrit Stephan. Gratian. *in dicto capit. 231. à num. 18.* at cum ad doctoratum non poſſit perueniri niſi poſt multum temporis ſpatium, infra quod liberalitas patris exerceri magis ſolet, certũ eſt, quod, vt aliquis fauor ſtudio tribuatur, neceſſe etiam ſit principio operis fauere, validando donationes tunc temporis factas, neque enim quod
11 à principio lege permittente datum † eſt, debet ex poſt facto retractari, ſed validum, & firmum remanere, ad text. *in leg. 1. D. de itinere actuque priuat. l. ſi extraneus 6. in fine D. de condit. cauſa dat.* quod ſecus eſſet ſi totum fundamentum firmitatis conſiſteret in doctoratu; quare reſoluendum puto donationem filio ſcholati

scholari factam valere; doctori verò collatam in peculium castrense transire: quæ ambo stare possunt, vt ad aliud propositum aduersus Gratian. tenet Barbosa ad *d. l.* 1. *par.* 8. *num.* 39. *vers. adde in proposito*, & facit
12 ratio, quod cum omnes humani actus † constent principio, medio, & fine, necesse est fauere principio, vt deueniatur ad finem; vnde dicimus, quod cum maxi-
13 mus † fauor Reipublicæ consistat in litibus sedandis, quæ alio modo sedari nō possunt, nisi ex celeri earum definitione, in principio teneatur iudex fauere actori, adhoc, vt allectus litem, quam citus ad finem perducat, ideo in terminis dicit Gratian. *discept.* 217. *in fine* deberi legatum, ei qui cæpit studere benè, licet postea non perficiat post Menoch. *casu* 248. *numer.* 32. *de arbitrar.* Barbos. & alios,
14 Reuocari autem posse donationem † non negarem si filius nollet studijs incumbere, sed illicitis vacaret quasi causa data causa non secuta *ad text. in dict. l. quæ extraneus*, vtpote quia scire in legali scientia non iudicetur ex occulto, sed ex exteriori, & non propter scire, sed operari: vt ait Bald. *in l.* 1. *colum.* 1. *de iustit. & iur.* donatio, hæc enim censetur habere in se racitam quandam conditionem, quatenus studijs vacet vt benè discurrit Barbos. in *dict. l.* 1. *numer.* 64. addo Prothonot. Nepita *super consuetud. vrbis meæ in proemio num.*
15 162. *fol.* 20. sicut dicimus de legato † facto alicui de domo, qui legibus incumbat, nam debetur ei, qui exercet studium, excluso non exercente, ideoque debet cauere per quinquennium studijs se vacaturum, vt ait Bald. *in consil.* 284. *pater disponendi lib.* 2. Raudens. *de cession.* 37. *numer.* 284. Horat. Luc. *de priuileg. scholar. capit.* 28. cum alijs per Gratian. *discept.* 217. *numer.* 87.
16 88. & 89. facit quia priuilegia † concessa scholaribus, & studentibus, ità accipiuntur vt comprehendat tantummodo frequentantes scholas, & proficientes in studijs, non autem vagantes, vt concludit Barbos. in *dict. l.* 1. *num.* 61. & 62. quidquid sentiat ibi Parpal. *num.* 44. dicens quod imò gaudeat quicumque matriculatus inueniatur, ex eo quòd cum priuilegium concedatur ordini, & non exercitio, sufficit quod scholaris sit matriculatus, nam hæc ratio non est solida, quia priuilegia non sunt concessa scholaribus vti ordini, sed sicuti addiscentibus, vt postea Reipublicæ proficiant, ergo cessante causa priuilegij propter certam desperationem profectus debet etiam cessare priuilegium, certum est enim quod, qui parum studet, parum scit,
17 † vt ait Gloss. in *l. vnicuique C. de proxim. Sacror. Scriniorum*, quod etiam innuunt verba Euangelij, quomodo hic litteras scit, cum non didicerit, scholaris etenim vagus nunquam doctus euadet iuxta aliam gloss. *in l. vnicuique C. de Tironib. lib.* 12. ocium enim, & desidia est rubigo sapientiæ, vt ait Diuus Hieronimus, & sciētia nunquam intrabit in mentes vagas, nec inuenietur in terra suauiter viuentium, Iob. *capit.* 28. nec enim, vt plerique putant facilis est via, quæ ducit ad scientiam, sed laboriosa, quæ non potest gradi risu, aut ioco, sed per tormenta, & quasi intolerandum laborem, vnde illud qui addit scientiam addit, & laborem, Eccles. *capit.* 1. & vt optimè ait Diuus Hieronymus, non ita se præbet mentibus scientia, sicut lumen visui, sed per tormenta quædam, & intolerandum dolorem iugi meditatione, & studio peruenitur ad eam; quantas autem qualitates debeat habere bonus scholaris enarrat Vldericus Zas. *in oratione habita in laudem legum* incipit, *ex multis*, & Lancellott. Decius *in præfat. suar. lectur. ad C. & Infort.* quos cum alijs commemorat Neuizanus *in sylua lib.* 5. *quomodo iudicandum num.* 55. additis quam pluribus, quæ recollegimus in præfatione repetitionum nostrarum ad quatuor libros institutionum Iustiniani Imperatoris, vbi habes aliqua contra Tiraquellum dicentem matrimonium studium
18 † impedire, dum ostendo, quod imò efficax medium est ad studium perficiendum, supposito quis continere non valeat, pluris enim temporis requirit pellex quā coniux, ex cuius decursu pendet scire vel ignorare in nostra maximè scientia, quæ multum temporis opus habet.

Regula ità constituta, & limitata, descendo ad quæstiones, & primo an cogatur pater donare filio pro studio. Secundo, an sicut valeat donatio pro studio filij ad instar donationis pro dote filiæ, ità eisdem fruatur priuilegijs sicut dos, & an in aliquo differant.

19 Ad primam quæstionem † videtur concludendum affirmatiuè. Primo quia expensæ studij librorum, & omnium, quæ ad illud perficiendum requiruntur ca-
20 dunt sub appellatione † alimentorum, at pater cogi
21 potest ad alendum filium, † ergo eodem modo debet cogi ad tales expensas præstandas & donandas, assumptum est indubitatum, & probatur per text. in *l. si quis à liberis.* 5. §. *non tantum D. de liber agnoscend.* per quem ita concludit Merlin. *de legitima capit.* 22. *numer.* 8. & magis in specie corroboratur per Doctores ex textu *in l. qui filium* 4. *D. vbi pupill. educar. vel morar. debeat* vbi Bald. hoc colligit.

Secundo quia data æquiparatione inter dotem, & studium, sicuti fauore dotis receptum est, patrem pos-
22 se cogi ad dotandum † filios *l. qui liberos* 19. *D. de ritu nuptiar.* ità debet cogi donare expensas necessarias pro studio, vt arguit Gloss. *in l. sed Iulianus* §. *proinde verbo* solebat *D. ad macedonian.* quam esse communiter receptam, testatur Pinell. *de bonis mater. ad l.* 1. *part.* 1. *num.* 55. Horat. Luc. *d. priuil.* 19.

Tertio in terminis, quòd cogi possit, tenuerunt dicta Gloss. *in l. sed Iulianus* §. *proinde verbo* solebat *D. ad macedon.* quam sequitur Castrens. *in l. macedoniano nu.* 3. *C. ad macedonian.* asserens se ita consuluisse, pro vt re vera consuluit *in cons.* 242. *col.* 2. *libr.* 2. Imola *in l. cum filium in fine de verbor. obligat.* Andreas siculus *cons.* 37. Pinellus, & Horat. Lucius dicto loco, Barbos. *in d. l.* 1. *ante numer.* 26. Vital de Nemos *de collat. quæstion.* 5. *in fine* Rebuff. *de priuileg. scholar. priuileg.* 53. Merlin. *dict. tract. de legitima dict. quæst.* 22. *num.* 8, *cum plurib. sequentib.* Corduba *in l. si quis à liberis* §. *non tantum nu.* 35. *D. de lib. agnoscend.* Mangil. *de imput. quæst.* 3 1 *num.* 8. Menoch. *præsump.* 30. *num.* 22. *lib.* 3. *& de arbitrar. casu* 501 *num.* 9. & 10. & decisum in Rota tradit Card. Mantic. *decis.* 335.

In contrarium quod pater cogi non possit, tenuerunt Bartol. *in d. l.* 1. §. *neque Castrense nu. fin. de collat.* Roman. *cons.* 145. Iason. *in authent. resque colum. fin. vers.* 10. *C. comm. de legat.* Ripa *in d. l.* 1. *D. solut. matrim. vbi* Alciat. *numer.* 8. Bosch. *de legitimis nupt. libr.* 6. *numer.* 44. esseque magis receptum, ait Gomez. in *l.* 29. *tauri numer.* 18. Garz. *de expens. capitul.* 3. *numer.* 72. Surd. *de alimen. tit.* 4. *quæst.* 6. *num.* 6. & *numer.* 10.

vbi

vbi dicit hanc esse communem; & re vera ex prædictis, & multis alijs per eos allegatis satis constare potest talem esse.

Quæ si placet, ad primum argumentum respondeti potest, non esse verum, quod expensæ studij computentur, & connumerentur inter alimenta, & ratio est,
23 quia alimenta versantur † circa sustentationem corporis, & non animi, & cum possimus viuere sine scientia; sicuti quam plures videmus, & illos quidem saniores, & crassiores, non sunt computandæ tales expensæ inter necessarias ad humanæ vitæ subsidium, & vt dici-
24 mus, sine qua non, † sed ad bene esse, & tamen certum est, quod citra necessitatem non detur obligatio alendi, per quæ in hunc sensum respondet. Surd. *dict. tit. 4. quæstion. 6. numer. 6.* textus verò, qui ad hoc à Bald. inducitur in *d. l. quæ filium vers. 4. sequitur* de approbando
25 expensam factam à tutore, † & quod debet non solum excusari, sed laudari, si in hoc impendat non facit ad rem; nec rectè arguitur ad necessitatem, vt respondet Surd ibidem: Ad secundum respondeti potest, hanc æquiparationem non procedere, nisi quo ad priuilegia concedenda studio iam in esse producto; non verò, quo ad cogendum patrem ad donandum, quia quo ad hoc deberet alia lex ferri, nulla enim alia ratione po-
26 test obligatio † produci nisi à iure, vel ab homine actum extiterit cum non possit, neque ex identitate rationis, extendi de casu ad casum, maximè dum non adest eadem ratio, nam illud de doctè inductum est, ne filia cogeretur meretricare in dedecus familiæ; §. *his consequens Authen. de æqualit. dot. collat. 7.*

Sed si fortè magis tibi placeret prima opinio, ad Surdum respondere poteris, quòd licet possimus viuere absque scientia, quo ad indiuidui conseruationē, non tamen per hoc satisfactum est paternæ obligationi; nisi etiam; & publicæ vtilitati consulatur, filijquē
27 perfectioni; cum † ignorando non dicamur humanè viuere, sed bestialiter, & pater æqualiter tenetur ad corporis sustentationem, sicuti ad animi institutionem *l. ius alimentorum 3. §. cum ad instructionem. D. vbi pupillus educari debeat.* Corduba *in d. l. si quis à liberis §. non tantum numer. 35.* ad secundum verò dic hanc non esse extensionem de casu ad casum; sed quandam parificationem ex identitate rationis; quia iura non potuerunt omnes casus præuidere, & non minus interest Reipublicæ homines doctos produci; quam familias de honestari.

Si tamen desiderares concordiam, ego ita has dissidentes opiniones conciliarem, quod aut agitur de primis rudimentis literarum vt puta Grammatices, vel de literis humanis & liberalibus artibus, & procedit textus *in d. §. item ad instructionem*, vt eum intelligit Surd. *dict. quæstio. 6. numer. 11. versic. præterea*, videlicet quod pater teneatur expēdere ad hoc, vt filius illis imbuatur, quod etiam voluit Curt. *in l. de bonis §. non solum D. de carbon. edicto* Alex. *in dict. l. 1. numer. 55.* Ripa *numer. 140. D. solut. matrim.* Padil. *in authent. resque nnmer. 92. C. comm. de legat.* Tellius *in l. 17. tauri numer. 133.* ad quod firmandum etiam incliniot, quia supposita patris sufficientia, & facultate, ageretur de patuis expensis; & in hoc casu non possunt applicari termini donationis, quia de his expensis haberetur eadem ratio, quæ habetur de victu, potu, vestitu, & habitatione, & sic computantur inter alimenta.

Bimius *consil. 257. numer. 14. volum. 3.*

At verò agitur de sustentatione filij in studijs Sacræ Theologiæ, legum artium aliarumque scientiarum, maximè in exteris partibus, vbi requiruntur magnæ impēsæ, & tunc suppositis de nouo viribus patrimonij sic diceretur, quod aut pater sponte filium ad talia applicet, filiusque in eis proficiat, vtputa, quia habet aptum ingenium animumq; dispositum ad addiscēdum se quæ applicet, & tunc non malè diceret, qui firmaret cogi debere patrem iudicis officio, dum suppetunt facultates filio necessaria subministrare; ac etiā libros emere, & in hoc casu procedunt doctrinæ prædictæ in prima opinione; vt in specie tenuit Bald. *in l. omnimodo. §. imputari C. de inoffic. testam.* Dec. *in l. donatione numer. 40. & in authent. quod locum numer. 7. C. de coliat. & consil. 117.* Aymon. Grauecta *cons. 126. numer. 8.* Iacob de S. Georg. *in l. vnica num. 92. C. ne liceat potent.* Spin. *in speculo testam. gloss. 18. num. 79.* Riminald. *in d. l. donatione colum. penultim.* Rebuff. *dict. priuileg. 53.* qui testatur de Iasone dicere solito anathematizandos
28 † parentes, hoc negantes, & ita sentit Rota in *dicta decision. 335.* coram Cardinale Mantica, quam refert, & sequitur Merlin. *in dict. quæstion. 22. numer. 9.*

Quæ dicta intelligas non vt cogatur donare, sed tantum subministrare; & expendere in legitimam, si
29 ita deliberet, imputandas; † sicuti dicimus de dote danda filiæ, quæ in legitimam imputatur, frustra enim quæreret I. C. *in dicta l. quæ pater*, essent ne in dubio imputanda, si pater cogeretur donare has expensas, illa acceptione, qua capiatur donatio, idest sine spe recuperationis, vel compensationis, cum eo quod filio deberet, etiam in diem, & si etenim, vt statim dicam, fauore studiorum præsumeretur facta donatio, non tamen hoc procederet, quando pater inuitus expensas fecisset; & expresse mandasset imputari [illegible]

Tenebitur verò, & præcisè cogetur pater ex pendere nulla remanente spe recuperandi, quando penes se habet bona aduentitia filii, ex vsufructu sibi spectante, vt tenent omnes prædicti quos supra statim retuli, & si dissentiat Garz. *de expens. capit. 5.* quem reprobat in specie, & merito Barbos. *in dicta l. 1. num. 29. D. solut. matrim.* Restat solummodo differere quid sit in dubio statuendum, quando pater impendat libens an censeatur donasse, vel in debiti causam soluere: & quod si habeat vsufructum aduentitiorum, an censeatur ex eis expendisse, & ne diutius immoremur, respondeo æquiorem opinionem esse quod in dubio censeatur
30 donasse fauore studii, † vt per textum prædictum in *l. quæ pater*, affirmat Hurat. Luc. *de priuileg. scholar. priuil. 16. limit. 5.* & post alios rutatur Barbos. *in dicta l. 1. num. 28. vers. præterea ex prædictis*, vbi refert ingentem numerum contra sententium, quibus addo alios allatos per Merlin. *d. quæstio. 22. num. 35. & 36.* nam, & si in quacumque alia donatione, tam inter extraneos, quàm inter coniunctas personas celebrata, receptius sit censeri factam in satisfactionem debiti potius, ex eo quia in necessitatibus nemo liberalis existat, vt dixi in responso redito pro Siluio Bonaiuto contra Franciscum Cannizaro Baronem Castelluzzi, vbi inferebam matrem emendo de pecuniis propriis redditus ad nomen filiorum censeri debuisse, quod illud fecerit pro debito, ex tutelæ administratæ causa

causa contracto exoluendo, quam donandi animo, ex prædictis doctrinis, & ex Barbosa infra allegando, attamen ita etiam certum est hanc regulam limitari, in patre filiam dotante, de quo lex præsumit donare vo-
31 luisse, † etiam si habeat bona filiæ ad manus suas ad text. *in l.fin. C.de dot. promiss.* vt voluit Rip. *in dict. l.1. numer.* 141. Alciat. *nu.8. D sol. matrim.* Coras. *in l. qui liberis num.153. ad fin.* Surd. qui viriliter hoc defendit aduersus Corne. Alciat.& duos Soccin. *in cons.192. nu. 29.* allegans per multos maximè Afflict. *decis.* 179 qui loquitur in patre habente plures filias, cuius bona non sufficiebant, nisi pro illa, quam dotauit; Ceual. *com. contra comm. q.79. n.3.* Gratian. *discept. 53. nu. 12. & disc.504.* Baez. *de dote cap.34.* latè Barbos. *in l.1.p.4.à nu.47.D.solut.matrim.* vbi ait extendi ad filiam naturalem tantum secundum aliquos, licet ipse repugnet ex pluribus,& iterum *num.59.vers.& tantum id non procedit,* allegat Ruin. *in d.l.1.n.158.* cui accedat Bald.Nouell. *de dote priuil.45. ad fin. par.6.*

Quæ sententia sicuti est verior in patre, & auo alioque per paternã lineã ascendẽtem, qui dotare tenetur, vt ibi Surd. sustinet, loquens de auo, quidquid secus sit
32 in fratre, vel alio extraneo, † vt ipsemet Surd. se explicat *in cons.119.à num.25. vsque fin.* vbi *quod d.l.fin.* dum continet, illam specialitatem in patre, non rectè extẽditur ad extraneos, vt firmauimus *in discursu tertio huius tract. par.4.ante num.28.ad fin. vers.ad quartum de Velleiano*; maximè ex Gratiano, *discept.769. à nu.72.* ità etiam debet amplecti in terminis quibus loquimur, quia sicuti ibi præsumitur donatio propter præsumptã affectionem patris, ità, & in casu isto, imò tanto fortius, quanto hic agitur de donatione facta filio, ad
33 quem præsumitur patrem maiorem † habere affectionem, quàm ad filiam, quippè quia species suam magis adamat speciem.

Sed contra hæc vrgere videtur ratio illa fundamentalis, propter quam mouentur DD. ad tenendum conclusionem prædictam, in filia, videlicet quod præsumatur donatio ex eo quod tenetur dotare, ideo quoties firmum sit, necessitatem hic non dari ex prædictis, toties necesse est concludamus non censeri, pariter in casu isto, filio donasse, ibi enim in concursu duorum
34 debitorum, † vnum naturale, alterum ciuile, censetur satisfecisse prius naturali, quia, & ratione natiuitatis, & ratione qualitatis magis ligat, sed hic in materia studij non datur debitum naturale, sed solum ciuile ratione administrationis ergo, &c.

Ego ita responderem, quod imò ex eo quod pater ex nullo capite tenetur donare pro studio, concludi debet donasse, quia vbi cessat obligatio subintrat obsequiosus amor, qui facit præsumere donationem, quod nullo capite teneatur, fundatur primo, quia vt in contrarium diximus non adest obligatio naturalis, neque facit quod pater administrator censeatur quodammodo debitor, & ideo quod in huiusmodi debiti extinctionem censeatur expendere, quia respondetur patrẽ neque esse debitorem ratione administrationis, quia
35 vsufructum † facit suum, nec tenetur filio restituere, neque rationem reddere, nec satisdationem præstare, etiam secundo nubens, Castill. *de vsufruct.capit.3. à nu. 93. vsque 99.* vbi multos allegat Gratian. *disc.519.nu, 45.* ideoque dicitur debitor in istis expensis, adhoc vt possit cogi super vsufructu, non vt expendens censeatur compensare, quia non datur compensatio, vbi non adest debitum ex vtraque parte, & si replicares, quid dicendum vbi patri non quæritur vsufructus, responderem, quod ibi cessat debitum, quia non administrat
36 † Bart. *in l. lis nulla D.de iudic.* cum alijs per Menoch. *de recuperand. remed.9. numer.86.* Pascal. *de patr. potest. par.1. capit.2. numer. 84.* Mastrill. *decisio.82.* Giurb. *ad consuet. Messanę capit.7. gloss.3. num.30.* valet enim hoc argumentum negatiuè Mastrill. *decis. 59.* & Gratian. post eum *discept.713. numer.71. fol. 288. tom. 4.* facit etiam ad prædicta, doctrina Surd. *de alimen.tit.1.q.24.*
37 dum dicit quod pater vsufructuarius † non tenetur alere filios ratione vsufructus, sed ex naturali instinctu, sequitur Gratian. *discept.519. num. 12.*

Expeditus de hac quæstione accedo ad secundam, an videlicet, eisdem fruatur priuilegijs, sicuti,& dos,&
38 affirmatiuè respondent † omnes, quos retuli supra *nu.22.*& quamplures alij, quos refert Camill. *ad l. primam num. 189.* Coras. *in prima lectura num.22.* Roman. *num.7.* quos sequitur Barbosa, ibidem *numer.24. vers. ex prædicta,* vbi ait quod si concurrant, nemo præfertur, tanquam habens potius priuilegium, sicuti dicitur de dote ad dotem, addo Iacobin. *in praxi de in integr.restitut.fol.33. vers.item quod est in arma.* Rebuff. *priuil.60. numer.3.* Gratian. *discept.257. numer.24.* Merlin. *de legitima d.lib.2. tit.2. quæst.22. num.7.*

Bolognet. verò *in d.l.1. numer.235. cum plurib. seq.* multis à longe conductis argumentis contendit aduersus Bartolum eiusque sequaces, hanc equiparationem iure non procedere, nisi quo ad illud, vt iudicetur causa pia, & fauorabilis; non autem, vt participet de fauoribus, doti, vt doti concessis, qui merito improbatur cum sua concordia per Barbosam *ibid.n.24.* cui; & ego adhæreo, nam per easdem rationes per quas Imperator *in l. assiduis 12. vers. quis enim. C.qui pot.in pign.hab,* doti voluit fauere, per easdem voluit etiam fauere causæ studij in Authent. *habita vers. quis enim C. ne fil. pro patr.*

Vnde hoc firmato sequitur fauore studij, sicuti, &
39 fauore dotis dari tacitam † hipothecam cum antelatione, seu prælatione. Barbosa. *ibidem num. 25.* quem solum citare sufficiat dum congerit omnes, qui vsq; ad sua tempora scripserunt addo Gregor. Lopez *in l. 11. tit.8.par.5.& in l.3.tit.31.par.2 glos.fin.* Flor. de Mena *lib.1.var.quæst.8.§.1.num.70.* Gratian. *discept.257.ex n.17.* quem sequitur Amador.Roder. *in tract.de priuil. cred.p.1. art.3. nu.18.* dicens quod ab ista doctrina nec iudicando, nec consulendo potest recedi, exemplum dans in salarij aduocatorum, atque lectorum, Giurb. *decision.108. num.10. in fin. vers.adeo, vt qui,* post hæc scripta visus Athor. *in 2.part.compendij verbo salarium debitum alicui fol.621.* vbi decisum videndus casus, quẽ ponit, & Don Anton. Amat. *resolut.3. nu.10.* vbi mouetur alia ratione, quæ non est applicabilis nisi in terminis salariorum aduocati, & procuratoris; videlicet quod ex eorum industria, salua totius pignoris causa facta est, ad Bart. *in l.interdum numer.4. & l.seq.D.qui*
40 *pot. in pign.hab.* quæ solutio † facienda per debitorem creditori pro causa studiorum, ex particulari priuilegio debet fieri in loco studii, Gratian. *decis.201. nu,9. Marchia.*

Secundo quod in dubio præsumatur facta donatio fauore studij, vt supra latè disseruimus, etiam in casu vbi donans aliàs esset debitor, vtputa si esset administrator filij donatarij, quam conclusionem etiam ad extraneos extendendam puto, vt expendentes in causam studij censeri debeant fecisse animo donandi
41 & non repetendi, † in casu tamen quo scholaris patrem non haberet, nam si habeat, posset extraneus actione negotiorum gestorum repetere à patre, ad quem debitum verè spectabat, sicut dicimus de dote
42 ab extraneo data mulieri habenti patrem † ex Cravetta *consil.* 77. Natt. *cons.* 552. Velasq. *decis.* 127. *numer.* 6. Surd. *consil.* 119. *numer.* 23. *versic. ad hac* Cancer. *lib.* 3. *var. capit.* 15. Bimius *consil.* 276. *numer.* 4. & alij per me adducti supra *numer.* 32, moneor etiam vltra prædicta per textum *in dict. l. quæ pater* 51. *D. famil. ercifcund.* per quam mihi probatur expensas factas ab extraneo fauore studij censeri donatas, dum ibi Vlpianus inducit donationem inter patrem, & filium emancipatum, quem scimus iure antiquo haberi ad instar cuiuscunque alterius extranei §. *emancipatus instiut. de hæred. instit.* & ideo quod non detur repetitio firmat Surd. *dicta quæstio.* 19. *numer.* 9. *titul.* 6. vbi format casum infortioribus terminis, & negatiuè resoluit.

Tertio, vt non apparente de antedata obligationis
43 instrumentum ex causa studij † confectum, præsumatur antea factum Barbos. *in d. l.* 1. *nu.* 44. *vers. similiter,* Gratian. *dicta discept.* 257. *num.* 25.

Quod intellige nisi aliud instrumentum haberet in
44 se horam † expressam, tunc enim præferretur non habenti expressionem horæ, non obstante casu fauorabili *Gloss. in l. si ex pluribus* §. *Lucius verbo die D. de solut.* Crass. *exception.* 19. *numer.* 21. vbi alios refert: & post eum Fontanella *de pact. nuptiar. clausul. prima numer.* 12. *versic. cæterum,* diximus prò Don Didaco Bonaiuto contra D. Scipionem Ricciuli in M. C.

Quarto, vt ex hac causa studij tamquam pro dote valeat donatio inter patrem, & filium de quo supra abundè traditum est.

45 Quinto vt eius fauore possint alienari † bona fideicommisso subiecta iuxta textum in anthentic. *res quæ, C. comm. de legat.* Curt. Iun. *super dicta authent. nu.* 13. Horat. Lucius *de priuil. scholar. priuil.* 16. *numer.* 18. *& priuil.* 17. Cardin. Paleott. *de noi. & spur. capit.* 47. Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 141. *numer.* 12. Nicolaus Intrigliol. conciuis meus *de substit. cent.* 3. *quæst.* 73. *numer.* 402. Dom. Vinc. Fusar. qui relatis contrarijs, eum hac videtur residere *de fideicommiss. quæst.* 540. *num.* 3. *fol.* 582.

Et licet contrariam opinionem communiorem esse post Angelum, dicat Iason *in dicta authent. res quæ numer.* 32. & Padilla *numer.* 89. vbi alios cumulat. Boschen. *de legitimis, nupt. lib.* 6. *numer.* 44. Crass. *in* §. *fideicommiss. quæst.* 57. *in fin.* Petra *eodem tit. quæst.* 8. *nu.* 448. Peregrin. *art.* 42. *num.* 93. Barbos. *in dict. l.* 1. *nu.* 29. *vers. qua etiam ratione;* attamen nulla efficaci ratione mouentur.

Etenim principalis ratio, per quam inclinantur ad id tenendum, est multum debilis; aiunt enim alienationem bonorum fideicommisso subiectorum tunc permitti, quando causa sit talis per quam vinculans naturali, vel ciuili iure adstringeretur, tunc enim nil iuuat grauamen, ex quo si viueret cogi posset ad text. *in l. cum seruus* 81. *in fine, D. de condit. & demonstrat.* & ex traditis à Socino *in dicta authen. res quæ numer.* 4. huic namque fundamento responderi potest, quod supposito, nos loqui in ascendente, qui si viueret alere teneretur, consequitur, quod eodem modo teneretur subministrare sumptus necessarios pro humanioribus studijs addiscendis quod negare non auder, Padill. *dicta auth. res quæ numer.* 92. *verf. ad humaniorum tamen,*

Nec facit, quod in terminis studiorum legalis scientiæ diuersa ratio concurrat secundum eos, ex eo quod pater non cogitur filium ad similia studia introducere, licet vna vice allectum cogi possit ad prosequendum opus ceptum, vt supra tactum est.

Quia respondemus quod eadem ratio concurrit re-
46 spectu hæredis grauati, † qui repræsentat vinculantem, & potest illa omnia gerere, quæ posset ipse testator vinculans, ad instar enim tutoris habetur, vt affirmat Bartol, *in l. cum tale* §. *Titius,* & ibi Bald. & Castr. *D. de condit. & demonstrat.* vnde tenetur reddere rationes Soccin. Senior. *consil.* 51. *lib.* 3. Bardellon. *consil.* 6. *numer.* 2. vbi alios allegat Peregrin. *de fideicomm. artic.* 10. *num.* 27. Raud. *decis.* 22. *numer.* 60. ex præsumpta ergo voluntate vinculantis, bene posset mittere nepotem ipsius ad studia, quasi id faceret ex iussu testatoris, argumento dictæ *l. cum seruus, in fine,* ibi *nam quod ipse viuus facturus erat, id ab hæredibus suis fieri iussisse dicitur,* & sicuti hæc causa expendendi, & alienandi bona sufficiens est pro tutoribus, vt dicantur bene le gessisse; cum è contra improbentur si neglexerint ad text. *in l. qui filium* 4. *D. vbi pupill. educar. deb.* ità, & in hærede grauato firmandum est, vt in terminis dicti text. adnotauit Mangil. *de imputat. quæst.* 30. *num.* 19. *vers. vbi autem talis filius fol.* 157.

Quod autem diximus, quod teneretur vinculans si viuens filium ad studia transmisisset probatur mihi ex doctrina Barbos. *in d. l.* 1. *ibi. quia pater à principio,* &c. & alijs supra adductis *numer.* 19. ex præsumpta ergo mente vinculantis certum est idem hæredi grauato licere, qui iud care debet, quod testator interrogatus, ità respondisset, neque tàm inhumanus esset, vt vellet pro euitandis expensis priuari nepotem, & vlteriorem descendentem à beneficio studiorum, cum nullis ma-
47 ioribus auxilijs & opibus fideicommissa † stabiliantur, quam ex hoc vno, quod deueniant in virum litteratum, & sapientem.

Addo aliam rationem, & est illa quod non potest
48 facere testator, quin in suo testaméto † iura habeant locum, quorum fauor meritò ad causam studiorum accessit, quia per illa vigent iura, nisi enim adessent, qui studijs vacarent, addiscendo iura, illaque ministrando, vel vti magistratus, vel aduocationis munus subeundo, parum prodessent, iuxta ea, quæ tradit Apostol. *ad Romanos capit.* 10. dum loquens de prædicatione Euangelij, ait *quomodo inuocabunt in quem non crediderunt, aut quomodo credent ei, quem non audierunt, quomodo autem audirent sine prædicante, & quomodo prædicabunt nisi mittantur.*

Sic

Sit ergo conclusio, quod *dict. auth. res quæ*, ex identitate rationis includat etiam causam studij, siue descendens fuerit destinatus ad studia à vinculante, siue à grauato, vt ex Menoch. & Intrigl. firmat Fusar. *dicta quæst.* 540. *numer.* 5. extendens prædicta procedere
49 † in fratre, & in filio naturali, iuxta tamen modum alimentorum, de quo nos aliqua trademus *in discursu tertio part. 6. huius tractationis*, vbi pulchra quæstio proponitur.

Quò ità constitutio in fideicommisso, dubium oritur, quid in feudo firmandum sit, & reperio, quod eodem fauore studiorum, teneant feudistæ, quod pro
50 patrimonio aduocati possit feudum † ab alienari; quam opinionem primo loco tenuit Andreas de Isernia *in capitul. 1. de feud. Guard. & Castald.* Pern. noster *in primo notabil. post cons.* 14. *num.* 82. *vers. item nota.* Cum. *in capit. si aliquem, gloss. antiquis num.* 558. Intrigliol. *centur.* 2. *artic.* 72. *numer.* 152. *& cent.* 1. *quæst.* 8. *num.* 288. Petr. de Gregor. *de concess. feud. par.* 2. *quæst.* 10. *num.* 19. alij per Giurb. *decisio.* 108. *num.* 10. Amatus *resolut.* 3. *numer.* 11. referens decisum, quid ergo dicendum est in expensis pro sustinendo filio Baronis in studijs, an possit alienari, si fructus non sufficerent, articulus est dubitabilis, si tamen placerent prædicta in terminis fideicommissi, posset teneri affirmatiua, maximè quia vbi deficit dispositio iuris feudalis, recurritur ad ius Cæsaris; per quod dicto modo disponitur, vt doti æquiparetur.

Sed contra facit quia, an dotis causa, de restitutione loquor, sufficiens sit pro alienatione feudorum, quæstio est multum dubia, vt eruditè, & concisè discurrit Dominus Præses Corsettus *in scholijs ad patrem cons.* 12 ergo fortius in his exorbitantibus, non debet extendi adhunc casum, ideo cogita, nec enim potest quæstio ità de facili absolui, feudum namque tamquam militia existimatur, & datur pro militando cum armis, & non cum libris.

Non omittam vnum, quod mihi euenit in principijs mei doctoratus, dum essem interrogatus, an potuisset fieri quædam subiugatio super feudo pro salario lectoris debito per Thesaurarium studij vrbis meæ, de cuius officio infra aliqua dicturus sum, respondi posse, fauore studij stante æquiparatione prædicta, super quo etiam tunc recordor aliqua scripsisse, quæ vellem intelligeres, & si opus est corrigeres iuxta prædicta, si casu ad manus venirent.

Sextum priuilegium, in quo etiam differt à dote, illud
51 est, quod non † imputetur filio in legitimam, nec veniat in collatione, cum tamen dotem imputari filiæ certum sit, sicuti adnotauit Barbos. *ibidem num.* 34. *in fine, &* 35. *&* 37. quod non negauit Anton. Faber. *in Cod. titul.* 19. *de inoffic. testament. libr.* 3. *definit.* 29. Merlin. latè *dicta quæstion.* 22. post Mangilum, & moderniores, addo Mart. *in summa part. prim. quæstio.* 25. *art.* 11. *numer.* 35. vbi quod iuxta hanc opinionem fuit in collegio Lipsiensi decisum, & licet contradicat idem Dom. Faber. *in tractat. de error. dict. decad.* 41. *error.* 7. attamen hoc est quia ibi tenet donationem non valere, sed dato valeret, tenet non imputari, nec conferri; etiam si male filius consumpsisset, iuxta doctrinam Baldi quam allegat, & in hoc tenet pro nobis licet moneatur alia ratione, videlicet quod non potest tractari, de imputatione, vel collatione eorum, quorum nunquam dominium filio fuit quæsitum, sicuti de consumptis, & benè, videtur tamen tenere cum communi, quam refert Barbos. *ibidem numer.* 36. idest, quod non debeat tractari de eorum imputatione, vel collatione, extendens ad libros adhuc extantes; quia habetur pro consumpto pretium iam expensum, tàm si pater expendisset, quàm si dedisset filio pecuniam, ad opus illos emendi Stephan. Gratian. *discept.* 231. *numer.* 25. post Menoch. & Barbos. quos allegat, & ante eum Cardin. Mantic. *de taciturn. & ambig. lib.* 13. *tit.* 14. *numer.* 8. *vers. quod autem dicitur.* Merlin. *dicta quæstion.* 22. *numer.* 20. qui alios allegat, quæ intelligas iuxta per me dicta supra *num.* 29.

Septimum, vt huiusmodi donatio, si excedat quin-
52 gentos aureos insinuatione † non egeat, vt esse de iure communi veriorem opinionem affirmat & defendit. Barbos. *ibidem numer.* 40. *vsque* 45. omnino videndus licet ad terminos nostrorum statutorum, videlicet nouissimatum pragmaticarum Comitis Castri §. 2. punctua veniat resoluendus negatiuè sine aliqua difficultate, quia voluit includere causam dotis expressis verbis ibi. *nelle donationi per causa di doti, & donationi propter nuptias*, etenim propter rationem comprehensiuam debet censeri etiam expressa causa studiorum, cum non inueniatur in hoc magis priuilegiata.

Cęterum ante has nouissimas pragmaticas sanctiones, etiam ad terminos capituli Regni sub Ferdinando 61. firmiter tenendum est non comprehensam fuisse, & ratio est euidens, quia hæc donatio respectu donatarij, præsefert etiam titulum onerosum, & ideo sicuti dotis causa donatio, respectu mariti non indiget insinuatione, tamquam ex causa, ità, & hæc donatio respectu scholaris, vt annuit Barbosa, ibi, ad quem te remitto alia dicturus *in tractatione secunda, discursu primo in speciali* 4. vbi de insinuanda donatione propter nuptias facta agetur, *& in discursu tertio parte* 9. *in prima quæstion. hac tractat. primo*, conducunt enim ad quæstionem hanc, rationes ibi per nos traditæ, ideo pertranseo, dum ibi legi possunt.

53 Illud non taceam, quod dicta nouissima † sanctio non ita intelligenda est, vt omnes dotationes comprehendat, vt indistinctè sint insinuandæ & vt clarius dicam dotis nomine dationes, sed rantum donationes licet intuitu dotis fiant, differunt enim dotis datio à donatione occasione dotis facta, perquam maximè, vt bene adnotauit Anton. Faber. *de error decad.* 48. *error.* 4. *a numer.* 7. separans donationem ex causa dotis datione, nàm vna procedit ex titulo oneroso dantis, & recipientis, altera semper ex parte dantis, & quandoque ex parte recipientis lucratiua est, exemplum primi casus est in donatione facta à patre, quæ tàm ex parte ipsius quàm ex parte mariti onerosam causam habet, quòd secus est in donatione extranei, quia mera donatio est, & si aliquando dum fit marito respectu recipientis, recipitur titulo oneroso, quòd secus esset, si fieret mulieri, ita videtur sentire Alexand. *consil.* 71. *columnn.* 1. *lib.* 4. Iason *consil.* 171. *col.* 2. *&* 5. *libr.* 4. Baez. *de dot. cap.* 34. *num.* 4. Azebed. *in l.* 3. *titul.* 8. *de las herencias fol.* 252. Mascard. *conclus.* 571. Fontanel. *de pact. claus.* 5.

N 2 gloss.

gloss. 10. *par.* 1. *numer.* 2. nil allegans solum alibi se remittens, & nos *latè tract.* 1. *disc.* 3. *part.* 5. *in princ. vers.* 3. *quia in terminis.*

Imò etiam in patre hanc differentiam agnoscunt nostrates, vbi videlicet pater dat pro dote supra filiæ debitam portionem, vt in hoc superfluo censeatur donasse, quia erat vltra debitum, vt latè, & egregiè discurrit Fontanell. *clausul.* 4. *gloss.* 28. *à nu.* 9. *& per seq.* & nos loco præcitaro.

Non possum tamen non admirari hac quæstione de insinuanda donatione librorum attento tempore, quo per Doctores fuit tractata, cum sepositis expensis pro manutentionem; & alimentis filij ad studia transmissi, quæ cadunt ratione alimentorum, videtur innanis in reliquo; quia cum supponamus dari ex causa studij, & quod non excedat causam, non solum respectu quantitatis, sed etiam qualitatis, videlicet vt expendatur pro rebus ad studium necessatijs, omnis quæstio reducebatur ad pecunias datas prò emptione librorum, vel ad libros comparatos, quos scimus vsque ad tempora Iasonis Maini pro insinuatione tenentis, non potuisse excedere, neque ascendere ad summam quingentorum aureorum, quidquid esse hodie quando adeò creuit scriptorum multitudo, vt impossibile sit, non dicam difficile, pauperi doctori, aduocationis munus exercere; non quia
54 ad assequendam legalem scientiam † sint tot libri necessarij; sed quia ignatus vulgus illos existimat scire, quo magna librorum caterua stipatos aspicit, & si in puluere, vt sæpius dormiant; ò infelicia tempora, quando non iuuat scire, nisi diuitiæ abundent, parietes ornemus libris, & tot millies que beati patres nostri, qui paucorum allegatione contenti, ducentos libros possidentes, existimabant se abundare, & tamen semper in decisione causarum adducebant do-
55 ctrinas † terminantes, quas hodie desideramus, quasi se abscondissent in nemus tot modernorum, non obstat quod dicebat. Oldrad. *cons.* 84. quod Doctor indigeat pluribus libris, quia hoc verum est? intelligendo eum iuxta tempora eius consilij, nam prædictis non contradicit, imò mirum in modum approbat ex quo existimat eum habere plures libros, qui habet quosquos scripsere ante Oldradum vel tempore quo consuluit in dicta causa.

Nec tacendum existimo illud quod ait Bald. *in consil.* 122. *verba testamenti lib.* 1. dum dicit, quod tunc
56 temporis transmittebant † iudicibus consilium cum libro, qui de puncto loquebatur, & Fidetic. de Senis *consil.* 166. *domina Berta*: testatur quod transmisit Alexandro de Imola opus Ioannis Andreæ pro decidenda quadam causa, licet ego existimarem superfluam donationem f... am hodie, prout hodie scholari de libris excedentibus summam quingètorum aureorum quidquid esset in doctore, ea præcipua ratione, quia abundaret summam causam, haud enim dubito, quod nimis perniciosum sit addiscenti, plures libros habere; ideo extra hanc summam facta donatione scholari, existimarem ex hoc solo insinuandam; quod excederet causam studij per doctrinas prædictas, facta verò donatio-
57 ne, vel legato de vsu † librorum non dubitarem quod censeretur etiam donata proprietas, quia habet hoc priuilegium attrahendi ad se proprietatem, vt notat Gratian. *discept.* 254. *num.* 45.

58 Octauum sequitur de prohibita retentione † salarij aduocati, vel lectoris, nec non viatici Doctoris, de quo Barbos. ibidem.

Nonum de vitio litigiosi non incurrendo, si in scho-
59 larem alienatio † fiat, de quo te remitto ad eundem Barbosam ibi, & ad ea, quæ trademus, vbi de hoc priuilegio verba facturi sumus in *secunda tractatione, in fauorabilibus, siuè specialibus huius donationis speciali* ac.

Decimum, vt cogatur quis locare ædes suas Docto-
60 ri, & scholari videlicet † vt præferatur alijs conducere volentibus, non vt dominum expellere valeant, vt explicat. Barbos. *ibidem num.* 51. 52. *&* 53. quod fauore aduocatorum, & aliorum causidicorum in loco, vbi residet Curia inuiolabiliter obseruari ex causa Regiæ Pragmaticæ tradidimus, *in primo huius tractationis discursu*, vbi decisiones retulimus, extendendo etiam, vt præferantur, tàm in locatione, quàm in retentione domus locatæ. Gratian. *disceptat.* 357. *numer.* 24. *tom.* 2. quidquid sit quando duo scholares concurrant; vt post Carocc. *par.* 3. *tit. de libert. quæst.* 1. *numer.* 15. tenet Barbos. *in capit. prim. numer.* 2. *de locat. & conduct.* quam conclusionem post hæc scripta, in facto vidi extensam, contra eundemmet dominum, qui per sex menses ante non habuerit, nam volens domum colere, non expellit aduocatum; & fortius officialem, imò si concurrant post ponitur, fuit decisum pro Iurisconsultissimo D. Iacobo Corsetto Regio Consiliario, & principali fisci aduocato contra Vincentium Pilo Marchionem Marinei.

Pragmatica enim hoc dictabat in *additis fol.* 371. *pragmat.* 6. in quo casu etiam resolutum fuit nullam inter plures officiales concurrentes dari prælationem.

Quid verò in vrbe mea, vbi studia fundata sunt dicendum sit, restat; cum hæc omnia ipsius gratia, vt infra patebit, scripta sit, & inuenio quod Nepita meæ patriæ alumnus *in proemio ad consuetudines dictæ vrbis*
61 *num.* 160. firmauit, adesse † quandam consuetudinem scriptam, vt expelli possint scholares à conuicinio honestarum mulierum; tradens ità decisum, ex quo videtur inferri posse, ibi non solum hoc priuilegium non vigere, sed etiam vsu receptum oppositum, quod imò possint expelli vt nos quandocunque seruatum vidimus, cæterum persisto in prædicta sententia quod imò retineant idem priuilegium, maximè stante capitulo reformationum factarum sub Marco Antonio Columna in anno 1578. de quo mentionem facit ipsemet Nepita, limitando tamen quando pessimè se gererent dicti scholares malè morigerati iuxta ea, quæ tradit Neuizanus in *sylua lib. vltim. titul. quomodo iudicandum numer.* 55. quia tunc debent expelli, non solum, quia obstaret consuetudo, sed quia ex illis actionibus inhonestis priuantur priuilegijs scholarium, ratio est in promptu, nam certum est scholares non applicantes animum ad studium, non gaudere priuilegijs scholarium, vt supra diximus prima conclusione, & af-
62 firmat Nepita *d. loc. numer.* 162. sed scholaris † amore captus meretricans, & inhonestus non potest se applicare studijs, ergo non debet gaudere priuilegijs prædictis, quia est impotens actu, & habitu, probatur minor quia inhonestus amor nescit habere modum, & totum occupat animum amantis, vnde illud Ouid: Secta

Secta bipartito, cum mens discurrit vtroque
Alterius vires subtrahit alter amor.

Et idem Ouid. *de arte Amand. lib. 3. non bene cum socijs regna Venusque manent*, & vt dicebat Amed. *in dialog. de amicitia cart. 16.* amor non bene diuiditur in plures, cum anima vnius non possit in plures affectus diuidi, sed vnus ab alio opprimitur, vnde plus diligitur vnicus filius quam plures, & licet Bolognett. *in authent. habita num. 377. C. ne filio pro patre.* dicat, non esse expellendum ex hoc solo scholarem quod meretrices in domum inducat, cum hoc non sit inusitatum,
63 taliter quod scholaris conductor † possit expelli, attamen eius opinio non est tenenda, sed totum oppositum, vbi locatoris honestas, vel fama periclitaretur, vel honestorum vicinorum detrimentum timeretur, nā si cessaret interesse locatoris propter scientiam præsumptam, restaret, vtique illud viciniorum, ità tenet aduersus Bolognet. Rebell. *de obligat. iustit. lib. 14. quest. 10. numer. 10. versic. porrò* quem sequitur D. Barbos. *in dict. capit. 3. num. 35. de locato, & conducto*, nàm, & si verum sit, quod quando locator à principio debuit credere conductorem abusurum re conducta, non possit illum expelli facere, si locare elegerit benè tamen poterunt facere vicini pro eorum interesse, cum etiam
64 dominus domus in talibus casibus possit expelli, vt voluit Menoch. *d. casu 535. numer. 17.* vt benè dicit Ægid. *de iure, & priuil. honestatis art. 9. numer. 10.* vbi tenet contra Velasq. sequitur Barbos. *ibidem. numer. 39.* quæ opinio mihi summopere placet fauore honestatis.

Vndecimum circa modum procedendi iuxta ea quæ Barbosa *ibidem numer. 52. versiculo illud postremo*.

Vltimum priuilegium, quod adducit Barbosa est, vt possint expelli à loco studiorum, & scholarium pro-
65 pinquo, fabri malleantes, † alijque obstrepentes, qui sibi impedimento sint ad studendum, & munus suum exercendum; quod priuilegium, vbi doctor non possit alibi commodè habitare prout Panhormi in domibus sitis circum circa regium hospicium: extenditur vt possit etiam expelli Faber, qui præuenerat in habitatione: superueniente doctore aduocato ad habitandum, vt ait Menoch. *de arbitr. casu 237. num. 24.* sequitur Gratian. *disceptat. 196. numer. 19.* iuxta quam distinctionem aliquando vidi obseruatum, ad quod priuilegium nil aliud addendum puto nisi quod adeas Mutam *ad consuetud. Panhormi cap. 33. à num. 50.* Gratian. *ibidem à numer. 10. vsque 22.* Item, & Belett. *disquisit. clerical. par. 1. de fauore cleric. reali §. 4. numer. 56. & seq.* D. Barbos. *in d. cap. 3. num. 43. de locato, & conducto*, vbi allegat Mutam dicto loco, & alios maximè Iacob Beniue. *de priuilegijs iuris consultorum priuil. 69.* videndus est etiam, & Honded. pleno *consil. 81. lib. 2.* vbi latè super hoc discurrit.

Quamplura alia sunt priuilegia scholaribus, & Doctoribus indulta fauore studij, & scientiarum, de quibus extant integri prædicti tractatus. Rebuff. *tom. 18. fol. 33.* Horati Lucij *dicto tomo fol. 67.* Iacobi Benij Petri de Lesnaudier etiam in *dicto tomo 18. fol. 3.* ad quos liceat recurrere, & cum quamplura ex eis non sint vsu recepta, vt ait Gaspar Beaz. *de inope debit. capit. 16. num. 152.* dicens hanc consuetudinem valere, quem sequitur Gratian. *capit. 186. num. 1.* ideò prædicta tamquam magis vsu frequentia sufficit attigisse, & comprobasse non præiudicando nos in cęteris, de quibus aliqua addit Gratian. ibidem.

Vnum super addere visum fuit, de quo aliquando dum per transennam essem in Ciuitate Pactarum fui
66 consultus, an videlicet sustineretur † alienatio facta à tutore sine decreto de bonis pupilli, pro manutenendo eum in studijs vrbis Messanæ, super quo respondi, ex prædicta æquiparatione inter causam dotis, & causam studiorum, ad terminos iuris communis quæstionem esse facilis resolutionis, dubitabilem verò, & difficilem attento iure Regni nostri, ex quo dum prohibitioni legali ad terminos iuris communis *toto titulo de prædijs minorum, & Codic. de rebus eorum, qui sub cura, vel tutela sunt non alienand.* accedit vis statuti, opus erat inferre, eius dispositionem extendi ad casum, etiam de iure licitum, vt aliquid plus operaretur, vt in terminis alienationis ex causa dotis sentire videtur. Mantic. *de taciturnit. & ambiguit. lib. 11. titulo 21. numer. 13.* de quo tantummodo recordabar, ac ideo dixi decretum petendum esse quod existimabam facile à iudice obtentum, probato fructus non esse suffecturos pro substentatione pupilli tunc iam adulti in studio; maturius verò, reuersus iam in patriam, cogitans, existimaui bene consultum in terminis statuti, etenim certum est, quod & si Doctores magis communiter sentiant, minorem posse, nullo interueniente decreto pro dote ei adscripta se obligare, tamquam huiusmodi obligatio sit necessaria, in consequentiam dotis
67 receptæ, ex qua minor † locupletior effectus præsumitur, insequendo opinionem Glossæ *in lege vltimā in verbo teneri Codic. de legitimis tutoribus.* quam ab omnibus probatam affirmant Titaquell. *de legib. connub. gloss. 6. numer. 185.* Cardinal Mantic. *de taciturnit. & ambiguit. libr. 11. titul. 21.* Rota Romana per Farinac. *decis. 511. volumin. vltim.* Fontanella post alios *de pact. nuptiar. clausul. 7. Gloss. 2. part. 1. num. 47. & sequentib. fol. 408.* iuxta quam vidi per binas sententias decisum in Magna Curia, & consilio rio pro Don Antonino Paternò contra Don Ferdinandum Mariam Cutelli nepotem meum dilectissimum, de quibus alias in hoc opere memini, non obstantibus per me adductis; attamen certo certius est, quod vbi vltra iuris communis dispositionem, adsit in loco statutum tequirens decretum in alienatione bonorum minorum, opinionem Glossæ prædictæ, & eorum, qui eam sequuntur amplectendam non esse, sed alienatio sine decreto erit nulla, etiam pro dotis restitutione, ex quo, vt diximus nè statutum superuacuum sit, debet iudicari, quod comprehendat etiam casus de iure permissos iuxta doctrinam Gornei in *consil. 254. numer. 15. versiculo item dato, tomo prim.* quem sequitur Riminaldus Iunior *consil. 260. numer. 3. & sequentib.* Osasch. *decisio 165. numer. 14.* Menoch. *consil. 22. numer. 9. & consil. 383. numer. 14.* Mantica *dicto tractat. lib. 11. tit. 21. numer. 23. fol. 631.* Giurb. *ad consuetudin. Messanæ cap. 1. gloss. 5. numer. 64. & 68. fol. 109.* qui loquitur in terminis statuti nostri sub Rege Carolo *capitul. 78.* ex eo quod statutum vtitur verbis vniuersalibus comprehendens omnes contractus, ideoque obligatio ex causa dotis vel studij non de-

ber censeri excepta, & ità tenendum arbitror.

68 Cæterum si ageretur de dotis constitutione † per minorem celebranda, non est dubium quod attento iure Codicis decretum iudicis esser necessarium per text. *in l. lex, quæ tutoris.* 22. *Cod. de administrat. tutor.* Anchar. *cons.* 94. Tusch. *verbo minor. conclus.* 248. *numer.* 2. Giurba *dict. capitul. prim. gloss.* 5. *num.* 58. *vers. nec instabilibus*, non solum si stabilia dentur in dotem æstimata, ea æstimatione, quæ facit emptionem, & venditionem, sed etiam si dentur inæstimara, vt expresse sentit Mantica *dicto titul.* 21. & Giurba dicto loco, & ratio potest esse quia fauore minoris inductum
69 est, vt datio in dotem rei stabilis æstimatæ † non impediat quin ei in casu restitutionis dotis, eadem res numero reddi debeat, vt affirmat doctiss. Couarr. *practicar. quæstio. capit.* 28. *numer.* 10. quem sequitur dicens notabilem doctrinam esse Cardin. Mantic. *dicto tract. lib.* 12. *titul.* 28. *numer.* 25. *fol.* 752.

Ex quibus periclitare videntur ea, quæ tradit Surd. *decision.* 278, quem sequi videntur Don Hieronymus Leo, *decis.* 31. & Fontanella *de pact. nupt. claus.* 5. *gloss.* 7. *numer.* 24. *fol.* 89. dum tenere videotur decretum tunc demum esse necessarium, quando bona dentur in dotem æstimata.

70 In vtroque tamen casu censerem iudicem † de facili ad decreti interpositionem deuenire posse, imo vbi ageretur de concedenti expensa pro studio, quæ correspondeat, vel saltim in paucis superet alimenta pupilli, vel adulti (hæ enim expēsæ non est dubium quod veniant sub appellatione alimentorum) non dubitarem tutorem absque alio decreto alienare posse, quidquid esset magna impensa comparationis librorum.

71 Sicut dicimus de bonis Monasterij, † quæ pro expensis factis per monachum in studijs alienari, atque obligari possunt tamquam non differant, imò idem sint cum alimentis, ad quæ æque tenentur monasterium pro monacho, & pater pro filio. Gratianus *disceptat.* 436. qui limitat dummodo agatur de expensis per quinquennium; cum vltra dictum tempus inhabilis reputetur, qui litteras infra illud non didicerit.

Quæ dicta sint non solum fauore studiosorum, sed etiam gratia vrbis Catinæ patriæ meæ dulcissimæ, vbi studia celeberrima omnia scientiarum, iam diù à tempore Romanorum fundata fuerunt, cui non solum vt cæteri omnes affectum mè agnosco, vt ex vulgari dicto
72 quod patriæ, & † parentibus æque debitores sumus, de quo Menoch. *cons.* 261. *numer.* 39. Azeued. *in l.* 30. *numer.* 4. *cum seq. tit.* 6. *lib.* 3. Cened. *Collectan.* 20. *nu.* 4. ea ratione, quia naturale est, vt vnusquisque natale suum diligat, & nihil dulcius habeat, quam patriam; Gloss. *in l. qui habebat D. DD. legat.* 3. Auiles *ad capit.* 1. *prætor.* verbo *Tyerra numer.* 13. Augustin. Barbos. *ad proemium decretalium numer.* 22. verum etiam, quia ex dotibus à natura ei attributis omnes fermè Insulæ
73 huius incolæ illam in honore habent, & diligunt † illa enim fertilitate agri, amænitate situs, salubritate aeris; aquarum salubrium copia, dierum ionialium, noctiumque serenarum, multas antecellit. Nil enim in hoc sæculo est desiderabile, quod in ea non inueniatur, nil delectabile, quo non gaudeat, nil bonum, quod non possideat.

Hęc vrbs semper floruit diuitijs, nobilitate, & literis, vt testis est nobis Pindarus *in Nemeis Ode nona*, ait enim Catinam priscis temporibus æquestri militia, eruditione, opibus insignem, extolleus Catinenses ab æquitatu sapientia, & diuitijs: quæ tria in ea quodam quasi nouo miraculo copulari visa sunt ò vtinam, & hodie in vnum conspici possent.

Constat enim fuisse in ea studiorum vniuersitatem erectam, jam inde ab anno ducentesimo ante Christi salutiferum aduentum; superatis per Romanos Syracusis mediantibus Catinensium subsidijs, vt affirmat Plutarcus in Marcello; constructo ad id Reipublicæ Romanę sumptibus superbo ædificio, cuius vestigia adhuc prope litus cernuntur.

Fiderici postea Imperatoris secundi iussu, cum fuerit vrbs immerito solo æquata, studia etiam conquieuere, quidquid Fazellus affirmet illam a Fiderici
74 † fide desciuisse, & propterea hoc ei contigisse, attentis enim Fiderici immanitatibus, & tyrannide Catina, & cum ea quamplures aliæ Ciuitates, potius se exemisse, quam defecisse dicendum est, quod eis licitum fuit stantibus bullis Pontificijs editis per Gregorium nonum, & Innocentium quartum, quorum prima incipit. Ascendit de mari bellica bestia, & altera, quæ refertur *in capit. ad Apostolicæ de sentent. & re iudic. in* 6. per quas imperio, & Regnis abdicatus fuerat; & vassalli ipsius fidelitate soluti, quibus attentis quamplures affirmant (quod Deus tamen auertat) impænitentem decessisse; vt legitur in eius vita, & annuit Andreas de Isernia *in constit. quanto acriter*, quod anima ipsius Fiderici requiescit in pice, & non in pace, & quod fuit tyrannus, & non Rex. Camill. Salernitan. *in consuetud. Neapolitan. de iure dotium tit.* 8. *fol.* 229. Frecc. *de subfeud. lib. primo titul. de antiquo Regni statu numer.* 28. *fol. mihi* 50.

75 Demum tamen tempore Alphonsi Regis † ex pijssima Aragonum familia nunquam memoria delendi, cui Catina multum debet, obtento etiam adhoc Eugenij IV. Pontificis diplomate sunt ferme ducenti quatuor minus anni, fuit studijs restitura, ex Regis ærario suffectis lectoribus salarijs; deindeque auctis vt per quamplura Regni Capitula apparet, mirumque in modum honestata ex reformatione edita de manda-
76 to † Marci Antonii Columnæ Regni huius olim famosissimi Proregis anno 1579. concessit, namque iu-
77 risdictionem † Rectori in studentes, eorumque famulos assignato ei fiscali, & magistro Notario, necnon bidello, qui argenteam mazam ei ante ferret, quando togatus cum comitatu incedit; ad electionem lectorum binos electores totidem reformatores præfecit, quo muneri etiam, vt Patritius summa Vrbis dignitas, & Thesaurarius studiorum interessent, votādi causa; cum pręsentia Reuerendiss. Domini Episcopi ipsius cancellarij, lectorem primarum artium Prothomedi cum eo ipso effici iussit, pluraque effecit, per quod insigne redderetur, & præclarum, de nostro studio plura scripsi Camill. Borell. *de præstant. Regis Catholici nu.* 93. vbi de studijs agit.

78 Cæterum votis aduersata fuit Messana, Vrbs † quę nobilis, per bellica suorum antenatorum trofæa habita iam effecta, literarum etiam splendore quorum caruerat, voluit illustrari, & ob id Reuerendorum Patrum Iesuitarum auxilio studia generalia dictis patri-

bus

bus gubernanda à Paulo III. Summo Pontifice obtinuit, mox non obstantibus oppositionibus vrbis meę sillä erexit a moto etiam patrum prædictorum gubernio.

Extant de hac controuersia Rotæ Romanæ decisiones, & allegationes vnius partis, quæ apud Iacobum Gallum in fine suorum Consiliorum videri possunt, ex quarum relectione cuiquè mediocriter literato patebit, quis nam induisset melius arma missa facio nouitatum odia, possessionis longæuæ commoda, etiam acquirendi gratia ius prohibendi in facultariuis, quia omnibus patent, maxime post scripta modernorum Catalanorum, & Aragonensium Cancerij, videlicet Fontanellæ, Regentis de Sesse, Casanatis, & aliorum, ad quos beneuolos lectores remitto, nè odia iam abolita suscitare videar, quæ semper vitaui.

Ex hoc die factum est, vt properantibus ad vtrumque studiosis graduandi se gratia, vnius vniuersitatis collegium alterius præueniendi studio, quamplures approbet indignos nostræ professionis gradus, vnde 79 tanta † graduatorum copia, quantus literarum defectus; Ad quod respexisse videtur Dominus Rex noster dum per suas regales literas mandauit, ne ad officia eueherentur, nisi graduatæ in vniuersitate Catinę, vt patet ex litteris datis in Villa Matritti de anno 1591. quæ cum minimè seruatæ fuissent, fuerunt nuper innouatæ, per alias datas sub die 2. Octobris 1627. executas Panormi die 22. Februarij XIII. Ind. 1630. tenori sequentis.

Hauiendo por lo passado florecido tanto como se sabe en letras esse Reyno, se entiende que de algun tiempo aca à venido à decaer à causa que muchos estudiantes con solo vn anno, ò dos de estudio se dottoran en Pisa, y otras vniuersidades, y alcauzan tanbien dispensacion de los Virreyes para graduarse en Catania, no enbargante que no hayan cumplido los cinco cursos, establecidos por prematica, con lo qual se inyeren en iuzgados, y abogacias, sen tener letras ni experiencia para semejante escreitio, y porque los inconuenientes que de aqui se siguen, son de tan gran consideracion como se vee; me ha pareeido ordenaros, como expressamente os lo ordeno, y mando, que la prematica que esta echa, de que no sean occupados en officios los que no fueren graduados en la dicha vniuersidad de Catania, se guarde enuiolablemente, y que vos por ningun caso dispeaseis à ella.

Cuius dispositio si in posterum seruabitur, haud dubium quin hæc inconuenientia cessabunt.

Et redeundo ad patriæ encomia, inuenio ea claruisse 80 se illustrium virorum † ortu, & plurium alibi ortorum sepulchris quorum nomina, heroicaquæ gesta tradidit. Fasellus *de reb.Sicul.decad.p.lib.3.cap.1.* quos transcribere minimè curaui, dum ibi videri possunt, citabo tantummodo aliquos iuris professores, qui duobus sæculis post Nicolaum Todiscum, quem Abbatem Panormitanum appellant floruere, nemini enim dubium est Abbatem prædictum Catinæ ortum fuisse, ibiq; Benedictinæ Religionis habitum sumpsisse, ex vulgari tamen familia originem trahens; si credendum est ei, qui ipsius vitam operibus addidit; quidquid modernus quidam Netinus attentet, fretus ex sola subscriptione ipsius in calce consiliorum, qui tanquam solitarius in sua opinione paruifaciendus est.

Hi sunt Ioannes de Paternò Archiepiscopus Panhormitanus Regnique pluries perfectus ex nobili Paterniorum familia, Adam Sismondus, Goffredus Rizari, & Hieronymus Ansalono etiam nobiles, & in albo (quod mostram vocant) conscripti, Petrus etiam Rizari, & Antonius Platamone, qui super ritu aliqua scripserunt, floruitquè primus in anno 1495. Ioannes Philippus, & Ioannes Thomas ambo ex familia de Paternò, quorum primus inter scribentes ad ritum enumeratur, hunc dum magnæ Curiæ Iudicis officio fungeretur, Ioannes Lucas Scorcialupus, suiquè socij capite cæsum vesteque nudatum à fenestris regij hospitij (vbi modo Tribunal Sanctissimæ Inquisitionis inhabitat) proiecerunt, Blasius Lancea eisdem temporibus vixit magnus feudista, & eloquens aduocatus, sicuti eius scripta, quæ passim circumferuntur, & egregium Patrimonium per eum acquisitum, veridicum proferunt testimonium, vnde Principes Trabiæ eius successores emicant sequitur Antoninus eius frater, qui ad ritum aliqua adnotauit non contemnenda ambo inter nobiles iamdiù referti, & ex antiqua Lancearum familia procedentes, vnde multi ductores exercitus tempore Aragonensium Regum enitcanere, bello paceque de republica benemeriti.

Post hos etiam ex nobilibus vrbis familijs ortum ducentes floruere D. Raimundus Ramundettus Baro S.Catherinæ nuncupatus, qui pragmaticas sanctiones summarijs ornauit, miroquè ordine digessit; apud Consilium Italicum Regens, Antonius Cutelli pro auus meus paternus, qui fisci aduocatus fuit, & Generalis Visitator totius Regni loco Marchionis Orioleñsis à sua Maiestate suffectus, & ad Regentis munus apud Consilium Italiæ vocatus, de quo meminit Nepita *loco citato & Milanens. decis.12.num. 35.lib.2.* Fredericus etiam Campixianus vnus ex præcipuis suæ tēpestatis aduocatis, qui ad bullam, & pragmaticam de censibus nonnulla annotauit.

Sequuntur quamplures alij, qui licet prioritate tē-81 poris hos antecedant, originis tamen ratione † sequuntur, quos præferendos esse censure, Bal.in *l. nemini C.de aduoc.diuers.iud.* Felin. *in cap.clerici.de iudic.* hi sunt Ioannes Baptista seminara, qui, & Regentis munus expleuit, Franciscus Prouinzalis cuius in iure munimenta magni per omnes fiunt, ex scriptoribus nostris facilè Princeps, licet vsque adhuc lucem non viderint, Simon Viuicitus, qui inter scribentes ad ritum enumeratur optimus orator, Hieronymus Fimia magni ingenij vir, qui, & Aquila volans meruit nuncupari, Ioseph Cumia, qui ritus omnes illustrauit, & de feudis non spernendas repetitiones scripsit: Cosmus Nepita Regni Prothonotarius, qui primus ex Siculis ad patriæ statuta scripsit, vbi in prohemio de his omnibus honoratam mentionem fecit, eorum societati meritò per nos adscribendus: quibus addendi sunt Nicolaus intrigliolus, qui clarus est ex multis operibus per eum impressis, multisque alijs, quę lucem exoptant, de quo vere dici potest, quod multum, & multa scripserit: nam vltra centurias quatuor inter feudales, & fideicommissarias, singularium tomos tres; casuum conscientiæ vnum, decisionum alterum, consiliorum vnicum ad bullam, alterum quamplures alios tomos expeditissimos, & ad impressionem aptos dimisit, Maurus Burgius, de quo habemus quæstiones

nes laudemiales satis eleganter dispositas, & de modo
procedendi ex abrupto tractatum, omnes Regij Con-
siliarij, & ex meritis inter nobiles in albo referri.

Taceo aliquos viuentes, quos quandoque vidimus
suprema occupasse officia, nè adulationis notam in-
currisse videar iuxta illud *non laudaueris quemquam in
vita sua*.

Omitto etiam alios in Theologiæ, & Philosophiæ
scientia præclaros, qui esset extra institutum vagare,
& nè panegyricum potius, quàm legalem tractatum
conscripsisse videar.

Hæc faciunt, vt Vrbs mea, quæ omni claritudine
pollet magis, magisque clareat, omnes enim prædi-
cti tamquam stellæ in reipublicæ firmamento emicant
82 suisque sudoribus patriam multo magis de Rege †
meritam efficiunt, indequè oritur priuilegiorum
iam concessorum obseruatio, & nouorum gratuita
concessio.

83 Quia propter studiosa iuuentus † Catinensis, &
præsertim nobilium, vt memoria tot illustrium viro-
rum seruetur, debet in dies, in suis studijs proficien-
do clarescere, adhoc vt splendor, quo perfulgebat,
iam ad occasum vergens viuificetur, & retineatur, &
vrbs nostra nouis in dies cumuletur beneficijs: corpus
84 enim † inanimatum reipublicæ, non alio spiritu vi-
uit, crescit, & sublimatur, quam mediantibus homi-
nibus illustribus, ex ea ortis ac eorum virtuosis acti-
onibus.

Esset hic loci locus quamplura dictæ Vrbis priuile-
gia, & prærogatiuas recensere, quomodo magistra-
85 tus suos ipsa eligat, de patriciatus † summa dignita-
te, qui Prothonotarij vices sustinet in toto districtu,
de seruitutibus cognoscit, causas iudicibus delegat, &
magistratui Curiæ Patricialis præest; de potestate
quam habet Senatus tempore belli, de qua nouissimè
scribat Castill. *decis.* 224. sed quia esset nimis, in lon-
gum particulam protrahere, ideo subsisto; forsan e-
nim si tempus supererit, Deo adiuuante, de singulis
dictæ Vrbis priuilegijs, & prerogatiuis agemus; in
gratiam ipsius, nobiliumque virorum in ea commo-
rantium cętus, licet de perse ità clareant, vt alia tra-
ditione opus non habeant. Illud solum tacere non
possum, quod magnates siculi ex insignioribus fami-
lijs procedentes, non solum non dedignantur, sed
86 mirum in modum affectant, Catinenses, † & vrbis
meæ alumni appellari; & quod eorum familiæ inter
cæteras in albo de Vrbis, quam mastram vocant,
conscriptæ, & enumeratæ sint, quasi ex tot huius Re-
87 gni Ciuitatibus, neminem deceat magis gentilitia †
nobilitate iactari quam ipsam, in qua à sexcentis fer-
mè annis, prima vrbis gubernacula ipsis nobilibus
fuerunt commissa exclusis alijs, ex vulgaribus familijs
ortis, redactis familijs omnibus, quæ alijs pollebant,
in albo seu in dicta mastra, quæ vsque adeò du-
rat.

TRA-

TRACTATIONES PRIMÆ
DISCVRSVS SECVNDVS
PARTICVLA DVODECIMA.

ARGVMENTVM.

DOnatio ex causa clericatus, in quibus casibus valeat inter patrem, & filium: Patrimonio, quando clericus opus habeat: quando verò pater cogatur illud assignare: Articulus spiritualis qualis dicatur: Donata huius causa an imputentur, & an conferantur: Patrimonium clericorum an inter bona Ecclesiæ computetur. Retrodonatio patrimonij facta filio patri non tenet: & quas pœnas incurrant committentes fraudem in materia patrimonij: Episcopus quando teneatur prouidere ordinato, & an si ordinauerit ad literas alterius. Alimenta ista qualia esse debeant; In quibus possit patrimonium constitui, Simonia an incurratur in materia ipsius; Feudalia, & fideicommisso subiecta, quãdo hac ex causa alienentur; Dos data pro moniali, quando ad fideicommissum reuertatur? Alienatio patrimonij quando, & quomodo fieri possit, & quid de permutatione; Rescripta an debeant præsentari in banca toties quoties. Hypotheca super patrimonio an teneat. Episcopus an petat decimam de bonis assignatis pro sacerdotio clerici.

SVMMARIVM.

1 *CLericatus causa, & ordinum suscipiendorum valet donatio inter patrem, & filium, & quare.*

2 *Clericus tunc gaudet priuilegijs Clericatus quando incedit cum habitu, & diuinis inseruit, & num 13.*

3 *In minoribus constitutus non indiget patrimonij assignatione.*

4 *Donata in causam clericatus, efficiuntur peculium, quasi Castrense, & in his habetur vti pater familias.*

5 *Clericus filius familias habetur vti pater in redditibus ecclesiasticis.*

6 *Statutum prohibens filium familias, contrahere, non extenditur ad bona Ecclesiæ si clericus sit.*

7 *Patrimonium an cogitur pater assignare filio vt sacris ordinibus initietur, & num. 9. vbi ratio.*

8 *Pater cogitur dotare filiam ingredientem monasterium, & si eo inuito ingrediatur.*

Mi-

10 *Minores ordines, an quatenus sint directi ad sacros; sacri dici possint.*

11 *Clericorum appellatione, veniunt etiam clerici minorum ordinum, Abbates, & Canonici quod intellige, vt ibi.*

12 *Donatio facta clerico primæ tonsuræ per patrem, an valeat fauore clericatus.*

14 *Clericus debet præstare seruitium continuum, & non interpellatum, vt foro gaudeat.*

15 *Si habet beneficium, vel pensionem Ecclesiasticam seruitio non indiget.*

16 *Iudex laicus non cognoscit de validitate seruitiorum, sed remittit cognitionem ecclesiastico.*

17 *Articulus iuris causæ ecclesiasticæ, qualis dicatur, nè laicus iudex cognoscat.*

18 *Imputatio an fieri debeat, de bonis donatis filio, vt ordines suscipiat pro, & contra vide nu. 23.*

19 *Lex dupplici onere non grauat patrem, vt donet, & vt libere donet.*

20 *Alimenta non imputantur filio in legitimam.*

21 *Patrimonium pro sacerdotio quid sit describitur.*

22 *Donatio facta clerico in minoribus, pro ordinibus, non imputatur tamquam simplex item vbi pater filium ad clericatum induxisset.*

24 *Coactus dicitur actum facere, qui facit precibus eius, qui poterat cogere.*

25 *Imputatio non cadit in donatis filio quo ad viuat, pro congrua sustentatione, ad effectum ordines sacros suscipiendi; & ratio assignatur.*

26 *Legitima non potest consistere in fructibus, cum debeat esse incorporibus.*

27 *Fructus in legitimam aliquando imputantur.*

28 *Clericatus gratia facta donatio reuocari non potest; & fortius ob sacerdotium suscipiendum.*

29 *Ecclesia facta donatio non reuocatur, neque ob ingratitudinem prelati.*

30 *Patrimonium assignatum pro sacerdotio efficitur ecclesiasticum. & eisdem regulis subiacet, ad quæ bona Ecclesiæ subiecta sunt.*

31 *Manumissio non potest reuocari, etiam sub prætextu ingratitudinis, quoties seruus efficitur clericus.*

32 *Steph. Gratian. in præposita quæstione notatur.*

33 *Scriptura hodie non est necessaria in donatione cum efficiatur nudo pacto.*

34 *Episcopus potest cogi facere patrem donare filio ad titulum patrimonij, vt donationem obseruet, nec reuocet.*

35 *Permittens patri, vt in constitutione patrimonij apponat pactum reuocandi sibi imputet.*

36 *Patrimonij causa facta donatio reuocari non potest, nec filij consensu accedente.*

37 *Alienare prohibitus, nec potest alienanti consentire.*

38 *Retrodonatio Patrimonij quomodocunquè, & quandocunquè facta per filium patri est, ipso iure nulla.*

39 *Dictio, nullatenus, importat nullitatem ipso iure absque alia declaratione, prolata ab habente potestatem.*

40 *Sacerdos mendiciter viuens, si nec patrem, qui patrimonium dedit vrgeat, cogitur agere.*

41 *Ordinatus, qui ante ordines collatos paciscitur de patrimonio retrotransferendo donatori, an sit suspensus ipso iure pro, & contra vsque num. 50.*

42 *Donans ad titulum patrimonij, habet vim præsentatoris secundum patrem Suarez.*

43 *Sacerdos exponens pro vero titulum fictum, an committat falsitatem, decipiendo Episcopum.*

44 *Simulatio cum animo, & consilio fraudandi alterum, est species falsitatis.*

45 *Suspensionis pœnam incurrit, qui per falsas probationes patrimonium Episcopo habere ostendit, vt inde ordinetur, & num. 49.*

46 *Ordinatus non dicitur patrimonio carere, stante retrodonatione, quæ est ipso iure nulla.*

47 *Textus in capit. per tuas el 3. de Simon: verus intellectus expenditur.*

48 *Sacerdos futurus accedens ad Sacramentum ordinis falsis medijs, ab altari remoui debet.*

50 *Suspensus ab ordine ex falso adhibito patrimonio, quæ narrare debeat pro dispensatione.*

51 *Episcopus tenetur ordinato indigenti prouidere de patrimonio, vel de beneficio, quando scienter eum absque patrimonio ordinaret, quod extendetur ad successores, & ad capitulum.*

52 *Renuntians Episcopatui, adhuc tenetur alere illos, quos sine patrimonio ordinauit sacerdotes.*

53 *Ordinans ad literas dimissoriales alterius an alere teneatur ordinatum remissiuè.*

54 *Tunc tenetur quoties ordinatus non habet aliunde, puta quando habet patrem diuitem.*

55 *Alimenta præstanda ab ordinante ordinato, qualia, & quanta esse debeant.*

56 *Episcopus promouens ad subdiaconatum, an ille qui ad præsbyteratum teneatur ad alendum.*

57 *Non tenetur, si fuerit deceptus ab ordinato, nè alias culpa sua sit ei vtilis.*

58 *An censeatur satisfecisse concilio, si ordinauerit quem ad rem mobilem.*

59 *Et quid si ad annuum redditum ad formam bullæ, & Regiæ Pragmaticæ.*

60 *Patrimonium potest consistere in quid annuo, mere promisso, in loco vb. adest penuria sacerdotum.*

61 *Patrimonium, seu verius res eius causa assignata, si casmate pereat, an Episcopus teneatur alere.*

62 *Bona fideicommisso subiecta, an possint ex causa ordinum suscipiendorum alienari, & numer. 65. ubi limita.*

63 *Ex causa donationis propter nuptias alienari posse certum est.*

64 *Baro petit adiutorium à vasallis, vt filius possit effici sacerdos, vel pro filia monacanda.*

66 *Alienabili re effecta, ita perpetuò manet nec ad fideicommissum redit, quòd intellige, vt statim.*

67 *Pater aliquandò cogitur filiam nubilis ætatis effectam dotare, & quare.*

68 *Non tenetur assignare dotem filiæ in vita absque onere, & num. 70.*

69 *Sed quid si petat à filia renunciationem sibi fieri.*

71 *Dos incipit tenere locum legitimæ mortuo patre, quando legitima debetur.*

72 *Dos data pro ingressura monasterium, mortua moniali, non facta professione, redit ad fideicommissum, vel ad dotantem, deductis alimentis.*

73 *Monialis si decedat ante professionem emissam, non succedit monasterium, sed proximiores, etiam si monasterio renunciasset.*

74 *Patrimonium sacerdotis hodie est inalienabile attento*

Conci-

Concilio Tridentino amplia, num.76.
75 *Pretium, qui habet, rem habere non dicitur, & ratio assignatur, quæ intellige in alienari prohibitis.*
77 *Sacerdos postquam beneficium assecutus fuerit, an possit patrimonium alienare, & num.81.*
78 *Solemnitas aliqua quando requiritur pro forma actus, non potest omitti, sub prætextu, quod deficiat causa, per quam fuit introducta.*
79 *Rescriptorum præsentatio, seu interinatio in banca fuit introducta, nè priuilegia Ciuitatum, & iura ciuium læderentur.*
80 *Debet præsentari etiam quod sint emanata in executionem aliorum.*
82 *Permutatio an teneat de patrimonio, Episcopo inconsulto.*
83 *Alienationis verbo quid contineatur.*
84 *Sacerdos non potest bona ad titulum patrimonij habita hypothecare, nec ex causa iudicari illa capi possunt, etiam si ipse carceretur.*
85 *Decima an competat Episcopo vel alteri super Clerici patrimonio, distingue.*

VAlet quarto loco inter patrem, & filium do-
natio à sui initio, si ob clericatum † fiat, vel
1 pro ordinibus suscipiendis; ea præcipue ratione,
quia cum agatur de Dei seruitio, cessare debent sub-
tilitates iuris humani, & ideo quod valeat firmaue-
runt Iason *in l. licet filia numer. 7. C. de collat.* Ripa *in l.*
in quartam num. 170. vbi Berengar. *in articulo legitima*
numer. 81. Fiumagiol. *ibidem in quæst.* 30. *numer.* 44. *&*
45 *DD. ad l. falcid.* Cardinalis Mantica *de tacit. & am-*
big. lib. 13. *tit.* 14. *num* 6. *Merlin. de legitima lib.* 2. *titul.*
2. *quæstion.* 23. *num.* 6. *& quæst.* 29. *num.* 12. vbi notabi-
2 liter declarat procedere in clerico tonsurato, † & qui
diuinis inseruit vel qui beneficiatus est, iuxta ea, quę
disponit sacrosanctum Tridentini Concilium *session.*
23. *cap.* 6. & non in clerico saluatico, huiusmodi enim
tamquam sacris canonibus exosi illorum fauoribus
non gaudent, post multos etiam Mangil. *quæstion.* 30.
num. 42. Gratian. *disceptat.* 231. *num.* 23. æquiparans
istam donationi factæ doctori. Crass. *in § legitim. quæst.*
29. *num.* 5. Grassus noster *de effectibus clericat. effect.*
54. vbi alios permultus citat.
Et licet de clericis in minoribus loquendo replica-
ti possit, quod nullo iure cogente eis donetur, ex quo
3 non indigent † patrimonij assignatione; vt tenet Glos-
sa prima *in capit.* 2. *de præbend. & dignitat.* quam De-
cius ibi dicit esse communiter receptam, sequitur Sal-
zed. ad Bernard. Diaz *in practic. cap.* 18. *num.* 5. Vgo-
lin. *de irregularit. cap.* 91. *num.* 2. Frater Emmanuel. *in*
summa tom. 2. *capit.* 15 *numer.* 16. Quintanad. *de Mo-*
narchia Ecclesiast. lib. 3. *num.* 17. Petr. de Ledesma *in*
summa part. 1. *de sacram. ordinis capitul.* 7. *ad finem.* Fla-
minius Parisius. *de resignation. beneficior. lib.* 2. *quæstion.*
6. *tit.* 4. Nicol. Garcia. *de beneficijs, parte secunda, capit.*
5. *numer.* 4. *&* 5. Aloysius Riccius *in sua praxi*, quàm
auream appellat. *resolution.* 271, *numer.* 3. *in secunda*
editione. Campanil. *in diuers. iur. canon. rubric.* 8. *cap.* 1.
num. 5. Domin. Augustin. Barbos. *de offic. & potestat.*
episcop. par. 2. *allegation* 19. *numer.* 3. *& in dicto capitul.*
2. *num.* 2. ac ideo, quod non debet talis donatio vale-
re, respondetur quod quicquid sit quando donatio fit
Clerico, nulla expressa ratione, quod donetur ob
causam clericatus, attamen quando huiusmodi cau-
sa exprimitur, donationem valere, nemo vsque ad-
4 huc dubitauit; quia propter illam qualitatem † cle-
ricatus, quando tali occasione donatur efficitur pecu-
lium, quasi Castrense, cum filius dicatur celesti mi-
litiæ adscriptus vacare, & in his habetur quasi esset pa-
ter familias, vt firmat Lupus in *rubric. de donation. in-*
ter vir. & vxor. §. 12. *numer.* 9. *vsque* 12. Surd. *de ali-*
men. tit. 4. *quæst.* 11. *num.* 21. sicuti dicimus de preben-
5 dis, † fructibus beneficiorum, & pensionum. Gratian
disc. 713. *n.* 13. *tom.* 4. idem Gratian. *in discept.* 231. *n.*
23. loquens in donatis per patrem post Vasq. & alios
6 quos allegat, vnde infert, & bene, statum † prohi-
bens filium familias obligari, etiam si clericus sit, non
procedere in talibus bonis, in quibus habetur vti pa-
ter familias, sicuti dictum est, nec concludit obie-
ctio, filius clericus non indiget patrimonij assignatio-
ne ergo donatio non valet; quia hoc firmare, esset
habere pro indubitato, quod ità demum valeret do-
natio inter patrem, & filium, quandiu pater cogere-
tur donare quod est falsum, nàm non pendet à neces-
sitate, validitas donationis, sed à causa, quæ illam
regit, sicut, & omnes actus humani, vnde illud cer-
tum est, vt & infra tradémus hanc donationem sim-
plicem esse, & non ob causam, ac ideo non imputari,
quia vt discurrit doctè Merlin *dicta quæstion.* 53. *num.*
6. versicul. *ad contraria*, non ex eo quod pater aliquan-
do possit compelli, ex hoc si voluntarie donet, & non
compulsus, censeri debet, ac si ex causa donasset, &
tamquam necessitate coactus; & ità loquuntur præ-
citati Doctores, dicentes hodie non esse necessarium
titulum patrimonij, arguendo à contrario sensu dicti
capit. 2. *session.* 21. *de reformation.* concilij Tridentini
quidquid olim esset vt colligitur ex *capitul. neminem.*
70. *distinction.* per quem ità tenuit glossa prima ibi &
Nauarrus *consil.* 14. *de tempor. ordination.* Sairus *de*
censur. lib. 5. *disputation.* 31. *section.* 1. *numer.* 33. quo-
rum doctrinæ hodie non procedunt.
7 Donare tamen cogetur pater, † & quicunque super
eum ascendens est descendenti suo sacris ordinibus
initiaturo ad instar vxorem ductori, qui iure petit do-
nationem propter nuptias sibi fieri, vt in his terminis
ordinum firmauit Crauetta in *consil.* 136. *per totum.*
post multos, quos allegat, & non minus doctè quam
erudite pater Sanc. *de matrimonio part.* 4. *disputation.*
26. *numer.* 7. firmans ad id posse bona fideicommisso
subiecta alienari ex Auendagn. *consil.* 17. *num.* 4. quod
an verum sit infra discutiendum erit, in quo ipse se-
quitur Guttierez *practicarum libr.* 2. *quæstion.* 65. *numer.*
7. accedit Giurba noster *ad consuetudin. Messan. capit.* 3.
gloss. 4. *part.* 1. *num.* 16. Marta *de succession. part. prima*
quæstion. 25. *articul.* 11. *num.* 20. *fol.* 607. & post mul-
tos Barbos. *de offic. & potest. episc. par.* 2. *allegation.* 20.
Fontanell. statim citandus, & cum hanc opinione
transeunt omnes illi Doctores, quos infra referemus,
tenentes hanc donationem in legitimam imputari;
alia etiam ratio potest assignari, quam elicio ex Giur-
ba *dicto loco*, quod, sicuti pater tenetur dotare filiam
pro matrimonio carnali, vt superius diximus ac e-
8 tiam pro † spirituali iuxta doctrinam Baldi in *l. fin. C.*
de dot. promission. & in authentic. nisi rogati in princip. C.
ad trebellianum Ancharan. *consil.* 108. *numer.* 4. Sancez
loco citato Menoch. *præsumpt.* 189. *lib.* 4 Gregor. Lopez
in

in l.8.titul. 11. *part.* 4. etiam si inuito patre monasterium ingrediatur. Lupus *in cap. per vestras* §. 11. *de donation.* Baet. *de dot. capit.* 14. *numer.* 2. vel si absque dote ingrediatur Beroius *in quæstion.* 113. Baeza ibidem, & alij per Giurbam *dicte loco num.* 17. *& sequent. fol* 289. ità tenetur dotare filium, qui nubit cum Ecclesia nè maior fauor sit matrimonij carnalis, quàm spiritualis, & filiæ quàm filij vt arguit
9 Merlin. in terminis † de quibus agitur dicto *cap.* 23. *numer.* 3. *vers. secundo dici posse videtur.* Fontanella *de pact. nupt. claus.* 5. *gloss.* 1. *part.* 2. *num.* 65. *cum seq.* alios *allegans.*

Diximus sacris ordinibus initiaturo, quia licet
10 minores † ordines directè sint ad sacros, tamquam ministerium ad eos attamen sacri dici non possunt, vt aduersus canonistas dicit esse veriorem opinionem. Diaz *in praxi cap.* 18. *num.* 5. vers. *minores quidem ordines post Nauarr. in manuali capit.* 22. *num.* 17. Maiol. *de irregularitate libr.* 3. *capit.* 21. *num.* 7. Stephanus Gratianus *disceptation. forens. capitul.* 159. *num.* 12. *tom.* 1. ideò appellatione sacrorum ordinum non veniunt minores *capitul. c erubescant* 32. *distinctio. capitul. à multis de ætat. & qu alitat.* Bartol. *in l. bona fides num.* 2. *D. deposit.* Roman. *cons.* 327. *numer.* 8. *col. penult. ad med. vers. primo quod ipse*, Iason. *in* §. *sed iste col.* 10. *ad med. num.* 55. *institution. de action.* licet generaliter appella-
11 tione clericorum veniant † tàm constituti in maioribus, quàm minoribus ordinibus initiati vt voluit glos. *in dicto cap.* 2. verbo *clericos* de quo etiam videndi sunt. Abbas noster *in rubric. de vita, & honestate clericor. nu.* 8. Rolan. Auall. *cons.* 16. *à nu.* 10. *vol.* 4. Bellet. *disquisition. clericar. part.* 1. *tit. de disciplin. clerical.* §. 2. *num.* 2. Decian. *in tract. crimin. part.* 1. *lib.* 1. *cap.* 10. *numer.* 22. Ceuallus. *comm. contra comm. quæstion.* 524. *numer.* 6. Viuius *tom.* 2. *comm. opin. tit.* 34. *num.* 40. *libr.* 9. *fol.* 570. & mille adducens Carol. de Crass. *de effect. clericat. in prelud. num.* 252. & in fauorabilibus venirent etiam Abbates, Canonici, Prælati, aliquè personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ, vt ait Viu. dicto loco, & Pute. *decis.* 92. *num.* 2. *libr.* 3. Suarez. *in com. opinion.* verbo *clericus num.* 125. Azor. *instit. moral. lib.* 3. *capit.* 11. *quæst.* 15. *part.* 2. Troil. Maluet. *in tract. de canonizat. Sanct. dub.* 2. *numero* 35. *praxis episcopal. part.* 1. *verbo clericus* §. 1. *in fin.* & post alios, idem Grass. *dicto loco à num.* 262.

Ceterum ad terminos præsentis quæstionis, quid dicendum in clerico primæ tonsuræ, an donatio † ei
12 facta per patrem tamquam pro clericatu valeat, non ità absolutum est; nàm Ripa *in l. in quartam D. ad leg. falcidiam* satis videtur dubitare; licet pro affirmatiua allegetur per Mangil. *de imputation. quæstion.* 30. *nu.* 43. cum potius allegari deberet pro negatiua, prout eum allegat. Vasquez. *de success. creat. libr.* 3. §. 30. *part.* 3. *limit.* 34. *numer.* 209. *in meo fol.* 683.

In contrarium de directo, quod valeat sicuti, & constituto in Sacris, renuit Iason. *in dicta l. licet filia ad med. num.* 7. *vers. & sic ex prædictis* Berengar. *in dicto articulo legitimæ in dicta l. in quartam num.* 81. Fiumagiol. *nu.* 467. Curt. Sen. *in l. filie in fine C. fam. erciscunda.* Cucch. *de legitima* §. *rursus numer.* 39. *fol.* 67. Roland. Aualle *consil.* 11. *numero* 26. *libr.* 2. quos refert, & sequitur Mangil. *de imputat. quæst.* 30. *numero* 43. Caldas verò *de restit. in integr.* verbo *læsis numer.* 104. post late disputata quæstionem tandem in versiculo *melius numer.* 105. ità eam resoluit, vt videatur cum traditis supra per nos concordare, videlicet, quòd ità
13 demum valet si talis seruiat † alicui ecclesiæ, vt ait in versicul. *posset verè*, quam in hoc sequitur Stephan. Gratian. *discept. forens. capit.* 231. *numero* 24. *tomo secund fol.* 118. quod, & nos in omni clerico in minoribus firmauimus *supra n.* 2. ex Merlino in *d. q.* 29. *n.* 12. & ratio esse potest, quia clericus primæ tonsuræ non gaudet foro ecclesiastico, nisi & ecclesiæ sibi assignare seruiat, sicuti per concilium dispositum est in reliquis clericis minorum ordinum, quod apud nos ad
14 vnguē seruatur, ità vt huiusmodi seruitium † debeat esse continuum, & non interpellatum, nisi ex causa necessitatis, & de licentia, vt fuit resolutum per Sacram congregationem, in declaratione quam refert è nostris Mastrill. *decis.* 113. *num.* 15. vbi agebatur de impedienda sententia foriudicationis sub prætextu clericatus, & firmatur quod seruitium debet esse continuum, & in ecclesia assignata, vt pluries vidi obseruatum, maximè sub meo patrocinio pro clerico Don Francisco Iordanello cum Regio fisco super can-
15 cellatione inuentarij; quidquid sit vbi haberet † beneficium, vel pensionem ecclesiasticam, vt ait ibi Mastrill. num. 5. & 7. quæ decisio est notabilis circa resolutionem captam per M. C. quæ remisit articulum
16 decidendum iudici † ecclesiastico, & quod probatis seruitijs, ad cognoscendum an essent sufficientia, iu-
17 dicauit articulum esse iuridicum † & sic remittendum ecclesiastico iudici, quia dum versabatur circa ordines, erat spirituale, & consequenter non poterat per iudicem laicum tractari; videmus enim in dies sub prætextu, incidentiæ, & quod agatur de quæstione facti, agitari coram iudicibus laicis causas spirituales & ecclesiæ, sine metu tot bullarum, & pænarum in eis contentarum: cum certum sit non posse sine magno animæ periculo cognosci, nisi quando agatur de mero facto ad oculum demonstrabile, vt Mastrillus ibi affirmat, de quo mero facto potest cognoscere, quando quæstio venit incidenter, vt fuit discursum in causa feudorum Gulfæ, & in causa territorij Sabucæ inter Canonicos Sancti Ioannis Eremitarum & Baronem Tripis, de qua vltra aliorum labores adsunt doctissimæ allegationes Dominis Simonis Sitaiolo, vt in loco, vbi de bonis loquuturi sumus, habebis, ego enim solummodo in articulo operam meam præstiti, vt per meas allegationes apparet.

His præmissis intrant quæstiones, & prima est, an hæc donatio imputetur, an conferatur: secunda an hæc donatio possit reuocari per patrem, an per filium renunciari, vel retrodonari. Tertio an possit fieri in pecunia, vel mobilibus. Quarto an possint alienari bona fideicommisso subiecta pro ea facienda, & an possit in ea pater filium grauare, vt post eius mortem sibi vel alteri eam restituat. Quinto an huiusmodi bona possint alienari.

18 Ad primum imputari † huiusmodi donationem affirmauere Couarr. *in cap. Rainaldus* §. 2. *num.* 7. *extr. de testament.* Vasquez. *de success. creat. part.* 1. *lib.* 3. §. 22. *num.* 44. Diaz. *in praxi Canon. cap.* 18. *num.* 16. vers. *ego tamen, vt meum*, Cucch. *de legitim. vers. rursus nu.* 30. *fol.* 118. Claud. de Bettandier. *tractat. de legitim. artic.* 11. *num.* 39. *fol.* 695. Guttierr. *pract. quæstion. lib.*

secund.

secundo quæstion. 65. numer. 5. vers. rursus, quos adducit, & sequitur Mangil. *de imputat. quæst. 33. numer. 17.* addo Doctorem Martam. *in summa success. regal. par. prima quæstio. 25. artic. 11. num. 21. fol. 607.* & videtur sentire. Peregrin. *de fideicom. artic. 36. numer. 134.*

Mouentur primo, quia hæc donatio dicitur ob causam clericatus, & sacerdotij, quoties verò donatio fit ob aliquam causam obligantem patrem, tunc imputari debet, nè duplici onere grauetur, nàm lex non
19 itâ cogit † patrem, vel præcisè, vel causatiuè donare, vt talis donatio debeat esse absoluta, sed permittit, vt in vno tantum grauetur, videlicet vt præmature dones, non vt iterum, teneatur moriens legitimam assignare, ac si nil donasset, vnde est quædam mera anticipatio, & satisfactio futuræ obligationis, & ex hac ratione dos data filię imputatur ei in legitimam, vt diximus, supra & transire sine difficultate dixit Bolognett. *in l. inquartam num.* 300. quem cum alijs refert Crass. *§. legitima quæst. 23. fol.* 443.

Secundo, quia vbi pater compellitus donare, vt supra dictum est, in hoc casu, tàm si necessitas sit præcisa, & coacta, quam si naturalis impellat instinctus, certum est imputari, vt considerat Mangil. *dicta quæstion. 33. num. 18. & 19.* post plures quos allegat, quia donatio dicitur quod nullo iure cogente conceditur Surd. *de aliment. titul. 6. quæst. 8. numer. 65.* & nos pluries.

In contrariam sententiam abiere Ioann. Faber. *in §. si. institut. de in officios; testam.* Fabian. de Giocch. *in l. si emancipati C. collat.* Ruland. cons. 11. *numer. 6. libr. 2.* post plures, quos allegat Crauecta *dicto consil. 136.* Spin. *de testam. gloss. 18. princ. num. 66.* qui multos Hispanos adducit, *& per sequentes* Claud. Glisser. *de portion. legitimę cap. 14. in fine* Graff. *in §. legitima quæstion. 28. numer. 5. fol.* 448. Stephanus Gratianus. *disceptat. forens. capitul.* 159. *numero* 33. *folio* 461. in Romanis *tomo.* 1. *ex nostrat.* Carolus de Grassis *de affectibus Cleric. in prælud. numer. 421. fol. 47.* Polidot. Ripa *decis.* 234. Ricc. *in praxi decis. 595. num. 5. fol. 705.*

Fundatur, Primo hæc opinio super illa regula, quod quoties donatio est simplex, & non ob causam, & est de illis, quæ in principio valent inter patrem, & filium, non sit imputanda, quam nos supra late fundauimus, in donatione in premium emancipationis facta, & in his terminis sequitur Merlin. *de legitima dicto libr. 2. titul. 2. quæst. 23. numer. 6.* quod sit simplex probatur, quia nulla lex patre obligat ad hanc donationem faciendam, nec obstat naturalis impulsus, quia hoc fomentum non sufficit ad faciendum, vt dicatur per necesse causam necessariam interuenisse; licet hæc causa eum monisset, vel aliter non fecisset, quia non ex hoc quod propter aliquam causam occurrentem donetur; potest dici donatio taliter ob causam, quod excludat voluntatem & liberalitatem, vt ait Gratianus *discept. 159. num. 34.* dans exemplom in donatione contemplatione matrimonij, vt latius loco suo discutiendum erit & annuit Merlinus *dicto loco num. 7.*

Secundo, quia ad hoc, vt non fiat imputatio, sufficit, vt animus arbitri familiæ erciscundę possit dubitare an potuerit moueri pater ex voluntatis motu, vel an quasi non valens aliud agere donauerit, quia quoties sic quæstio reducitur, quod potuerit vtraque ex causa moueri iudicandum est pro non imputatione; nisi aliud suaderet inæqualitatis ratio; quæ solet se interponere, vbi res est dubia debet enim semper in dubijs præualere naturalis affectio, quæ magis presumi debet, quam alia coniectura in patre, vt sæpius tactum est.

Si placeret hæc absolute; respondere poteris ad contraria, quod causa illa potest esse impulsiua, & potest esse finalis; & dum sumus in dubio debet censeri impulsiua, quia natura vincit artem, & naturalia sunt immutabilia, quæ responsio colligitur etiam ex Merlino & Gratiano locis superius adductis, ad secundam quod licet compellatur, tamen hoc, est, quia ex quadam naturali ratione tenetur quasi pro alimentis, & sicuti illa non imputantur, itâ &
20 ista † Surd. *de alimen. tit. 4. q. 18. num. 32.* & est glossa magistra in *cap. Episcopus* verbo *necessaria de præbendis* & facit etiam quia hæc donatio, aliud non est, quam
21 congrua sustentatio † sacerdotis, quo vsque viuat, nè cogatur mendicare in dedecus ordinis, ac ideo assumit naturam alimentorum.

Si vis tamen, vt meam apetiam sententiam, dicerem quod hæc secunda est verior in duobus casibus.
22 Primo quando fieret clerico † in minoribus, quia tunc donatio est merè voluntaria, nec vlla ratio concurrit, cur pater voluerit præuenire satisfaciendo debito legitimæ, vt iam fundauimus, & ideo cum sit donatio omnium simplicium simplicissima, licet valida ob fauorem clericatus, & vt liberis alliciantur ad militandum in Ecclesia Dei, & iugo se supponere à iuuentute, non debet imputari, quod etiam placuit dicto Vasquio *de succession. creat. libr. 3. §. 30. part. 3. limit. 34. num. 209. fol. 683.* Alter casus esset vbi pater sponte filium applicaret diuinis, & ille annuens votis paternis crescens de virtute in virtutem ascendisset ad sacerdotium, nàm tunc quia cessat causa cogens seu dicamus coactiua, non debet considerari illud, quod euenire poterat, sed quod euenit, idest quod pater coactè non donauerit, vt videtur sentire Merlinus *dicta quæstion. 23. numero sexto,* in illis verbis ibi (secundum etiam minus verum videtur, quatenus ad id compelli possit, termini sunt diuersi, quia vbi etiam pater potest compelli, poterit si vult etiam declarare vt filio imputetur, nam quando actum coactè faceret procederet prima opinio.)

In casu autem quo filius ex sua voluntate patre re-
23 nuente † vel non consentiente sacris initietur, si postea, vel per iudicem, vel per interpositos amicos cogi faciat patrem ad donandum aliquam summam ad titulum patrimonij, non negarem huiusmodi donata imputari debere, quia pater ex animo non donat, sed tantum dare videtur in satisfactionem debiti, quælibet enim coactio excludit libertatem voluntatis, quæ requiritur, vt donatio dici possit, & consequenter non imputetur; vt sentit Merlinus in illis verbis (quando actum coactè faceret) nam coa-
24 ctè fieri † dicitur, non solum, quòd per iudicem fit, sed etiam quòd ex precibus, & importûnis rogaminibus

nibus procedit iuxta doctrinam Raudens. *decis.* 45. Decian. *respons.* 65. *numero* 4. *lib.* 2. Regens de Tapia *decis.* 16. *num.* 9. *&* 32. *consil. Ital.*

Quod intelligo procedere, vbi pater aliquid perpetuum donet, ceterum si quid ad vitam, & quasi
15 pro alimentis, † eisque correspondens assignet, existimo non imputandum, & ratio est, quia illud, quod in legitimam imputatur, debet esse eiusdem qualitatis, & naturæ, quamobrem sicuti legitima non potest consistere in talibus præstationibus; sed debet consistere in aliqua certa summa, vel in aliquibus bonis, & radicibus, quæ perpetuò efficiantur ipsius filij, & non in fructibus, ità debet esse prestatio, quæ in legitima petitur imputari *l. scimus* 36. *§. repletionem*,
16 *C. de inoffic. testa*, quia † fructus non possunt compensari cum corporibus Ripa *in l. fideicommissarium. Cod. ad Trebellian.* Peregrin. *de fideicomm. artic.* 36. *numer.* 120. *& artic.* 49. *num.* 4. Rota apud Cardin. Seraphin. *decis.* 1365. *numero* 3. quæ sunt indubitata, & tantummodò limitantur in casu, vbi pater reliquerit filio ingentem hæreditatem, quæ longè superet valorem
17 † legitimę cuius dettactionem filio prohibeat, supèr quò loquitur Masttill. *decis.* 181. *num.* 34. post Menoch. *cons.* 1141. Maluas. *cons.* 117. Raudens. *cons.* 37. *numer.* 4. *lib.* 2. Petegrin. *cons.* 76. *num.* 5. *lib.* 4. concludentes, quòd ex boc fructus, qui excedunt ratam legitimè, in eam imputatur quos aliquando secutus fui pro Don Balthassare de Vigintimilijs, contrà Franciscum Galifi, quibus addi potest Cancer. *lib.* 3. *variar. resolution. cap.* 20. *num.* 227. *fol.* 428. supèr quo tamèn videndus est Domin. Præs. Rouit. *cons.* 61. *tom.* 2. qui post hæc ad manus venit, contrarium latè defendens.

Si tamèn omnimodè velles starè cum prima, responsiones patent ex dictis suprà, quod Pater cogatur hanc donationem facere, & quod sufficit, quòd causa sit de sui natura præcisa, vt censeatur quis voluisse satisfacere debito; etiàm quod non præcedat realis coactio; quia prudentis est occasione præcauere, & præuenire obligationem.

Quid verò firmandum sit de collatione, ex prędictis satis patere existimo, sumptu argumento ab illis, quæ diximus ad terminos donationis occasione emancipationis factæ, quæ nè repetam adeas in *particul,* 10. *num.* 31. *huius discursus.*

Secundò quæritur, an hæc donatio possit per patrem reuocari, & quid filio consentiente, vel in executionem præcedentis tractatus, adhibito etiam vt solet fieri, Alberano; seu vt vocant, Antapoca;
18 Quod hæc donatio † sit irreuocabilis, tenuit Couar. *in cap. Rainaldus* §. 2. *numer.* 7. vers. *ipse tamèn, opinor. hanc donationem, de testament.* Diaz. *in praxi criminali capit.* 18. *num.* 15. Tellius *ad leg.* 13. *tauri column.* 2. *num.* 82. Auendagn. *respons.* 17. Didac. Spin. *in specul. testament. gloss.* 18. *principal. de melioratione numer.* 71. vers. *ex quibus* Stephan. Gratian. *disceptat.* 159. *num.* 29. *tom.* 1. adducens rationem; quia ex hac donatione pater obligatur Episcopo ordinanti ad non reuocandum, nàm secùs eum non ordinasset, nisi sub ista spe, cum aliàs nè in ordinis dedecus cogeretur mendicare teneretur Episcopus alimenta subministrare, & sic ipse deciperetur, addo aliam rationem concludentem scitis quod donatio facta Ecclesiæ est irreuocabilis de sui natura; ità vt nec etiam ex causa ingra-
29 titudinis Prælati † reuocari possit, Clar. in §. *donatio quæstion.* 11. *numer.* 5. Menoch. *de recuperand. possess. remed.* 9. *num.* 102. Pater Azor. *in institut. moral. part.* 3. *lib.* 11. *cap.* 8. *quæst.* 5. cum tamèn in tali gradu sit potens hæc causa reuocandi, vt omnes alias superet, & contrario donantis, & donatatij pacto tolli, non possit, Mol. *de rit. nupt. lib.* 3. *quæst.* 20. *num.* 15. aliique alibi per nos adducti vbi de donatione a matre facta agimus *in* 3. *discursu huius tractat.* hæc verò donatio
30 pro sacerdotis † patrimonio facta, frùitur eiusdem priuilegijs. Lara *in l. si quis de liberis.* §. *solent. num.* 36. *D. de liber. agnosc.* Viu. *in comun. opin. lib.* 1. *tit.* 2. *numer.* 52. *fol.* 157. Caldas Pereir. *in l. si curatorem verbo læsis, num.* 131. *& sequen.* Menoch. *dicto tract. de recuperand. remed.* 15. *num.* 21. Prax. Episcopalis *verbo, clericus, part. prima fol.* 71. Gonzalez *de regul. Cancellar. gloss.* 5. §. 10. *num.* 14. Stefan. Gratian. *ibidem num.* 27. quos sequitur D. Augustin. Barbos. *in capit. Episcopus.* 4. *num.* 9. *de prebed.* vbi quod hoc est indubitatum vsquequo non extinguatur per adeptionem congrui beneficij Ecclesiastici, ex Spino, Azeuedo *in l.* 1. *num.* 9. *tit.* 4. *lib.* 1. *nouæ recopilationis*, Ceual. *quæst.* 526. *nu.* 4. *comun. contra communes* Cenedo *practicar. & Canonic. quæst. lib.* 1. *quæst.* 11. *num.* 1. Ideòque consequens est, vt eodem modo reuocari nequeat, etiam si ingratitudinis causa proponatur, facit etiam, quia actus de sui
31 natura reuocabilis vt est manumissio † (ob ingratitudinem serui in dominum commissam) quoties manumissus efficiatur clericus, efficitur irreuocabilis D. Marta *de iurisdit. part.* 4. *casu* 90. *num.* 13. *cum plurib. seq.*

His stantibus, non placet illa restrinctio Gratiani
32 dicto loco † *numer.* 30. dum insequendo Spin. *in dicta gloss.* 18. *n.* 75. *vers. sed licet prædicta*: affirmat, reuocari posse interin, quod non fuerit secuta traditio vera, *vel* ficta, interueniente scriptura: nàm Spinus pro sua opinione, allegat legem peculiarem regni illius, quæ est correctoria iuris communis in eo, quod vult donationem absquè scriptura coram tabellione confecta, non dici irreuocabilem, etiam factam filio emancipato, quæ non est allegabilis vbique; quia do-
33 natio ad sui irreuocabilitatem scripturam † de iure communi non requirit. *l. si quis argentum* 15. *C. de donat.* cum mille per me adductis suprà, *disc.* 1. *part. vnic.* Item traditio vera, vel ficta tunc est necessaria, quoties donatio initio non valet, sed patris morte confirmatur; Ideo quoties firmum sit, hanc à principio valere, vt firmatum est suprà, satis est patrem actum donationis celebrasse, ad hoc vt cogi possit donationem perficere; etiàm quod inciperet à promissione, & non à traditione vt suprà in dicto discursu de omni donatione ob causam firmatum est, quæ non repetimus; ideò satis inhumanum esset, Episcopum interim cogi ad alendum, dum agit contra Patrem actione de dolo; vt promissa adimpleat.

Ideò cum ratione ordinis causa sit Ecclesiastica,
34 melius esset dicere, quod posset Episcopus † patrem cogere vt donationem perficiat, si non tradidit, vel manuteneat, si iam tradidit, quidquid sit in casu vbi E-
35 piscopus permisisset ab initio apponi † pactum

reuo-

reuocationis, nàm si ex lege contractus posteà reuo-
caretur, non dubitarem, quod ipse teneretur alere cle-
ricum, in sacris constitutum; quia idem est ordinasse
absque patrimonio, & cum illo subiecto reuocationi.
36 Quæ amplio ad casum vbi ipsius filij consensus ac-
cedat, † nàm cum ipse non possit alienare, vt statim
subijcietur, nec post alienationi consentire, ex no-
tissima ratione, quod paria sunt alienare, & aliena-
37 tioni † consentire *l. cum pater. 79. §. libertis. D. de le-
gatis 2.* vbi Castrens. Bertrand. *cons. 27. numer. 7.* De-
cianus *cons. vlt. libr. 1.* Petra *de fideicom. quæst. 51. num.*
599. cum mille allegari solitis; Quid dicendum, vbi
reuocatio seu retrodonatio subsequatur ex pacto præ-
cedenti punctus est clarior circà nullitatem, con-
trouersus verò supèr pœnis, quas incurrunt celebran-
38 tes huiusmodi actus, nàm quòd sit nulla, † est cla-
ra dispositio Concilij Tridentini *session. 21. de reformat.
cap. 2.* per quod prohibentur ad fauorem ordinati,
huiusmodi remissiones, & extinctiones per verbum
39 † nullatenus; quòd nullitatem ipso iure importat,
absquè alia hominis declaratione. Nauar. *cosil. 24. de
temp. ordinat. in antiqu. quod est 17. in nouis* Tolet: *in
iu summ. libr. prim. capit. 89.* Quarant. *in summ. bullar.
verbo*, Ordo, *fol. 381. vers. quotid.* Ceual. *quæst. 527.*
Garz. *de benef. part. 2. cap. 5. num.* 166. Stephan. Grat.
discept. 750. numer. 18. in fine tom. 4. quæ nullitas non
sanatur per consensum ordinati. Nauar. *cons. 1. quæst.
16. de constit. cons. 14. & vlt. de tempor. ordinat.* Surd. *de
aliment. tit. 1. quæst. 50. à numer. 12. & tit. 7. q. 37. à nu.*
40. Nicol. Garz. *de benef. part. 2. cap. 5. num.* 32. quia
est inducta fauore totius ordinis clericalis, & ob di-
gnitatem sacerdotis manutenendam, ne mendicare
cogantur, qui Deo adscripti sunt, ideoque potest e-
40 tiam compelli filius † agere contra Patrem, si forsan
reuerentia ductus, donata non curet petere, & men-
dicitèr viuat, hoc enim permittitur Episcopo tam
quàm patri vniuersali, cui magis curæ esse debet, cle-
rum decenter viuere, quam ipsosmet clericos; Qua-
ranta *in summ. bullarum, verbo, ordo, vers. quod intel-
ligitur. fol. 382. in principio.*

Cæterùm si ante ordinem Subdiaconatus accep-
tum, conueniat inter patrem, & filium, vel inter a-
lium quemcumque dotantem, ad effectum ordines
consequendi, & ordinatum; vt secuta ordinatione
non petatur, id quod prò titulo donatum appareat,
vel quod illud teneretur restituere donantis adhibita
etiàm ad hoc vt fieri solet, antapoca, vel Alberano,
41 vt vocant, magna est altercatio † an in pœnam hu-
ius excogitatæ fraudis ordinatus censeatur suspensus
ab ordinis exercitio; & consequenter celebrando in-
currat irregularitatem iuxtà *capit. per tuas el. 3. &
cap. penult. de Simon.* Etenim Nauarr. *in manual. capit.
27. num. 157.* Lopez, ad Diaz. *in pract. d. cap. 18. n. 12.*
affirmant, suspensionis pænam incurrere, quam opi-
nionem probabilem sibi videri affirmat Sairus *libro 4.
Thesaur. cas. conscient. capit. 15. numer. 23.* Maiol. *de ir-
regul. capit. 15. in princ.* P. Emmanuel. *in summa tom. 2.
cap. 15. num. 1. prax. Episcopal. p. 1. verbo, dimissorie, &
par. 2. eod. verb. §. 6. & verbo irregularitas §. 2.* Sancez *de
matrim. lib. 6. disputa. 32.* Paul. Comitol. *respons. moral.
lib. 6. quæst. 38.* Flamin. Paris. *de resignat. libr. 2. quæst. 6.
num. 18.* Filiuc. *tom. 1. tract. 17. cap. 5. numer. 89.* Ioan.
de la Cruz *in direct. consc. p. 2. tit. de sacram. ord. dub. 6.
concl. 2.* Scort. *in pontif. consil. epit. 14. teor. 136.* Valer.
Reginald. *in prax. tom. 2. libr. 32. tract. 2. cap. 25. sect. 3.
nu. 72.* Ratio assignatur per doctissimum. Suar. *de cen-
42 sur. disput. 31. sect. p. susp. 7. nu 35.* & est, quod † donans
ad titulum Patrimonij prò suscipiendis ordinibus, ha-
bet vim præsentatoris ad illos facit etiam quia expo-
43 nendo hoc titulum prò vero, committitur falsum, †
saltem in intentionem ipsius ordinati; ex quo enim
fit in apparentia, & non in existentia tamquam si-
mulatum habetur pro falso, ac si per mendacia, vel
per fraudes decepisset Episcopum; nàm idem est fa-
44 cere actum simulatum in fraudem † Episcopi, quod
scripturam falsam supponere, *l. 2. §. 1. D. quem. testa.
aperiant.* Alex. *cons. 104. num. 3. lib. 1.* Roland. *cons. 63.
num. 28. lib. 1.* Tiraq. *de retract. lignag. gloss. 20. num. 11.*
Gonzales *ad regulas Cancellar. regul. 8. gloss. 5. §. 10. nu.
29. fol. 161.*
45 At in secundo casu suspensio est indicta, † ergò
in primo idem dici debet, probatur per text. *in cap.
neminem, & capit. sanctorum distinct. 70.* Nauarr. *cons.
14. & cons. 74. de tempor. ordin. in antiq. & cons. 46.
in nouiss.* Paris. *de resignat. lib. 2. quæst. 6.* & faciunt ver-
ba expressa Concilij loco citato ibi, *qui varijs artibus,
ac fallacijs confingunt se beneficium Ecclesiasticum, seù ido-
neas facultates obtinere.* Quarant. *in dict. loco vers. ter-
tius est casus fol. 380.* Vgolin. *de offic. & potest. Episcopi,
cap. 26. §. 8. num. 5. & §. 15. vers. tertio non tenentur.*

Contrariam tamèn opinionem tenet Quarant. *in
dicta summa verbo, ordo, vers. quod intellige. fol. 381.*
post Nauarr. sibi contrarium, Henriquez *in summa
lib. 10. de ordin. sacram. cap. 17. §. 3. in gloss. lit. O.* dicen-
tes, quod superius dicta procedant in paciscente cum
præsentante ad beneficium ad titulum ordinis, vel
cum ordinante, vel cum alijs, qui ex suo donare
fingant, cuius sententiæ fuit etiam Toletd. *lib. 1. in
§. 48. vers. quinto habetur*, cum alijs nouiter relatis per
P. Dian. *tract. 2. Miscellan. resol. 4.* licet non negent gra-
uiter peccare, ac puniri debere, qui fraudem in pri-
mo casu ex positam admittunt.

Affert rationem Quaranta, quam dicit fuisse præ-
ceptoris sui Marij Andria, qui tenuit euitare dictas
pænas eum, qui ordinatur, ex quo stante nullitate
huiusmodi renunciationis, non dicitur patrimonio †
46 carere, cui opinioni ait, se subscripsisse Hieronymus
Campanil. *in diuersor. iur. canon. tit. de non ordinand.
absque titulo cap. penult.* alias rationes adducit Gonz.
ad *regul. Cancell. 8. dicta gloss. 5. §. 10. num. 25. vers an
autem cum plurib. sequen.* & inter alias illam præcipuam
quod dicta *Capitula sanctorum, & neminem*, loquun-
tur de ordinato sine titulo, & sunt correcta per *capit.
cum secundum, &* quod *capit. per tuas, el 3. de Simon.*
loquitur de assequente beneficium Ecclesiasticum per
Simoniam, vel per confidentiam de dimittendo: ca-
sus verò; de quo agitur, vertitur supèr rebus pro-
fanis; Et hanc opinionem vltrà adductos per Qua-
rantam tenuerunt Auiles *de censur. part. 3. disput. 5.
dub. 4. & 51.* Cened. *collectan. 33. numero 2. & 6.*
Guttierrez *practicar. libr. 2. quæst. 65. numero 11. vers.
nec opinio Metinæ* Fornar. *de ordin. cap. 8. num. 8.* Garz. *de
benef. p. 2. c. 5. n. 27.* Armendar. *ad leges Nauarræ libr. 2.
tit. 8. lib. 5. de patrim. Clericor.* D. Augustin. Barbosa

de offic. & potest. Episcop. par. 2. allegat. 20. nu. 27. idem *in capit. cum secundum 16. numer. 7. de præbend.* vbi ex Gonzal. dicit, ita fuisse per Sacram Congregationem decisum per hæc verba, *Concilium renouat tantum pœnas in cap. cum secundum extrà de præb. Itē ordinatus contra formam huius decreti sine beneficio, aut patrimonio non est per hoc suspensus nec aliquam pœnam incurrit, sed cogendus est ordinarius ei prouidere, iux. capitul. cum secundum extrà de præbend. & hic solus Canon, & non alij à Concilio innouatus est.*

Hæc faciunt, vt passus sit multum difficilis; extant enim ex vtraque parte sententiæ magnorum virorum, hic pugnat delicti grauitas, ibi, odium pœnæ infligendæ, qua propter nollem meam aperire sententiam in quæstione tàm periculosa, trahor ta-
47 men licet inuitus in priorem sententiam propter † text. *in cap. per tuas el 3. de simonia* vbi ordinatus non intendebat in illo peccare, quod promiserat portionem non petere, & tamen in suspensionis pœnam incurrisse declaratur; nec facit quod ibi agebatur de conuentione super beneficio ecclesiastico, quorum commercium est prohibitum, quia decisio non fundatur tantum super dicta ratione, sed super peccato mendacij, & falsitatis, cum quoquis ad Sacramentum accessit; quasi ex hoc peccato † fuerit effectus
48 indignus, & vti talis suspendi debuisset ab exercitio ordinis, quia malis medijs accessit, iuxta *capit. quando Episcopus distinct. 24.* ibi *quod si fecerint, & ille, qui indignè accessit ab altari remouebitur.* Item, vt dixi, iàm summa donata ad hunc effectum; vt ordines suscipiantur, est effecta Ecclesiastica, vt ibi probaui; immò secundum opinionem Suarez assimilatur beneficio, & donans gerit vices præsentatoris.

Hac opinione retenta, non obstant adducta in contrarium, quia licèt conuentio sit nulla, eaque non obstante, ordinatus possit petere summam promissam; attamen dictum *capit. per tuas* non fundatur super defectu patrimonij, sed per peccato commisso in susceptione ordinis, & delusione Episcopi, item dari potest casus quod data validitate agatur de re aliena vel alteri prius obligata.

Non obstat pariter secundum adductum per Gonzalez, quia suprà iam responsum est, quomodo sit accipiendum dictum *capit. per tuas*. Et in quantum ad *capitul. neminem, &c. Sanctorum*, videtur negari non posse, illa non loqui de ordinatis cum patrimonio ficto; saltem secundum propriam acceptionem verborum, quæ sequenda est in pœnalibus: licet impropriè loquendo ex identitate rationis comprehendi possent; quia fictum; & nullum habere patrimonium idem est, vt idem Gonzal. fatetur *loco citato numero 29.* sequitur ideò quod licèt per dictum *capit. cum secundum* moderentur *canones prædictis Sanctorum & neminem*, & imponatur ordinatoribus onus alendi ordinatos, hoc est respectu ordinariorum. Quò vero ad ordinatos, qui cum ficto patrimonio accesserunt, nulla legitur moderatio in tantum ut per dictum *Capitulum cum secundum*, non simpliciter mandatur Episcopo successori, vt alat, sed ita demum, si eum idoneum reperiat, quæ idoneitas non in eo consistit an bene ordinatus existat, quia ordo non est iterabilis, & successor debet stare examini, &

approbationi prædecessoris, nec minus est alicuius considerationis illud, quod dicit gloss. *in fine*, quod quæri potest de noua causa postea emergente, quia hoc non officit ordini collato; Item etiam si esset indignus deberet ali, ex quo iam matrimonio, vel alteri exercitio est inhabilis; sed tantum loquitur ibi Pontifex de hac exceptione, quam posset Episcopus præponere aduersus mandatum illud de alendo videlicet quod talis ordinatus eum consulto fefellit, & ideò quod ex hoc vice pœnæ præmium assequeretur, neque concilij declarationes me mouent in contrarium; quia illa clarè loquuntur ad terminos capituli neminem videlicet de ordinatis simpliciter absque patrimonio, nil falsi adducto, in tantum; vt de alimentis ab Episcopo præstandis ibi tractetur, Concilium verò Tridentinum dum innouat veteres canones, censetur innouare respectiuè in vno quoque casu; nàm Decretum illud omnes casus complectitur, ideò Flaminius, Parisius etiam post dictas declarationes habitas nostram tenuit sententiam.

Si tamen magis tibi placeret secunda opinio, omnimodè eam intelligas vbi donatio fuerit facta in specie ad suscipiendos ordines, nam si aliquis ordinandus, vel habens bona patrimonialia, vel sibi donata, quod idem est, sed non ad hoc opus ordinum suscipiendorum, antequàm vellet ordinari, donaret bona sua, vel alio quouis titulo transferret, posteà vero quasi illa possideret, vel nil horum fecisset, ad titulum illorum se
49 ordinauerit, certum est hanc † suspensionem incurrere, quasi hoc magis accedat falsitati: *vt ostendit Quaranta dicto loco* verficulo *quam tamen incurreret fol. 382. circa medium.*

Omnibus verò casibus, quibus suspensionem incurreret ob fictum adhibitum patrimonium di-
50 spensationem obtinere volens, duplex † narrare debet impedimentum; videlicet quod ordinatus fuerit sine vero titulo, & cum literis dimissoria libus subreptitijs, vt ex Suar. *loco, citato num. 37. annotauit* Quaranta *loco præcitato*.

Si tamen ordinatus sincero animo liberè fateatur, se nullum habere patrimonium, vel habere non tamen sufficientem; Episcopus verò sciens, & prudens eum Sacræ militiæ adscribat, eo ipso tenetur ei indigenti alimenta ministrare; nec eorum aliquis vl-
51 lam incurreret pœnam, post editam ab Innocentio III. Constitutionem illam contentam *in prædicto capitul. cum secundum 16. de præbend.* quæ obligatio alendi transit etiam ad successorem, vt ait Textus ibi, in verbo, *Successores*, & comprobat Augustinus Barbos. *de officio, & potestat. Episcop. part. secunda, allegat. 20. numer. 23.* & si dicere solemus, hoc onus fuisse impositum in pœnam Episcopi taliter promouentis, vt affirmat Sancez. *de matrim. libr. 6. disputat. 32. numero 8.* Henriquez. in *Summa libr. 10. capitul. 17. §. 4. in Comento litter. F.* Bonacin. *de Sacrament. disput. 8. quæstion. vnica, puncto 5. numero 17.* Campanil. *in diuers. rubr. 8. capit. 5. numero secundo*, vbi quod transit hoc onus alendi etiam ad capitulum, † nisi
52 fortè probaretur ipsum tempore ordinationis restituisse.

Si

Si tamèn Episcopus esset ex vna ad aliam ecclesiam
translatus, vel episcopatui renunciasset, adhuc ipse,
& non successor tenetur. Vgolin. *de potest. Episcop.
capit.* 26. §. 15. versiculo *Sexto excipitur* Barbos. *ibidem
num.* 230.
53 Quid verò dicendum sit de Episcopo † ordinante a-
liquem absque patrimonio ad literas alterius aperit
Vgolin. dicto loco.
Aduertendum tamen est, quod ita demum ordi-
nans tenetur, si ordinatus non habet vnde viuat,
54 nàm si habeat † in actu, quidquid sit in potentia,
vt puta quia habeat patrem diuitem, tunc non te-
neretur Episcopus ordinans ad alimentorum præsta-
tionem Surdus *de alimentis titul. 7. quæstion. 1. num.* 43.
Vgolin. *dicto capitul. 26. §. 9. numero* 3. Campanil.
dict. a rubrica 8. capitul. 5. num. 3. Barbos *dicta allegat.*
20. *num.* 60.
55 Qualia verò debeant esse dicta alimenta, † & ad
quam summam, recurrite ad Surd. *in dicto tractat.
titulo quarto quæst.* 18. *numero* 32. Menoch. de arbi-
trar. *cas.* 169. *numer.* 14. Flam. Paris. *de resignat. bene-
ficior libr. 5. quæst. 6. num.* 135. Stefanus Gratianus *di-
scept.* 112. *numer.* 12. Barbos *dicta part. 2. allegat.* 19.
num. 12. vbi alios adducit.
Sed quid, si vnus Episcopus promoueat aliquem
ad subdiaconatum absque patrimonio, & alter ad
56 præsbiteratum † quisnam horum teneatur ordina-
tum alere, & inuenio quod Fornar. de *Sacrament. ord.
capit.* 8. *num.* 10. Bonac in *dicta disput. 8. quæstion. vni-
ca punct. 5. num. 30. & 40. ibidem. vers. An verò*, te-
nent contrà Episcopum ordinantem ad præsbytera-
tum, quod mihi satis durum videtur. Etenim primus
Episcopus tenebatur exquirere de patrimonio ordi-
nandi, vltimus verò poterat stare in fide prædecesso-
ris, vel alterius collatoris.
At in casu, vbi nulla Episcopi culpa subesset, quod
tunc euenit, quando ipse adhibuit omnem diligen-
tiam, inquirendo de patrimonio ordinati; ipse ta-
mèn fuisset deceptus, non dubito quin nullo iure ad-
57 stringatur ad † alendum, quidquid per verbum for-
san, dubitare videatur Gonzal. *dict. a gloss.* 5. §. 10. *nu-
mer.* 32. & ita resolutè tenent Quarant. *in dicto verb.
ordo, vers. Tertius casus fol.* 389. Vgolin. *dicto tract.
cap. 26. §. 8. num. 5. & §. 15. vers. Tertio non tenetur.*
Et ratio est, quia eueniret, quod innocens punire-
tur, reus verò premijs afficeretur.
Quæritur tertio an censeatur Episcopus satisfecisse
Concilij præcepto, si ad rem mobilem aliquem ordi-
58 nauerit, † & respondeo satis non fecisse, nàm de-
bet titulus patrimonij consistere in re stabili, quæ
fructus producat pro sustentatione sufficientes, iux-
tà morem regionis, ità tenuit Nauarr. *cons. 34. tit.
de tempor. ordinat.* Graff. *eod. titul. cons.* 4. *tomo primo*
Pater Azor. *institut. moral. part. 2. libr. 9. cap. 4. quæst.*
9. Aloisi. Ricc. *in praxi decis.* 315. *in prima edit. & re-
59 solut.* 273. *in 2. edit.* nisi forte ad annum reditum, †
quem nos iuxtà Bullam dicimus, esset promotus,
nam in hoc casu appellatione patrimonij fructiferi ve-
nire cogimur affirmare; ex quo videmus quod Con-
gregatio Concilij annuæ cuiuslibet præstationis pro-
missione sit contenta, etiam ex mera sponsione, † si
tamèn in loco sacerdotum penuria adsit, vti referunt
Flam. Paris. *de resignat. lib. 2. quæst. 6. num.* 11. Campa-
nil. *in diuersor. rubr. 8. cap. 4. num.* 6.
Si verò ad quid Immobile pro moueatur, quòd
60 tamen casu ate † vel alluuione pereat Episcopum te-
neri isti ordinato de alimentis prouidere, vel bene-
ficio, quod idem est, aliqui affirmant, vti Imol. *ca-
pit. tuis* 23. *numer.* 7. negat tamen absolute Barbos. *in
dicta allegat.* 20. *numer.* 13. Sed ita demum concedit,
quando parens soluendo non sit, quod ex prædictis
in numer. 54. pendere puto.
Sequitur Quarto quærere, si possint bona fidei-
61 commisso subiecta † alienari pro Sacerdotis patrimo-
nio constituendo, & pro negatiua possunt afferri om-
nia illa argumenta; quæ prædiximus in terminis stu-
dij, quia Doctores vtuntur eisdem medijs licèt præ-
sens causa sit grauior, maiorisque efficaciæ, quæ
rogo hic habeas pro repetitis, nam contrariam sen-
tentiam amplector, quod imò possit alienari, ex
Auendagn. *dicto respons.* 17. Sancez. *de matrim. libr.
4. disput. 26. num. 1. fol.* 421. sequitur Marius Giurb.
ad Consuetud. Messanæ capit. 3. glossa 4. numer. 16. fol.
288. intelligendo tamen in patre, qui tenetur filiam
dotare, & filio propter nuptias donare, nàm sicuti
pro illa donatione constituenda licitè fideicommis-
63 sum alienatur † iuxtà veriorem doctrinam, quam
docent lupus *in repetit. cap. per vestras* §. 13. *extra de
donatio inter vir. & vxor.* Capr. *cons.* 92. *numer.* 12.
Bellon. *cons.* 83. *numer.* 3. & 8. Becc. *cons.* 54. Menoch.
cons. 378. *numer.* 3. Intrigliol. *centur.* 3. *quæst.* 73. *num.*
434. Peregr. *artic.* 40. *num.* 37. vers. 7. Fusar. *quæstion.*
533. & nos alibi mouentur per Text. *in Auth. de rest.
& ea quæ parit in nouis. mens.* §. *moriente* & §. *rursus*, &
§. *sancimus*, & ibi gloss. vti nouissimè confirmat Do-
ctor Marta *in tom. 2. de success. part. 4. quæst.* 21. *artic.*
10. *numer.* 47. ità prò hoc patrimonio assignando,
cum præseferat eadem causam necessitatis intelligen-
do semper, quando non absunt bona libera, ideò
videmus quod per baronem potest peti subsidium à
64 vassallis, pro filio † sacerdotio ad scribendo, sicuti
pro filia monacanda, vt post Carol. de Tapia *in Au-
th. ingressi verbo* Ingressi *cap. primo*, & alios deducit
Giurba dicto loco, quidquid esset, quando patre in-
uito monasterium ingrederetur, quia tunc ad nil pa-
ter teneretur. Beaz. *de dote cap.* 14. *numer.* 21. Giurb.
ibidem ante num. 17.
Quæ sanè intelligas, nè putes huiusmodi sacerdo-
tibus hoc patrimonium sibi assignandum, de bonis
fideicommisso sub ïectis detrahendum, perpetuò, &
ad quoscunque transmissibile dari debere, vt infra,
65 dicam, sed vt tandiù apud eos maneat † quandiu vi-
uant, nam & regulariter res effecta vna vice † aliena-
66 bilis, ità debeat perpetuò manere ad *text. in l. pater
filium* 39. *quindecim D. de legat.* 3. Decian. *respons.* 33.
num. 42. *lib.* 1. Bursat. *cons.* 4. *num.* 22. *cons.* 46. *num.*
62. *cons.* 76. *num.* 1. Gabr. *cons.* 140. *num.* 15. *libr.* 1.
Menoch. *cons.* 87. *numer.* 63. Pasch. *de alien. reb. fidei-
commis. subiect. part. secunda, numer.* 134. Henricus
Rosentall. *de feud. cap. 4. concl. 21. lit. A.* vbi mille alle-
gat Surd. *dec.* 9. *n.* 10. Peregr. *art.* 42. *num.* 20. *de fideic*
Fontanell. referens decisum *claus. 5. gl. 1. p. 2. n.* 49. Fus.
de fideic. quæst. 721. attamen quoties causa alienàdi de-
ficiat, cum vita grauati deficere debet alienatio, & ad

fideicommissum bona reuertere, quandò sumus in fi-
deicommisso antiquo, vbi legitima detrahenda non
venit; vt latè post mille Ioseph Ramon *consil. 1. ad fin.*
& nos diximus prò Don Vincentio Lioira contra
Franciscum Manueli. Imò nec si essemus in filio
petente a patre sibi patrimonium, quasi do-
tem assignari; quia & si patet possit cogi, non tamen
cogeretur assignare liberam, sed posset eum grauare,
prout indistinctè video teneri in dote, quia & si pater
67 officio Iudicis cogitur dotare filiam nubilis ętatis † ne
quid deterius sibi, & filiæ contingat, ac etiam publico
fauore per ea, quæ latissimè discurrit Gail. *obseru. 95.*
lib. 2. P. Molin. *de Iust. & Iur. tract. 2. disp.* 424. Rebell.
de obligat. Iust. par. 2. lib. 5. de contr. dotal. quæst. 4. Batz.
decision. 29. Barbos. *in l. 1. part. 4. à num.* 4. Giurb. *ad*
Consuet. Mess. capit. 3. gloss. 2. par. 1. à num. 2. Fontanell.
de pact. nupt. claus. 5. glofs. prim. par. prim. nu. 28. non
68 tamen cogitur dotem dare liberam † absque onere
reuersionis, in casu dissolutionis matrimonii per mor-
tem filiæ absque liberis, sed potest eam ad libitum gra-
uare, non solum suprà portionem Iure naturæ debi-
tam, quam etiam legitimam vocamus; sed etiam in-
fra; nulla enim legitima filiæ debetur patre viuente,
licet dotem petere posset, vnico tantum casu excepto,
quando videlicet pater postquam dotauerit filiam, fa-
69 ciat sibi renunciari † successiones; & Iura legitimæ;
quo in casu, ex quo filia incipit esse exclusa a patris
successione, habetur ac si pater humanis concessisset;
ideoque non valet onus super dote impositum infrà
legitimæ ratam; iuxtà notabilem decis. Rot. Rom.
apud Seraph. 815. cum aliis per Giurb. *ad consuetudin.*
Mess. capit. 3. glos. 7. num. 67. fol. 343. & alij, quos cu-
mulaui pro Antonino Cicala, contra Ferrantem Spinò,
& prò D. Francisco Colle V. I. D. contra D. Agatham
Colle, iuxta quæ obtinui.

Et licet aliqui dicant, quod pater teneatur dare fi-
70 liæ dotem transmissibilem, † sicuti fuit Socin. *consf. 9.*
numer. 22. vol. 1. hoc tamen regulariter non est verum,
sed procedit tantummodo, vbi filia stante dote recepta
excluditur vel per statutum, vel per pactum, vt supe-
rius firmatum est; alias pater grauaretur dotare absq.
vlla spe reuersionis, contrà expressum text. in *leg. dos à*
patre 4. D. solut. matr. & contra omnia Iura permitten-
tia patri dotem sibi stipulari, quam ipse numquàm re-
mittere tenetur, quidquid sit de eius hæredibus, qui
71 forte tenerentur, ex quo patre mortuo, dos incipit †
tenere locum legitimæ pro rata ipsius, vt ex dict. *decis.*
815, Cardin. Seraphin. & Giurb. loco citato collegimus
in dictis duobus responsis, quæ suprà citauimus.

Ex quibus liquet, verius esse, hanc patrimonij assi-
gnationem super bonis fideicommisso subiectis facien-
dam, iuxta modum alimentorum regulandam esse &
morte ordinati extingui debere.

Nec respondeas, quòd his stantibus parum fauoris
ei tribuatur; ex quo hoc habet commune cum omni
alia causa; quia negari non potest, quin saltem ex per-
missione prædicta euitetur pęna in casum alienationis
fortè factæ, vt discurrit Marta *dict. art. 10. num. 91. &*
92. fol. 386. par. 4.

Nec mireris, cur hanc restrictionem sequamur, quia
in materia huiusmodi dotationum receptum est; quod
quoties cessat causa alienādi, cesset etiam effectus iam
consumatus, vt in simili quæstione de dote puellæ in-
72 gressæ monasterium, † & posteà mortuæ; nulla facta
professione, quod dos ad fideicommissum, vel ad pro-
ximiores redeat, consuluit Honded. *cons. 94. numer. 8.*
volum. 1. Menoch. *cons.* 396. Costa *de retrotract. cas. 3.*
capit. 9. numer. 14. Triuisan. *decis.* 57. dicens, quod tan-
tummodò debent deduci alimenta. Fontanell. *de pact.*
nuptial. claus. 5. glofs. 1. p. 1. num. 66. vbi refert, ità re-
solutum fuisse in Sacra Congregatione Cardinalium
ad declarationem Concilij Deputatorum.

Quod & in omnibus nouitijs decedētibus infrà tem-
pus probationis receptum est, vt eis succedant proxi-
73 miores † non obstante renunciatione facta ad Mona-
sterij fauorem, quasi cessante causa, quando ex causa
ingressus facta est, ita decidit Bero *in cap. in præsentia*
numer. 553. de probat. Rodoan. *de spol. Ecclesiast. quæstio.*
8. in princip. numer. 71. Honded. *cons. 73. numer. 18. vol.*
... F. Emanuel Rodriq. *tom. 2. quæstion. regul. quæstion.*
80. art. 2. Sances *in præcept. decalog. tom. 2. lib. 7. cap. 3.*
numer. 97. Et si vbi adsit renunciatio ad fauorem mo-
nasterij, contrà teneant Menoch. *d. cons. 396. numer. 3.*
& præsumpt. 84. numer. 3. lib. 3. Tiraquell. *de retract. li-*
gnag. §. 1. glofs. 8. numer. 21. Fusch. *de visitat. lib. 2. cap.*
15. numer. 67. Guttier. *canon. lib. 2. cap. 1. numer.* 101.
Azor. *institut. moral. part. 1. lib. 2. cap. 3. quæst.* 3. mihi
enim prima opinio magis arridet, quæ probabilior vi-
sa est, D. Augustin. Barbos. *in cap. cum dilectus final. de*
success. ab intestato qui mouetur ex tacita illa conditio-
ne, quæ in est talibus donationibus vz. si & quatenus
professio secuta fuerit.

Vltima quæstio est facilis resolutionis attentis ho-
diernis temporibus post decretum illud Sacrosancti
Concilij Tridentioi *in sess. 21. cap. 2.* ibi *atque deinceps*
sinè licentia Episcopi alienari, aut extingui, vel remitti nul-
latenus possit: per quæ verba communiter tenetur alie-
74 nationem ipso iure irritam † esse Nauarr. *consil. 13.*
num. 2. de tempor. ordinat. & cons. 22. eod. tit. Garz. *de*
benefic. part. 2. quæst. 5. num. 166. Ceuall. *comm. contra*
comm. quæst. 527. Bellet. *disquisit. clerical. par. 1. titul. de*
benef. cleric. §. 1. numer. 46. Flamin. *de resignat. libr.*
2. quęstio. 6. numer. 16. Campanil. *in diuersorio rubric.*
8. cap. 6. num. 8. August. Barb. *de potest. Episcop. part. 2.*
allegat. 19. num. 76. Stephan. Gratian. *discept. 750. num.*
18. in fin. tom. 4. Filliuc. *tract. 41. tit. de benefic. Eccles.*
cap. 1. numer. 5. vers. ex hac definitione Cened. *in collect.*
33. ad ius Canon. quem cum alijs citat Fontanell. *dict.*
clausul. 5. glofs. 1. par. 1. num. 65. idem Barbos. *in capit.*
tuis quæstionib. num. 8. deprębend. vbi disputat quæstio-
nem ad terminos iuris antiqui, & tenet neque alienari
75 potuisse, etiam si ad clericum peruenisset † pretium;
nàm non dicitur rem habere, qui habet pretium; quia
pecunia vsu consumitur, & non est apta parturire fru-
ctus, ex quibus sacerdos sustentetur.

Quam quæstionem ità firmatam amplio primò
76 etiam si iusta causa subesset, † per quam alias bona
minorum, & Ecclesiæ possunt alienari; quia stante
consensu requisito Episcopi nullus casus excipitur.
Ceuall. *dict. quæst. 527. & quæst. 682. num.* 6. Stephan.
Gratian. *discept. 159. num. 2. & discept. 750. num.* 18.
ad id citans Guttier. *pract. quæst. lib. 2. quæst. 65. num.* 19.
Spin. *de testam. glof. 18. numer.* 72. Gonzal. *ad regul. 8.*
Cancellar. glof. 2. §. 10. num. 13. Garz. *dict. cap. 5. n.* 181.
Rodoan. *de reb. Eccles. non alien. quæst. 51. cap.* 13. Hen-
ric. *in sum. par. 2. lib. 15. cap. 37. §.* 2. Cened. *collect.* 83.

Paris.

Paris. *de resignat. dict. quaest. 6. num. 18.* ficuti dicimus de statuto prohibente alienatione bonorum minoris, sine certa solemnitate, quod operetur etiam in casu licito de iure communi, ad hoc ne fit frustratorium, vt meminimus supra per nos firmatum fuisse, *par. 11. nu. 66. & 67. fol.* 346.

77 Amplio secundò etiam quod beneficium † fuisset assecutus, vnde alias commodè viuere posset, iuxta doctrina Vgolin. *de potest. Episcop. cap. 26. §. 13. numer. 4.* Cened. *in lib. 1. pract. quaest. 11. num. 9.* Campanil. *dict. rubr. 8. cap. vltim. num. 9. vers. & ob id.* August. Barbos. *de potest. Episcop. dict. alleg. 19. num. 90.* & ad dict. *cap. tuis. num. 8. in fine*, quae verior est, stante dicto consen-
78 su requisito de forma, † quae seruanda est, etiam quod causa dificere videatur, per quam illa solemnitas fuit inducta; vt alias ego dicebam ad terminos priuilegij
79 Vrbis meae de praesentandis † rescriptis in Curia, seù banca Senatus, nam licet causa fuerit nè aliquod vrbi, & ciuibus praeiudicium inferretur, eorumque priuilegijs; non tamen cessabat, vbi nullum adsit interesse, vel praeiudicium; quia dum fuit inductum prò forma, illa omninò seruanda est, & non seruata actus corruit, prout saepius vidi omnia declarari, nulla ad terminos praedictos, vt obtinui in Consistorio S.R.C. in causa D. Antonij Stilla contrà Raphaelem Monsecato, vbi agebatur de executione rescriptorum emanatorum in
80 executione † aliorum iam praesentatorum; quia dicebam, quod, & primae, & secundae litterae, & sic deinceps debebant eodem modo praesentari, & forma obseruari.

Licèt in casu, de quo agimus, non desint qui contrà
81 teneant, quod imò licita sit alienatio † Episcopo inconsulto, prout est Paris. *dict. lib. 2. quaest. 6. nu. 16.* Ceuall. *d. quaest. 527. num. 8. & quaest. 561. num. 22.* Gratia. *d. cap. 159. num. 14.* Azor. *inst. moral. part. 2. lib. 3. cap. 4. quaest. 3.* Garz. *d. cap. 5. num. 186.* Filliuc. *dict. tract. 41. cap. 1. num. 5. in fin. vers. donec.* quos non benè locutos existimo ex praedictis, contrà quos facit sequens ampliatio.

Amplio tertio etiam si titulo permutationis alienatio fiat, vt voluit Gratian. *ibi.* Gonzal. *ad regul. 8. cancel. glos. 5. §. 10. num. 35.* Rot. per Farin *decis. 614. collect. 1. nouiss.* Barb. *in d. cap. tuis. in fin. verb.* quae doctrina satis conuincit, tenentes contrà secundam ampliationem quia manifestè indicat, non cessare causam prohibitionis, propter adeptam aliam rem, quae sufficeret pro sustentatione sacerdotis, cum non adsit hoc casu consideratio affectionis rei, quae potest considerari in fideicommisso subiectis, sed tantum formae obseruatio.

83 Demum aduerto alienationis, verbo † in hoc casu
84 omnem alienationis speciem complecti etiam † hypothecam, ita vt ea non obstante, creditori non permittetur, bona ista sibi distrahere, quasi res sacrae sint, quorum commercium est prohibitum, etiam si census iuxta formam bullae fuerit impositus, cum mille iure iurandis, & renunciationibus etiam in casu vbi sacerdotis carceratio permitteretur; nàm hoc non obstante, fructibus patrimonij fruetur imò, & proprietas illaesa remanebit, vt sepiùs vbi obseruatum ex doctrinis praedictis; sed an hoc patrimonio, & fructibus rei pro ipsius tituli assignatis, possit decima ab Episcopo peti, vel ab alio, cui competit, affirmatiuè resoluit Riccius *decis. 605.* in praxi Eccles. alias *resolutio. 529. in 2. edit.* quem sequitur Barbos. *dict. par. 2. alleg. 19. in fin. & in d. cap. tuis. num. 6.* quam tantummodo restringerem, quando decima exigeretur per Episcopum ordinantem, & ex tali decimatione minueretur victus necessarius, nam dum damus ordinato actionem; quando non habet sufficiens patrimonium, multo magis dabimus exceptionem, & retentionem.

TRA-

TRACTATIONES PRIMÆ

DISCVRSVS SECVNDVS

PARTICVLA DECIMATERTIA.

ARGVMENTVM.

Donatio inter patrem, & filium propter merita an sustineatur, & quæ debeant præcedere seruitia: & quomodo probari debeant, & quid inter virum, & vxorem; inter subditum, & Principem: Obligatio ad antidora quæ sit, & quos obliget: Assertio meritorum quando, & inter quos sufficiat: Donatio à viro sene, & ignobili vxori inueni, & nobili an sustineatur; & de alijs effectibus donationis remuneratoriæ. Officiales an possint aliquid eius prætextu accipere à litigantibus, et an prò gratia obtinenda: An pro tali donatione detur euictio etàm contra Principem.

SVMMARIVM.

1 *Meritorum filij occasione validè pater donare potest sed vide numer. 5. vbi contra sed tene vt hic.*

2 *Remuneratoria donatio est potius debiti naturaliter contracti solutio.*

3 *Personæ prohibitæ alienare alterius res, quas administrant, donare remunerationis causa non prohibentur.*

4 *Meritorum filij; separata ratio ab obsequijs per eum debitis habenda est.*

6 *Filius nunquàm æquè poterit retribuere quod parentibus debet, & ratio, num. 9.*

7 *Beneficium non videtur impendere, qui debitum soluit.*

8 *Debitor dicitur ille etiam, qui pietatis causa ad aliquod tenetur.*

10 *Deus Optim. Maxim. licèt nil debeat, cum ei nunquam soluamus quod debemus; attamen remuneratione vtitur.*

11 *Filius tenetur ergà patrem ad obsequia, sed non ad officia, & quamplura alia, ad quæ filius non tenetur remissiue.*

Amphi-

12 *Amphinomi: & Anaphiæ historia refertur.*

13 *Remuneratoria donatio, quæ dicatur secundum Arium. Pinellum cui respondetur late, & numero 22.*

14 *Seruitia aliquando obligant ciuiliter, aliquando naturaliter tantum.*

15 *Obligatio ad antidora quid sit, traditur ex D. Thoma Aquinate.*

16 *Simplex donatio non est illa, quæ fit in satisfactionem naturalis debiti, & numer. 18.*

17 *Seruitia, quæ legale debitum producunt, an dari possint inter patrem, & filium.*

19 *Seruitia præstita ratione officij an obligent Regem, vel Principem, cui præstantur.*

20 *Princeps etiam errore iuris ductus, si remuneret id, ad quod non tenebatur, non ideò repetit.*

21 *Tenetur ad euictionem rerum donatarum in remunerationem seruitiorum ab officiali præstitorum.*

23 *Paterna assertio super meritis filij an sufficiat pro donationis validitate, & quid si iuramentum accedat.*

24 *Seruitia probanda sunt per filium, qui donationi innititur.*

25 *Merita si præcedant, donatio subsequens censetur prò illis facta.*

26 *Donatio potiùs est iudicanda propter merita, quam intuitu consanguinitatis.*

27 *Expressis pluribus causis facta, sustinetur ex vna si alia deficiat.*

28 *In præiudicium hæredum sufficit vt ex paterna assertione meritorum sustineatur, quod intellige vt ibidem.*

29 *Merita an præcesserint iudicantis arbitrio relinquitur pro donationis validitate.*

30 *Assertio meritorum quare sufficiat respectum patris, & non mariti, secundum Dominos de Rota, sed auctor aliter rem terminat.*

31 *Tutorum, vel minoris assertio circà merita quando ex causa remunerationis donant, non sufficit, sed opus est probatione, & decreto Iudicis.*

32 *Pecunia tamquam mobilis an possit à minore, & Ecclesia alienari absque decreto, & quid si magna quantitas sit.*

33 *Pater sicuti potest liberè donare cum iuramento, ità tenet iurata assertio meritorum.*

34 *Seruitia probanda sunt cessante iurata assertione inter patrem, & filium, alias donatio non tenet.*

35 *Seruitia futura an possint remunerationem mereri.*

36 *Liberalitas in Principe propriam sedem habet, & numer. 39.*

37 *Appellatione Principum, qui veniat propriè, & realiter.*

38 *Assertio meritorum nuda sufficit in Principe, etiam in tertij præiudicium.*

40 *Vniuersitates an remunerationis gratia donare possint, & de immunitate concedenda.*

31 *Merita debent æquiualere donationi vt valere possit inter prohibitos, secus inter alios.*

42 *Excessus donationis respectiuè ad merita qualis esse debeat, vt donatio vitietur, & an arbitrio Iudicis remittatur.*

43 *Merita debènt excedere naturalem obligationem obsequium filialium.*

44 *Maritus ignobilis potest donare vxori nobili, vt secum copuletur.*

45 *Senex vxori iuueni in compensationem ætatis.*

46 *Bona fideicommisso subiecta alienari possunt, ad hoc vt maritus senex donet vxori iuueni, si aliter contrahere non potest matrimonium.*

47 *Mater non tenetur reseruare filijs primi matrimonij ea, quæ habuit in remunerationem nobilitatis, vel iuuentutis.*

48 *Remuneratoria donatio, & ea quæ fit Ecclesiæ, an subiaceant, l. si vnquam. Cod. de reuocand. donat. & quid quò ad legitimas filiorum.*

49 *Et quid si reuocari petatur ex capite ingratitudinis per donantem, eiusque hæredes.*

50 *An possit fieri per generalem procuratorem.*

51 *Præpositus administrationi nauis potest ea omnia, quæ socius in materia negotiationis.*

52 *Potest donare remunerationis causa.*

53 *Donatarius ille ex duobus præfertur cui fuit res tradita, item cui ex causa onerosa donatum fuit.*

54 *Capientes nauim, & homines apud turcas efficiuntur domini.*

55 *Princeps non debet remunerare suos seruitores cum bonis alienis.*

56 *Obligatio antidotalis non potest esse in causa peccandi.*

57 *Serui licèt prò nullis habeantur ciuiliter, attamen remunerare non prohibentur.*

58 *Feræ ad antidora obligantur, & exemplum refertur.*

59 *Alienatio bonorum fideicommisso subiectorum, vel feudalium, an sustineatur ex causa meritorum.*

60 *Vir, & vxor donando remunerationis gratia, censentur per illum facta donatio, qui ex meritis obligatur, sicuti quando eis donatur, ei acquiritur, qui præstitit seruitia.*

61 *Donatio propter merita est irreuocabilis, non obstante mentione mortis.*

62 *Officiales nec sub prætextu remunerationis possunt aliquid à litigantibus recipere, & quales sint eligendi.*

63 *An possint aliquid exigere ex causa gratiæ sibi à Principe facta.*

65 *Euictio venit in donatione remuneratoria etiam respectu Regis.*

65 *Remuneratoria donatio non reuocatur vti inofficiosa, non confertur, nec imputatur.*

66 *Concessio personalis propter merita efficitur perpetua.*

OB merita filij licite Pater donare possunt, nec talis donatio patriæ potestatis occasione im-
1 probatur † iuxta doctrinam Bartol. *in l. prim. §. nec Castrense numer. 11. D. de coll. & in l. frater à fratre num. 57. D. de cond. indeb. & ad l. in quartam D. ad leg. falcid. & in authent. vnde si parens. C. de inoffic. testam.* vbi de tempore suo testatur, hanc opinionem esse magis communiter receptam; licèt apud Accursium aliquantulum dubia; ità quod variauerit; quia tunc temporis non ità indistinctè recipiebatur, hinc est, quod modernis temporibus. Iacob. Menoch. Iurisconsultorum sui temporis facile Princeps, audacter firmanit

uit, nullum habere contradictorem, ille inquam *in lib. 3. præsumpt. 29. nu. 11.* non quod aliquos non habuerint, qui studio potius contradicendi, quam veritatis eruendæ gratia contra firmauerint: sed quia contradictores dici non possunt, qui nullo iure cõtradicunt; post Bart. ergo ita tenuerunt omnes, ex quibus multi referuntur per Iul. Clar. *in §. donatio, quæst. 8.* Menoch. *d. loco num. 4.* Tiraquel. *in l. si vnquam verf. donatione largius. num. 20. casu 7. C. de reuoc. donat.* Guttier. *de iuram. confirm. par. 1. capit. 5.* Decian. *resp. 27. num. 30. vol. 3.* Garf. *in speciali tract. num. 42. verf. modo ex dictis iurib.* Gail. *obseruat. 38. num. 5. lib. 2.* per multi alij, quos refert Fontanell. *de pact. nupt. claus. 4. glos. 7. part. 2. numer. 2. cum seq. fol. 106.* Card. Mantic. *de tacit. & ambiguit. lib. 13. tit. 18. numer. 15.* & mille per Merlin. *de legitima, lib. 2. tit. 2. quæst. 29. numer. 16.* Milan. *decis. 30. num. 79. lib. 2. fol. 26.* vbi citat Molin. *de contr. tit. de donat. num. 13.* Cagnol. & alios Fachin. *lib. 3. controu. iur. cap. 74.* Crass. *§. legitima quæstion. 22. numer. 8.* Ofasch. *decisio. 171. numer. 19.* Cabed. *decis. 36. part. 2.* Carol. Tap. *decis. 6. numer. 28.*

Hæc sententia duobus consistit fundamentis. Primò quod remuneratio, & quod ex ea causa datum est, non sit donatio, sed debiti solutio. Secundò, quod meritorum filij aliquando ratio sit habenda, separatè à naturali obligatione obsequiorum præstandorum, & quod ideo filius possit duplici Iure censeri.

2 Primum probatur † per text. *in l. Attilius regulus 27. D. de donat.* ibi *defendi non meram donationem esse, verum officium magistri mercede remuneratum. l. sed, & si lege 28. §. consuluit. in fine ibi velut genus hoc esse permutationis. D. de petit. hæredit.* Abb. *in rubr. de donat. & in cap. per tuas. eod. titul.* Bart. *in l. ambitiosa. D. de decretis ab ordinarijs faciendis.* cuius sententiam communem dicit Franc. de accoltis de Aret. *consil. 24. dub. 8.* Tiraquel. *in l. si vnquam. verbo donatione largitus numer. 32.* Loaz *in consil. prò oppido de Mula* prò Marchione de los Velez. *fol. 36. nu. 25.* doctus Hispanus Antonius Gomez. *in l. 29. tauri num. 23.* Mugnos de Escobar. *de ratiocin. capit. 24. à numer. 25. vsque 30.* vbi adducit *text. in l. filius. 8. in princip. D. de procurato.* alios adducit Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. lib. 13. tit. 2. num. 7. & titul. 15. num. 17.* Gratian. *discept. 202. in princip. & discept. 386. num. 10.* post Surd. *priuil. 72. numer. 5. & 6. de aliment.* Merlin. *de legitim. lib. 2. tit. 1. quæst. 10. num. 21.* vbi quod æquiparatur venditioni, & merita sunt pretium; nos etiam *discursu prim. numer. 81. primæ huius tractationis.* addo Casanat. *consil. 10. nu. 51.* Bimi. *cons. 54. num. 16. lib. 1. & cons. 195. nu. 9. & 10. tom. 2.* Rot. *in nouis. decis. 488. num. 7. par. 1. fol. 300.* Galuan. *cons. 20. à nu. 20. vsque 25.* Berart. *de visit. capit. 23. nu. 72.*

3 Hinc omnes, qui donare prohibentur † vt sunt tutores, curatores, administratores, primates beneficiales possunt remunerare, & merita agnoscere cum competenti satisfactione *l. cum plures 13. §. cum tutor, vbi glos. D. de administr. tutor.* Iason *in l. si non fortem. §. libertus effectu 9. & in l. mandata. num. 9. D. de offic. eius* Claud. Seisell. *in l. ex hoc iure effectu 4. numer. 78. de iust. & iur.* Tiraquell. *in l. si vnquam verbo donatione largitus numer. 29. casu 16.* Iodoc. Daumod. *in tractat. de tutor. & curator. muner. cap. 10. numer. 29. vers. tertius casus* Simoncell. *de decret. lib. 1. tit. 2. nu. 28. vers. Prima quidem erit* Mugnos. *de ratiocin. in capitul. 24. numer. 25.* post Caldas de Pereir. *in l. si curatorem, vers. sine curatore num. 119.* Stephan. Gratian. *disceptat. 202. num. 3.* Becc. *consil. 129. numer. 26. vol. 2.* Galuan. *consil. 20. numer. 26.* Surd. *consil. 140. numer. 34.* Cancer. *libr. 3. variar. resolut. cap. 4. numer. 21.* Glorit. *resp. 1. par. 2. nu. 33.* Georg. *alleg. 44. num. 36.* Ioseph. Ramon. *cons. 42. num. 37.* Rot. Rom. per Farinac. *decis. 461. numer. 12. tom. 1.* Castill. *decis. 148. nu. 3. cum seq.* Barbos. *in cap. relatum num. 8. de testam.*

Quæ tamen intelligenda sunt iuxta ea, quæ statim dicentur.

4 Secundum quod de filiorum meritis † aliqua ratio habenda sit, quæ separationem recipiat ab obligatione naturali, fundatur super doctrina Bart. *in l. si tibi decem. §. si pactus. D. de pact.* dicentis nos tantum debere filijs nostris prò suis in nos meritis, quãtum extraneis, secundum nostram tamen consuetudinem. quod apertius, & asseuerantius firmauit Corneh. *in l. si donatione. colum. 2. vers. ex quo videtur. C. de collat.* refert, & sequitur Andr. Tiraquell. *in l. si vnquam. verbo donatione largitus numer. 84.* Fachin. *d. cap. 74. ad fin. vers. & prò hac. lib. 3.* vbi in id citat Senecam *in tract. de benefic. lib. 3.* Garz. *in d. tract. de remunerat. num. 42. vers. 9.* nam quandoque talia sunt obsequia, quæ per filios præstantur parentibus, quod meritò separent personam filij, obligationemque naturalem superent, & faciant eum haberi pro extraneo. Corneus *consil. 144. num. 10. lib. 2.* Gail. *obseru. 38. lib. 2.* Ceph. *cons. 61. numer. 3.* Menoch. *præsumpt. 29. in quarto casu lib. 3.* Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 13. tit. 18. num. 5.* Merlin. *de legitima. lib. 2. tit. 2. quæstion. 29. num. 18.*

Fulcitur etiam pluribus iuridicis testimonijs, & primò ex text. *in l. cum pater. 79. §. rogo. de legat. 2. rogo filia, vt bona tua quandoque distribuas liberis tuis, vt quisque de te meruerit.* Secundò ex alio textu. *in l. 1. §. toties. D. de collatio. bonorum. ibi, si etiam iudicium patris meruit.* Tertiò, ex alio *in l. fæminæ. C. de secund. nupt. ibi, contemplatione meritorum.* Quartò ex textu *in l. de emancipatis. 13. C. de legitim. hæred. ibi, hoc à genitoribus suis meruerint,* & demum ex text. in Authen. *de non eligendo. secundo nubentes. §. 1. ibi, plurimumque à filio experta fauorem existimauit oportere, ne relinqueret eum sinè remuneratione, &c.* per quæ Iura non obscurè probatur dari posse inter parentes, & filios causas iustas gratitudinis exercendæ, quæ iura ad id adducit Fachin. loco statim citato.

5 Partim, his stantibus, curandum esset † de contrarijs, qui sunt Lancellott. Polit. *in l. filium quem. fol. 12. col. 1. vers. secunda conclusio: C. famil. erciscund.* Arius Pinell. à cuius lingua nulla prope modum communis transijt illacerata *in l. 1. par. 3. de bon. matern. num. 62. vers. infertur vndecimo.* vbi ad hoc allegat, sed falsò; Salicet. *in l. filiæ cuius. num. 12.* Ripam *in l. fæminæ. num. 41.* quæ lectura non repetitur in nouis Codicibus, sed tantum in antiquis Menoch. *dict. præsumpt. 29. nu. 12. lib. 3.* adde Anton. Fabr. *de error. decad. 41. error. 6. per tot.* P. Molin. Theolog. qui videtur sequi Pinell. *in eod. tract.* qui communiter *de cõtractibus* appellatur, *disput. 281. ante num. 8.* Filliuc. *de contract. tract. 34. capitul. 6. num. 131. fol. 518.* Mugnos. *de ratiocin. cap. 24. num. 31. fol. 240.* Simoncell. *de decret. lib. 1. tit. 2. inspect. 4. num. 28. vers. Et huic quoque rationi. in fine, facit* Aponi. *cons. 59. num. 15.* Etenim contra eos stant tot iura, & rationes

tiones, & demum tot Patrum traditiones in iudi-
cijs receptæ.

Sed nè vllus remaneat scrupulus, putaui non infru-
ctuosum, omnia fundamenta referre, & respuere, vt in-
de appareat quæ nam sit verior in puncto iuris.

Primum fundamentum desumitur ex naturali obli-
gatione filij, ergà patrem, qua adstringitur ad omniũ
obsequiorum præstationem, propter quæ si in alios
fuissent expensæ, posset remuneratio prætendi, funda-
tur ex sententia Platonis *lib. 34. de legib. dialogo 4.* &
post eum Aristot. *in lib. 8. Æthicor. cap. vltim. & lib.
prim. moral. capitul. 34.* dicentium in effectu, quod fi-
6 lius † nunquam poterit æquè retribuere, quæ parenti-
bus debet, sequitur Diuus Thomas *in summa parte 3.
quæstio. 14. art. 4.* quorum sententias ad verbum refert
Menoch. *dicta præsumpt. 29. num. 20.* vndè fit, vt cum
7 debitum impendat non videtur † beneficium præstare
*l. si seruo 84. D. de hæred. instit. l. proxime 50. D. de rit.
nupt. ibi magis debitam libertatem præstitit, quàm vllum
beneficium in mulierem contulit, & in l. vnum ex familia,
69. §. 1. D. de legat. 2. ibi non enim facultas necessariæ ele-
ctionis propriæ liberalitatis beneficium est; quid est enim,
quod de suo videtur reliquisse, qui quod reliquit omninò
reddere debuit:* cum alijs iuribus, quæ affert Tiraquell.
in dicta l. si vnquam verbo donatione largitus num. 106.
vbi refert Senecæ dictum *in lib. 6. de benefic.* in hæc ver-
ba loquentis, *si quis coactus aliquid boni fecit, quin nos
non obliget, manifestius est, quam vt vlla in hoc verba im-
pendenda sint.* confirmantur hæc omnia ex eleganti
loco Antonij Fabri *de error. decad. 41. error. 9. à num. 9.*
vbi allegat *text. in l. penultim. de obseq. parent. & patr.
præstand.* ex quo elicitur quod filius naturaliter debitor
8 est patris obsequiorum omnium, quia † debitum
etiam dicitur quod pietatis intuitu debetur: ob quod
condici non potest. *L. cum is 32. §. mulier. D. de cond.
indebit.*

Sed responderi potest, quod licèt filius horum om-
9 nium sit debitor, ex quo habuit † a patre esse, atque
bonum esse, iuxtà sententiam Aristotelis *in lib. econo-
mic. cap. 3.* attamen etiam in præstatione debiti possu-
mus mereri, vt quia promptius, quam alij reddi-
mus quod debemus; hinc licèt Deo Opt. Max. omnia
debeamus, in quo viuimus, mouemur, & summus;
10 attamen † ipse tamquam si gratis accepisset, remu-
neratione vtitur, quasi fuissent munera illa, quæ nos
reddimus sua; prout *in 2. Esdræ capit. 5.* Isaiæ *capit. 38.*
Ester *cap. 14.* quæ adducit Illustrissimus Cardin. Bellar-
min. *in Psalm. 17. vers. 23.* vbi Sanctus Propheta dixit.
*Et retribuit mihi Dominus secundum iustitiam meam, &
secundum puritatem manuum mearum retribuit mihi.* vndè
Ecclesia vocat Dominum nostrum remuneratorem fi-
delium animarum.

Nil mirum ergo si parentes qui maiorem, imò nec
parem obligationem prætendere possunt, obligentur
aliquando, saltim de cõgruo ad remunerationem exer-
cendam; attento maximè quod stante corruptione
humanæ conditionis, pauci inueniuntur, qui natura-
lia libenter persoluunt debita; cum facilius spinas, &
tribulos producant, quam vt fertiles sint, iuxtà consi-
lium illud Tullij *in lib. 6. officiorum.* Ad quod fundan-
dum, semper placuit consideratio Fontanellæ *de pact.
nupt. claus. 4. glos. 7. par. 2. num. 9.* vbi volens magnifi-
cate obsequia filiorum, dipingit, seu verius in scænam
producit tragœdiam multarum immanitatum, per
aliquos filios in parentes commissarum, quasi volens
ostendere, quos fructus soleat producere humana cor-
ruptio; vt indè indebita existimatione habeantur,
qui, iuxtà naturæ integritatem, & primæuam pu-
ritatem fructus correspondeant. Ideò omnes prædi-
ctos Doctores intelligo locutos inspecto tempore in-
nocentiæ, vel respectu hominis perfecti, nos verò in
terminis Adam corrupti.

Quibus attentis facilis est responsio ad auctoritates
allegatas; supponunt enim, filium debitorem patris in
obsequialibus, quod nos nec negamus, non tamen in-
11 dignum reputant remuneratione; nàm filius † & si
patris debitor sit, ac, vt aliàs diximus, sacris domesti-
cis teneantur; non tamen tenetur ad officialia, &
artificialia, ac ideò si illa præstet, remuneratione di-
gnus erit, vt ait Salicet. *in d. l. filiæ cuius, num. 12. Cod.
famil. ercifcund.* & quod quamplura possunt per filios
præstari seruitia parentibus, quæ non debent sine re-
tributione transire annotauit Tiraquell. *in dict. l. si vn-
quam. verb. donatione largitus num. 21.* quem sequitur
Fontanell. loco statim citato, vbi referunt quamplura
egregia facinora filiorum ergà parentes, & maximè
extollunt illud; quod in agro Catinensi mea Patria
euenit, quem dum. Etneus ignis ex improuiso inua-
sisset, ità vt quisque, charis relictis, salutem sibi fu-
12 ga quæreret: soli Amphinomus, & Anaphias fratres
humeris senes parentes extollentes, maluerunt ab
igne consumi, quàm parentibus orbati euadere,
Vnde Patria mea ad instar matris optimè ne ma-
gnum hoc opus absque remuneratione transiret lo-
cum illum, vbi hæc euenerunt, tamquam sacrum tem-
plo donauit, & piorum campum nomine dedit, vt te-
stis est nobis Aristot. *in lib. de admirandis naturæ. capit.
3.* Virgil. *in lib. quem de Ætna scripsit.* Strabo *libr. 6.*
Auson in illis versibus incipiunt. *Quis Catinam sileat.*
Claudian. *in elegia de pijs fratribus.* Seneca *lib. 3. de be-
nefic. ad fin. & lib. 6.* Solin. *cap. 9.* Valer Maximus *lib.
5. rerum memorabilium. cap. 4.* Tiraquell. & Fontanell.
locis citatis, addimus Pausan. *lib. 9.* Fasell. *de reb. sicul.
decad. 1. lib. 3. cap. 10.* vbi testatur, quod Catinenses
diem illum vti solemnem habebant, sacris persoluen-
do in huiusmodi pietatis recognitionem, oh? felicia
tempora, quando publicum ærarium in pio opere per-
soluendo vacuabatur; non verò, sicut hodie vidimus,
in propria commoda.

Secundum fundamentum desumitur ex doctrina
Arij Pinelli. *de bon. matern. par. 3. num. 59. vers. ne au-
tem æquiuocemus, &* statim *vers. mihi semper placuit,
& ante num. 62. vers. Est autem aduertendum;* vbi fir-
13 mare videtur † donationem remuneratoriam illam
propriè dici, quę fit ex benemeritis, quæ potuissent
ius ad agendum præstare: tunc enim secundum eum
rectè dicimus debitum persoluere, cum ad id præstan-
dum cogi poteramus; non verò quando nulla actio ex
eis oriri poterat; ad quod fundandum plura iura ad-
ducit, pluresque auctoritates cumulat, vndè cum
nulla ciuilis obligatio consistere possit, inter patrem, &
filium *l. Imperator. 50. D. ad senat. consult. trebellian. l.
ne cum filio familias 16. D. de furt.* cum multis per me
adductis hoc eodem discursu *part. 1. num. 10.* & natura-
lis nul-

lis nullam pariat ad agendum actionem, licèt tantummodò impediat soluti repetitionem *l. frater à fratre* 38. *D. de cond. indeb. l. naturalis.* 10. *de oblig. & act. &* nos *ibidem num.* 12. sequitur, nullam posse dari donationem remuneratoriam, quæ ex præcedentibus meritis constare possit, vt etiam confirmat Anton. Faber *dicto error.* 6. *n.* 7. *cum duob. seq.* concludens in hæc verba. Ergo siue iuris rationem inspicias; siuè naturalem æquitatem, siue publicam honestatem, concludendum est non valere huiusmodi donationem ab initio; sed morte tantum patris confirmari, si non fuerit reuocata, vt & cæteræ simplices donationes: quas fatentur omnes regulariter non valere. *l. donationes, quas parentes, &c.*

Ad quod respondetur, Pinellum decipi totque cęlo errare, nam si eius doctrina vera esset, nullus naturalis obligationis esset effectus cum è contra verum sit nunquam aut per raro seruitia actionem producere, sed tantummodo exceptionem, & soluti retentionem, de qua modò tractamus, neque enim, ex eo, quod aliquando seruitia actionem producant, & ius agendi præstent, firmandum est, quod hoc tantum casu remunerationem mereantur, cum verius sit, dari ca-
14 sum vbi ius † agendi non præstent, & tamen remuneratione sint digna, distant enim inter se legalis obligatio oriens ex meritis, & naturalis, quæ obligat ad antidora, quæ etiam moralis vocatur, prima, & si dari non possit inter patrem, & filium impediente patria potestate; tamen secunda benè procedit, quæ est sufficiens in casu isto, vbi non quærimus, an filius possit patrem cogere ad donandum; sed tantùm valeat ne donatio iam facta, meritis intercedentibus, pro quo effectu sufficit, quod hæc non sit simplex donatio, vt bene probauit D. Thom. *secunda secũdæ quæst.* 106. *ar.* 3. *ad n.* 4. *& n.* 7. vbi ait, quod licet verũ sit quod
15 obligatio † ad antidora propriè non sit obligatio, inducens iuris vinculum, sed tantum sit quidam instinctus, siue motus animi, quo mouemur ad benefaciendum benefacienti: tamen si quis secundùm hunc naturalem motum benefacienti remuneret, non dicetur simpliciter donasse, cum aliquo modo esset ad hoc obligatus, si non ex lege iustitiæ; saltem ratione ingratitudinis, secundum Molin. *de iustit. disput.* 244. *col.* 1054. Pereir. de Castro *decision.* 4. *ante num.* 4. Et hac ratione licèt donatio sit, quia nullo iure cogente, eam quis facit; tamen mera, & sim-
16 plex † donatio dici non debet, & ideo eam remuneratoriam appellamus, quam distinctionem refert, & sequitur Cabed. *decis.* 36. *num.* 11. & ante eum probauit Hippol. Rimin. *instit. de donat. n.* 355. respondens Pinello in hæc verba, Præterea dicebatur quod si illa verba, nullo iure cogente, propriè sumenda sunt, magis propriè sumantur, si comprehendant, non tám ius cogens mediante vtroque vinculo ciuili, & naturali; verum etiam altero tantum, vt naturali; argumento eorum, quæ contra Iason tradit, Curt. Iun. & Sebastian. Sapia *in rubric. de iurisdict. omn. iudic.* in quæst. & *nunquid appellatione iurisdictionis veniant etiam delegata*, cum potissimè in debito morali ius gentium, & verecundia cogant. *l. munus* 214. *D. de verbor. signific. ibi Dona autem sunt, quæ nulla necessitate Iuris officij, sed spontè præstantur, quę si non præstentur, nulla reprehensio est, & si præstentur, plerumque laus inest*, hęc ille, quem post hæc scripta visus, refert, & sequitur Callist. *de leg. regia* §. 30. *numer.* 44. *glos.* 15. *litter. I.*

Ideoq; vt facilius omnia prædicta pateant cuicumque intuenti, tres casus distinguendi sunt.

Primus est prædictus, quem firmat Pinellus de ser-
17 uitijs, quæ legale dubium † producunt, ex quibus actio accommodatur, & hæc cum nullam supponat obligationem ex parte præstantis, crederem, cum magna difficultate dari posse inter patrem, & filium, iuxta quos terminos adducitur Iurisconsulti responsum, in *leg. si pater.* 35. §. 1. *D. de donatio. ibi. Si quis aliquem à latrunculis, vel hostibus captum eripuit, & aliquid prò eo ab ipso accipiat, hæc donatio irreuocabilis est: merces eum laboris extimij appellanda est, quod contemplatione salutis certo modo æstimari non placuit.* quo textu ad propositam quæstionem vtitur Bald. *in l. lucius titius numer.* 2. *vers. Item nota. D. de exercit. Act.* Abb. Casinensis *consil.* 3. *lib.* 2. *num.* 13. *& quæst.* 26. *vers. propterea.* Tiraquell. *loco superius citato, numer.* 12. Anan. *consil.* 81. *numer.* 4. *vers. sed hic fuit facta.* Petra *de potest. princip. capit.* 32. *dubit.* 2. *num.* 138. Natt. *consil.* 600. *numer.* 38. Ioann. de Amic. *consil.* 31. *num.* 10. 11. Rebuff. *in prax. Beneficiali in præfat. ad rub. de collat. col penult. vers. item quando.* Cabed. *decis.* 36. *num.* 6. *par.* 2. Tap. *decis.* 6. Supremi Italiæ Consilij *numer.* 27. *versiculo primo quidem.*

Secundus est casus quando seruitia ratione qualitatis, vel modi fuissent, adeò perfectè exhibita, vt transcenderent naturale debitum, quod sepiùs euenire potest, vt satis superius probatum est, & hoc casu omnes affirmant, quod talia seruitia naturalem producant obligationem, propter quam licet ex rigore iustitiæ remuneratio peti non possit; attamen si inde sequatur,
18 satis est in causa, vt liberalitas excludatur † propter interuentum antidoralis obligationis, quæ deperse debitum gratitudinis exigit, exactumque satisfactionem producit, faciens vt quod à principio fuit voluntariè impensum, videatur ex quadam necessitate obseruandum; ità vt inter primum, & secundum casum nullam sit discrimen quoad donatorum firmitatem, secuta iam satisfactione, & si a principio differre satis ostensum sit, vt annuit Couart. *in capit. in officijs num.* 10. *& seq. de testam.* dicens, differre tantum ante traditionem non verò post.

19 Tertius est casus de obsequijs debitis † ratione officij, vt pura si quis officialis, vel præses benè pro Republica se gerat, suoque iniuncto muneri satisfaciat, & tunc licet hæc seruitia non solùm actionem non producant, sed etiam neque ad antidora obligent: tamen, vt ait Tapia *dicto loco numer.* 29 producunt quamdam mutuam, atque reciprocam gratificationem; loquitur ibi de seruitijs magni Capitanei, quę licet præcesserint ex natura eius officij; attamen quia propter eorum qualitatem, & magnitudinem fuerunt satis proficua domino suo, & nimis diuturna, magnaque cum cura, & sollicitudine impensa, non debebant transire siue recognitione; & dato quod potuissent, quod vix crederem absque nota ingratitudinis, vna vice quod fuerant satisfacta, etiam mediante errore iuris, credẽ-
20 do se teneri ad id quod non tenebatur, † non poterat

sub

sub prætextu defectus causæ reuocati, ad tradita per Couar. *in cap. in officijs num. 10. de testamen.* Scrader. *de feud. p. 9. cap. 6. num. 7.* Ideo firmatum fuit in dicta decisione pee supremum Italiæ Consilium, quod iure optimo fuisse per hæredes ipsius magni Capitanei pe-
21 tita euictio bonorum † ei donatorum in remunerationem seruitiorum, ex doctrina Bart. *in l. iulianus. §. qui fundum numer. 5. & 6. D. de verb. oblig.* Caball. *de euict. §. 4. & 5.* Ias. *in l. ex hac Iure num. 68. D. de iustit. & iur.* Crauett. *consil. 64. numer. 3.* Alfar. *de offic. fiscal. gloss. 34. num. 108. speciali 1. fol. 303.* Card. Tusch. *conclus. 395. nu. 5. verb. Euictio.* Bernard. Lautent. *de potest. Reg. cap. 28. numer. 54.* Seraph. *decis. 534. num. 3.* Marcabr. *cons. 55. nu. 179. vsque 187.* & ad omnia Rouit. *ad pragm. 24. de feud. à num. 39. cum plur. seq.* quem post hæc inueni. Et in fortiori casu tradit decisum Pereit. *decis. 4.* Principem teneri etiam remunerare seruitia defuncti in personam successorum.

In secundo ergo, & tertio casu si veteremur satis cōstat donationem valere etiam inter personas prohibitas; quia in vtroque naturali obligationi satisfit, quæ efficit, vt actus habeat firmitatem tantam, quantam haberet, si à principio ius agendi competijsset, ideoq;
22 Pinellus communiter reprobatur † vti est videre per Rimin. Iun. *loc. cit.* Cæsat. de Graff. *decis. 2. numer. 18. de donat. fol. 226.* Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. lib. 13. tit. 15. numer. 16. & lib. 21. tit. 4. numer. 7.* Gratian. *disceptat. 386. num. 13.* Carol. de Tap. qui responder eius propositionibus *decis. prædicta. 6. à num. 32.* Fontanell. *de pact. nupt. claus. 4. gloss. 7. p. 2 nu. 15.* Ioan. Garsia *in d. tract. de remunerat. num. 1. 2. & seq.* & ab eo recedit, licèt eius rationes lauder doctus Francisc. Molin. *de rit. nupt. lib. 3. quæstion. 1. numer. 107.* Rota nouissima *decis. 94. num. 2. par. 1. fol. 59.*

Hæc licèt ita sint, attamen declaratione indigent, vt non sub solo prætextu meritorum firmandum indistinctè sit donationes huiusmodi inter patrem, & filiū virum, & vxorem valere; cum plura concurrere debeant. Primo, vt constet verè de meritis. Secundo, quod ęquiualeant rebus donatis. Tertio, quod sint merita orienria ex seruitijs, quæ excedant debita obsequia, vti tactum est.

Ad primum, vna est opinio tenens sufficere paternām assertionem, absque alia probatione, dummodo
23 seruitia specificentur † ita tenuit Bald. *in l. illud colum. penult. vers. quarto quæro C. de sacrosanct. Eccles. & in l. si tibi decem. §. si quis post. princip. D. de pact. & in l. vlt. D. de exercit. act. & in l. si tibi col. 1. D. si cert. petat. & in l. si pater tuus. C. qui bon. ceder. possunt. & in l. si cum pater. §. rogo. D. de legat. 2. & in cap. edoceri col. 3. vers. si instrumentum dicit. extr. de rescript. & in add. ad speculat. tit. de donat. §. 1. vers. quid si pater. & in Margar. verbo donatio. col. 3.* Angel. & Rapha. Cuman. *in l. Aquilius. D. de donat.* Florian. *in l. qua pater col. 3. vers. sed an sufficiat. D. famil. ercisc und.* Castrens. *consil. 345. circa bona, quæ fuerunt. vers. Tertio videtur obstare lib. 1.* Guid. Pap. *singul. 375. incip. Salicet.* Vital. de Camhan. *de clausul. rubr. an legibus insinuationem exigentibus, possit renunciari fol. vlt.* Ias. *cons. 217. pro enucleando. col. 8. vers. Nono pro ista parte lib. 2.* Soccin. *consil. 147. lib. 2.* Socc. *cons. 147. lib. 1.* Anchar. Regiens. *quæstion. 12. num. 8. & seq. lib. 2.* Card. Tusch. *verbo donatio. conclus. 636. num. 12. & concl. 695. nu. 1. eod. verb.* Molin. *de rit. nupt. lib. 3. quæst. 1. nu. 108. & seq.* quibus contradicunt relati per Tiraq. loco statim citando, Seraphin. *priuileg. 40.* per Clar. *§. donatio. quæst. 3.* sequitur Anroo. Faher. *in C. de reuoc. donat. definit. 3. num. 5. in allegatis.*

Alij tamen tenent hanc assertionem itā demum sufficere, si iuramento vallata fuerit, Bal. in *l. si donatione numer. 2. de collat.* mouetur ex text. in Authent. *quod obtinet. C. de prob.* Ias. *in l. frater à fratre num. 44. col. 3. ad fin. vbi* Cagnol. *num. 327.* Gratian. *cons. 36. numer. 2. lib. 2.* alij per Tiraquell. *in d. l. si vnquam. verbo, donatione largitus. numer. 88. fol. 218.* & per Seraphin. *priuil. 40.* Guttier. *de confirm. Iuram. capit. 5. numer. 20. cum seq. p. 1.* Roland. *cons. 98. n. 54. lib. 1.* Merlin. *decis. 3. n. 28. lib. 2.*

Cæterūm aduersus hos tenent multi, quos allegat Tiraquell. *ibidem numer. 91.* Guttier. *ibid.* Ioann. Drot. *consil. 76. num. 6.* Rimin. Iun. *instit. de donat. nu. 87.* alijq; per Seraph. *ibid.* Tusch. *concl. 636. nu. 42. verb. donatio.*
24 Communis schola affirmat, probanda esse † per filium, qui donationi innititur per Gloss. *in l. si donatione. C. de collat.* Alex. *ibid. nu. 5.* Bertrand. *consil. 138. nu. 22. lib. 2.* Bellon. *cons. 78. nu. 5.* Corn. *cons. 144. lib. 1.* cū aliis per Clar. *in §. donatio. quæst. 3.* mille per Tiraquell. *ibid. nu. 91.* Gail. *d. obseru. 38.* Menoc. *præsump. 29. nu. 24. lib. 3.* Guttier. *d. capit. 5. nu. 16.* Vegg. *cons. 13. nu. 4.* Seraph. *priuil. 40. num. 2.* Hieron. de Laurent. *decis. 23. num. 10.* Fontanell. *de pact. nupt. dict. claus. 4. glos. 7. par. 2. nu. 26. & 17.* Anton. Faber. *C. de reuoc. donat. definit. 3. nu. 5. & 6.* Honded. post alios *cons. 47. nu. 40. & seq. lib. 1.* Menoch. *cons. 112. nu. 26. vers. ita potest.* Cæsar. Barz. *decis. 117. nu. 17.* Rot. Rom. *in nouiss. diuers. decis. 346. nu. 2. p. 4.* post Rimin. quem citat Roget. *cons. 15. nu. 41.* Galuan. *cons. 20. num. 34.* Merlin. *de legitim. lib. 2. titul. 2. quæstion. 29. num. 19.*

Quibus probatis, etiam si nulla in donatione de eis
25 fiat mentio, censetur † meritorum intuitu facta, si illa donationem præcessetint, Gloss. *in d. l. si donatione. verb. postulas. C. de collat.* quem post Bald. Salic. & Angel. approbant Tiraq. *d. loco à num. 71.* Menoch. *de arbitr. Iud. cas. 88. nu. 53.* Mascard. *de probat. conclus. 560. num. 10.* Garf. *d. tract. nu. 49.* Sances *de matrim. lib. 6. disp. 6. n. 3. vers. sed dicendum.* Guttier. *pract. lib. 2. quæst. 120.* Surd. *cons. 164. nu. 7. lib. 2.* Molin. *de rit. nupt. lib. 3. quæst. 1. nu. 110. fol. 129.* Tusch. *concl. 636. nu. 17. verbo Donatio. fol. 875.* Rimio. Iun. *loco prædicto, nu. 84.* Barbos. *in l. quæ dotis, nu. 97. solut. matrim.* Raudens. *decis. 1. nu. 77.* Fontanell. *de pact. nupt. d. claus. 4. gloss. 7. par. 2. num. 27.* Stephan. Gratian *discept. 984. nu. 2. tom. 5.* & nos *orat. siue decis. 12.* in causa inter D. Octauium Buglio, & Baronissam Bifaræ contrā tamen, & male tenuerunt relati per Tiraq. *d. verbo donatione largitus n. 72.* quod imo cēseatur facta intuitu consanguinitatis, cum alijs per Menoc. *d. præsum. 29. à n. 41.* Grat. *disc. 355. n. 18.* qui loquitur, quando adest vtraque expressio Hond. *d. cōs. 47. n. 10. & seq. lib. 1.* Bardell. *cōs. 22. n. 6.* Merlin. *de legit. lib. 2. tit. 1. q. 10. n. 26.* Etenim pro validitate donationis po-
26 tius est iudicanda propter merita, † quam intuitu cōsanguinitatis, vt ait Fontan. loco citato ex communiori opinione, sicuti, & in simili quæstione decidit etiam Facchin. *controuers. iur. lib. 3. capit. 75.* dum tenet, quod
27 expressis duabus causis † consanguinitatis, videlicet amoris, vel meritorum, si vna ex eis deficiat, dona-

tio non ex hoc irritabitur, cui ad hæredum puto, quidquid teneant Surd. *consil.* 361. & Gratian. eius sequax loco citato.

Alij distingunt, quod aut agitur de præiudicio donantis, eiusque hæredum, aut tertiorum, vt putà creditorum.

Primo casu dicunt, quod sufficit iurata assertio
28 † patris donantis; secundò verò minimè, ita addentes ad Guid. Pap. *decis.* 95. *lit. G. verb. iuram.* & tenet Fontanell. *de pact. nupt. dict. clauf.* 4. *glos.* 7. *par.* 2. & alij per Tiraquel. *d. loco nu.* 95. & 96. quos ipse tamen impugnat. addo Tiber. Decian. *respon.* 25. *num.* 40. *libr.* 9. Neuiz. *consil.* 8. *nu.* 16. Ea ratione, quod hæres tenetur stare assertioni donantis circa merita, licèt hoc etiam casu debeat concurrere expressio specifica meritorum, vt tenuit Tiraquell. ibi, & Honded. *consil.* 47. *num.* 52. *lib.* 1. sed cum Fontanell. stat Mascard. *conclus.* 184. *num.* 30.

Quamplures recurrunt ad coniecturas, vti sunt Guid. Pap. *in l. si volunt. C. de collat.* Iason *cons.* 154. *col.* 5. *vers. quinto pro ista parte lib.* 2. Tiraquell. qui quædam similia accomodat dicto verbo, *donat. largit. num.* 100. *cum*
29 *seq.* vbi dicit, id totum prudenti iudicantis † arbitrio remitti sequitur latè Mascar. *de probat. concl.* 185. *verb. Benemer. quomodo prob.* Rot. Rom. *loco statim citando* Galua. *consil.* 20. *num.* 19. & 35. Rimin. Iun. *d. loco num,* 271. Menoch. *de arb, cas.* 134. *cent.* 2. *lib.* 2. quibus assentior, vbi temporis diuturnitas intercedat, ità vt meritorum memoria recesserit, vel difficultas adesset probationis; solet enim coniecturarum remedium subsidiarium esse vbi probatio requiritur.

Domini de Rota verò distinguebant quondam, inter donationem factam coniugi, & illam factam filio,
30 vt in primo casu non sufficiat assertio, etiam iurata expressis meritis in specie; secundo verò sic, ea ratione, quod illa donatio, quæ inter coniuges celebratur, ex prohibita à lege quando præsumit eam extortam ab affrenato amore alterius coniugis, cui sit, sed ista inter parentem & filium nulla prohibitione remouetur, licèt non valeat, quia reflectitur in patrem, propter impedimentum patriæ potestatis, & ideo nunquam potest dici in fraudem legis cum lex non resistat prohibendo, vt etiam considera: Costa *in l. qui duo §. cum bello, verbo, patrem prius mortuorum nu.* 16. Fontan. *de pact. nupt. clauf.* 4. *glos.* 7. *par.* 1. *numer.* 60. sicuti dicimus in testamento conficiendo testibus, aliisque iuris solemnibus adhibitis; quod ex eorum defectu; non est nullum, quasi lex vetet hunc, vel illum testari, sed quia minus solemniter testetur.

Ego hoc pacto controuersiam terminarem, quod aut assertio meritorum est iurata, aut non; primo casu iterum distinguerem, quod aut agitur inter virum, & vxorem, aut inter patrem, & filium, in primo tenerem probatione adhuc opus esse, nec sufficere meritorum specificationem iuratam; quia lex prohibet illam fieri, nec debet esse in potestate prohibitorum ex meris ipsorum assertionibus legi derogare, sicuti dicimus in
31 donatione † facta per minorem, vel per eius tutorem vel curatorem ex causa remunerationis, quæ non sustinetur ex mera ipsorum assertione, ex quo lex prohibet largitates fieri de bonis minorum, tantò fortius, quanto nec onerosas translationes permittit. *tot. tit. de reb. eorum qui sub cura, vel tutela sunt non alienandis.*

Ideò opus est expressa probatione ante donationē celebrandā, quando fieri debet tempore, quo decretū iudicis eum cognitione causæ interponitur, iuxtà doctrinam Vasq. *de success. creat. tit. de test. potest.* §. 10. *sub numer.* 72. *ampl.* 22. *vers. sed verius.* Menoch. *cons.* 29. *num.* 3. Bero. *in capitul. in præsentia. num.* 12. *de reb. Eccles. non alien.* quos sequitur Simoncell. *de decret. lib. prim. titul.* 2. *inspect.* 4. *numer.* 28. *vers. vereor tamen ut supra dicti*, firmantes decretum interuenire debere in his donationibus remuneratonis ergò factis per minores, & Ecclesias: quod quidem decretum consistit inpendendo, & mensurando quantitatem, & valorem meritorum ad hoc vt inde resultet modus remunerationis fiendæ: de quibus quidem valore, & qualitate meritorum non solum debet ipsi iudici liquere, sed ad instar aliarum alienationum posteritati patere, mediantibus testibus producendis & in actis redigendis, ita sentijt apertè Menoch. *consil.* 388. *numer.* 11. & *sequen.* Honded. *d. consil.* 47. *numer.* 48. *lib.* 1. quidquid dicat Mugnos. *d. capit.* 24. *numer.* 30. affirmans sufficere administratoris confessionem iuratā. cum illorum specificatione: quid verò debeat iudex hoc casu considerare reperies, apud Menoc. *d. cas.* 132. *de arbitr.* Mascard. *conclus.* 186. *per tot.*

Quæ benè extendo ad magnam pecuniæ quantitatē alienandam pro remuneratione seruitiorum, & si enim
32 pecunia † sit de rebus, quæ seruando seruati possunt, ex quo non recipit temporis detrimentum, *l. tutor. vel curat.* 34. *C. de administr. tutor. ibi aurum argentumque, & quidquid vetustate temporum non mutatur*, acideo ad effectum, de quo agitur existimari solet inter mobilia, quando minor donare remunerationis gratia non prohibetur Authent. *nouissim. iuncta leg. qua tut. C. eo. l. Arist.* 5. §. *vlt. cum l. seq. D. de iur. delib. l. iulius.* 33. *D. de pet. hær.* Tiraquel. qui alia iura adducit *de retract. lign.* §. 1. *gl.* 7. *num.* 104. Pinell. *in l. par.* 2. *nu.* 43. *C. de bon. mater.* Ricc. *in prax. decis.* 50. *in p. impress.* & *decisio.* 70. *ibidem*. additis ijs, quæ tradit Simoncell. *dicto lib.* 1. *tit.* 2. *inspect.* 4. *numer.* 20. *vers. primus quando minor*: attamen quando de egregia summa pecuniæ agatur secus dicendum est; quod imò donari non potest, nisi decreto accedente, meritisque vt diximus probatis: quia tunc ad instar rei immobilis habetur, fuit decisum in Rota *in vna venetiarum nullitatis contractus* 13. *Nouembr.* 1602. coram Pamphilio, quàm refert Ricc. *decis.* 73. *numer.* 3. *in sua praxi alienat. rer. Eccles.* vt aliàs scripsi pro D. Didaco Giglia contra Monialis Sanctissimi Saluatoris Ciuitatis Agrigenti, & si non ignorem, huic ampliationi obstare doctrinam Gratian. *discept.* 756. *numer.* 31. vbi dicit hanc limitationem recipi in Ecclesia, & non in minore allegans decisionem Rotæ iam dictam; etenim declaratio est parum tuta, cum sciamus in hoc puncto, minorem, & Ecclesiam æquiparari. *l.* 2. *C. de iur. repub. lib.* 11. Goffred. & Abb. *in capit. peu. de iudic.* Tiraq. *de priuileg. piæ causæ, priuileg.* 142. Contard. *in l. diffamari numer.* 52. *C. de ingenuis, & manumiss.* Roland. a Valle. *consil.* 68. *numer.* 23. *lib.* 3. Simoncell. *de decret.* alios allegans *in præfat. num.* 59. Et ità dicebam in casu occurrenti pro Illustr. Don Hieronymo ab Aragonia contra hæredes Marsilij Maimone, licèt composita deinum fuerit lis, quia D. Hieronymus maior

factus

factus voluit liberalitatem adimplere, etiam mortuo donatario, quod magis est, dignum certè tanto viro.

In secundo verò casu, vbi inter patrem, & filium agatur, existimò assertionem paternam sufficere, si iuramentum intercedat, & non tractetur, nisi de donationis validitate, nec alio resistente, nisi patria potestate, iurisque Ciuilis regulis; ea præcipua motus
33 ratione, quod sicuti pater, † vti supra longè latèque firmauimus in vltimo modo donationis confirmandæ, potest liberè iuramento intermedio filio donare, ità fortius poterat ex causa meritorum iuramento firmatorum, & roboratorum, vt benè declarat Rip. *in l. si vnquam quæstion.* 55. *& resp.* 1. *num.* 9. Cornel. *conf.* 104. *numer.* 13. *lib.* 2. Grat. *respons.* 63. *num.* 24. *lib.* 2. quæ opinio est canonizata per Rot. Roman. *in d. decis.* 346. *num.* 5. *in nouissimis par.* 4. *fol.* 181. vbi se declarat loqui de iuramento promissorio, quæ declaratio mihi admodum dura videtur, & quod parum practicari possit, cum nullum pęnè instrumentum inueniatur, quod iuramento promissorio careat in calce ipsius instrumenti apposito, verum enim est iuramenti eam esse efficaciam, vt faciat valere actum eo modo, quo valere potest, ideoque haberi debet ille qui asserendo merita iurauit, ac si voluisset per prius donationem valere, ad hoc vt illa meritorum assertio cum iuramento facta aliquid operaretur addẽdus est prędictis Mascar. *dict. conclus.* 184. *à numer.* 17. *vsque* 25. Milan. *dict. decis.* 3. *num.* 83. *lib.* 2. Quibus attentis libenter recedendum est à Merlino *d. lib.* 2. *titul.* 2. *quæstion.* 29. *numer.* 20. contra sententiẽ, licèt ipse non neget donationem valere; sed quod non sit remuneratoria, quod est nimis subtile, etenim dum nihil in contrarium probatur, & actus est per se validus standum est paternæ assertioni.

Aut demum non adest iuramentum, & tunc nisi
34 probentur seruitia: quæ remunerationem mereantur iuxtà ea quæ notauimus supra, & in vxore repetit Franc. Molin. *de rit. nupt. lib.* 3. *quæst.* 1. *nu.* 117. Regens de Ponte *conf.* 59. *num.* 15. Calist. *de leg. reg.* §. 30. *ante numer.* 27. *litt.* O. cum alijs per Merlin. *dict. quæstion.* 29. *num.* 22. Mangil. *de imput. quæst.* 29. *num.* 51. Mantica *de tacit. & ambig. lib.* 13. *tit.* 18. *num.* 9. nullam donationem aperte diceremn, probari verò debent præstita fuisse tempore conditæ donationis: nam licèt valeat
35 donatio † pro futuris meritis secundum DD. quos allegat Tiraquell. *loc. cit.* & confirmetur secutis seruitijs, secundum eos; attamen credo, quod non benè applicentur eorum dicta in terminis donationum, inter personas prohibitas factarum, saltim ne fraudibus via pateat.

Cæterum si de personis agatur, qui donare non
36 prohibentur; fortiusque de illis, quorum est † proprium liberalitatem exercere, vti sunt Reges magniq; Principes dubitandum non est quin eorum assertio satis sit (de ijs loquimur, qui superiorem non recogno-
37 scunt † vsurpatum enim hoc Principis titulum videmus à pluribus, quibus minimè conueniret, adeò quod tales ad imparia iudicari non debeant cum Baronibus tam attenta eorum copia, propter quam pretiosa quæque fiut, vilescunt, quam eorum patrimonio plerumque exiguo) Magnorum inquam Principum naturale est tantò frequentius remunerationi studere quanto abundantius habent, vndè retribuant, & quanto plus aliorum ministerio indigent, dum non valent nil deperse adimplere; iuxtà ea, quæ discurrit Gregor. Lopes *in l* 10. *num.* 118. *par.* 3. Randenl. *conf.* 1. *numer.* 308. Tiraquell. *de nobilit. cap.* 37. *num.* 4. *cum seq.* Cardinal Mantica *de tacit. & ambig. tom.* 2. *lib.* 13. *tit.* 17. *num.* 8. D. August. Barbos. *in capit. sedes.* 15. *num.* 2. *de rescript.* Carol. de Tap. *decis.* 23. *num.* 96. *& decis.* 5. *nu.* 97. *cum plurib. seq. supremi Italiæ Consilij.* vbi id probat ex duobus Theodorici responsis, & quod sufficiat eorũ
38 assertio, † etiam si nullum præstitum fuerit iuramentum. Bart. *in l. ambitiosa de Decret. ab ordinar. faciend.* Dec. *resp.* 25. *numer.* 37. *lib.* 1. Mascard. *conclus.* 184. *nu.* 30. *cum seq.* limitans tantummodò stante præiudicio tertij. Ioan. Garzia *de nobilit. gloss.* 2. *num.* 27. Mugnos de Escobar *de ratiocin. capitul.* 24. *num.* 3. Surd. *cons.* 419. *num.* 65. Bim. *cons.* 195. *à num.* 9. Carol. Tap. *d. decis.* 6. *num.* 38. vbi refert fuisse resolutum per supremum Italiæ Consilium, sufficere meram Principis assertionem, nec posse fiscum de excessu reclamare, & quod seruitia talem non meruerint remunerationem prętendere, quod etiam voluit Tiraquell. *in d. l. si vnquam verb. Donatione largitus num.* 84. Menoch. *cons.* 307. *& cons.* 335. *num.* 76. Casanat. *cons.* 10. *num.* 33. Ioseph. Ramon. *cons.* 37. *num.* 254. Beneficiorum enim modus in Principe est modum non seruare. Imò ad præiudicium tertij operare Principis assertionem circa merita, dixit Fontanell. *de pact. nupt. claus.* 4. *gloss.* 10. *par.* 2. *à numer.* 23. quod nimis durum videtur iuxta prædicta. Circa id,
39 quod diximus, Principibus conuenire † liberalitatem, conueniunt ea, quæ leguntur ex Phalaris litera ad Aglaum, dum in ea testatur, quod gratitudo in Principibus optimus est Thesaurus furibus minimè expositus, per eam enim hominum animos sibi conciliant, vt ex maioribus beneficijs maiora possint reportare seruitia, confirmant D. Tapia *decis.* 5. *numer.* 88. *Suprem. Senat. Ital. & decis.* 57. *numer.* 8. *Sacr. Consilij Neapolitani.* nuper visa. Indè est, vt Magnæ Vniuersitates
40 † eiusque Decuriones; quos nos iuratos appellamus, etiam si Principi subsint, eius exemplo possint recognoscere seruitia habita per earum Ciues, concedendo perpetuam immunitatem, vel aliam retributionem; iuxtà seruitia impensa, vt fundat Ferdinandus Loaz. *in responso pro Marchione de los Veles in* 3. *fundamento primæ partis.* Auendagn. *in capit.* 10. *prætor. numer.* 43. *part.* 2. Borell. *ad Bellug. rubr.* 1. *lit. B. verbo, Decuriones,* Bouadill. *in lib.* 5. *Politic. capit.* 4. *numer.* 59. Berart. *de visitat. cap.* 23. *num.* 66. *cum plur. sequentib.* Galuan. *consil.* 20. *num.* 26. Becc. *consil.* 15. *numer.* 20. *& consil.* 83. *numer.* 31. Magon. *decis.* 67. *numer.* 40. *in Florent.* Losæus *de iure vniuersit. part.* 3. *cap.* 11. *numer.* 5. quod vix vnquam nostris temporibus seruatum vidimus.

41 Secundum requisitum est, vt æquiualeat † meritis remuneratio, iuxtà doctrinam Barrol. *in l. si quis prò eo.* §. 1. *in fine. D. de fideiussor.* quam communiter approbari dicit Decius in *l. petens. numer.* 17. *C. de pact.* Clar. §. *Donatio. quæst.* 3. qui adducit rationem, quod causa limitata limitatum producit effectum, & ideò quòd merita non possunt plus operari circa validitatem donationis, quam ascendat valor ipsorum meritorum, facit text. *in cap. relatum.* 2. ibi *iuxtà seruitij meritum: de testam.* Molin. *de primogen. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 17.

P 2 Garzia

Garzia *in dict. tract. nu.* 55. Sancez. *de matrim. lib. 6. disputat. 6. num. 6.* quos allegat Barbosa *in dicto cap. relatum num.* 8. addo Surd. *cons. 164. numer. 33. & sequent.* Pereir. *consil. 76. numer.* 27. & 28. Molin. *de rit. nupt. lib. 3. quæst. 1. num.* 113. Mascar. *conclus.* 186. Honded. *cons. 47. numer. 34. lib. 1.* quidquid sit in personis, qui ad libitum capaces sunt liberalitatis, in quibus nulla adest incapacitas ex parte recipientis, solumque de dantis præiudicio agitur; in quorum personam verificari potest illud Tullij *lib. 1. Officiorum*, vbi dicit imitandos à nobis esse agros fertiles, qui multò plus reddunt, quam acceperunt; vbi enim versemur in prohi-
42 bitis in eo, quod donatio † excedit merita habetur pro simplici, Tiraquell. *dicto verb. Donatione largitus, num.* 80. vbi latè ostendit, quomodo sit accipiendum dictum Baldi dicentis, quod ad hoc, vt non dicantur excedere, sufficit, quod non excedant dimidium valoris meritorum: illud certum est, quod etiam in prohibitis modicus excessus cedit fauori remunerationis, nec habetur in consideratione, vt firmat Tiraquell. *dicto loco numer.* 86. sequitur Galuan. *cons. 20. numer. 37. vers. Addo tamen* Molin. *dicta quæst. 1. numer. 121. in medio vers. sanè.*

Et quia actionum hominis externarum nemo melior Iudex quam homo ipse; ideo communiter in eam sententiam itum est per nostrates, vt hoc totum iudicantis arbitrio remittatur, qui hoc ex communiter accidentibus, & vniuersali existimatione iudicet, ita Iul. Clarus. *dicto loco, & quæst. 8. num. 4.* Gail. *obseru. 38. num. 6. lib. 2.* Menoch. *cas. 552. cent. 2. lib. 2. num.* 7. Sanc. *dicta quæstion. 6.* Guttier. *de iuramen. confirm. quæst. 5.* Anchar. Iunior. *quæst. 12. nu. 9. lib. 2.* Fontanel. *dict. claus. 4. glos. 7. par. 2. nu. 26.* Surd. *d. cons. 164. num.* 34. Molin. *de rit. nupt. lib. 3. quæst. 1. num.* 114. Galuan. *cons. 20. num.* 37. Mascard. *conclus. 186. ad fin.*

43 Tertium requisitum † satis supra fundatum est in principio, quibus adde Mascard. *dict. conclus. 186. à n.* 5. Molin. *de rit. nupt. d. lib. 3. num.* 117. post Tiraquell. quem suprà ad id citauimus, vbi Pinello satisfacere conati sumus.

Quæ omnia à fortiori extendas ad donationem inter virum, & vxorem, remunerationis causa factam; licet aliqui sint casus vbi sustineatur inter eos donatio; qui non possunt habere locum inter patrem, & filium; prout sũt quandò maritus ignobilis donat vxori nobili vel senex donat vxori iuueni; quibus in casibus dona-
44 tio tãquam ex meritis sustinetur; primum † probatur per gloss. *in l. voluntate. verbo, petendis. Cod. de dotis promissione.* vbi Bart. *numer.* 2. Tiraquell. *de nobilit. quæst. 18. numer.* 19. Decia. *resp. 74. num. 12. lib. 4.* Surd. *decis. 166. numer. 22. & cons. 164. num.* 36. Gail. *obseruat. 40. num fin. lib. 2.* Molin. *de rit. nupt. dict. lib. 3. quæst. 1. nu.* 119. Fontanell. statim citandus, Gratian. *discept.*
45 984. secundum etiam † probatur per doctrinam Alciati *in responso* 254. Crauett. *cons. 443. num.* 12. Surd. *dicta decisio. 166. num. 22. & cons. 164. nu.* 35. Gail. *dicto loco.* Milanens. *ibidem num.* 127. & est elegans definitio Antonij Fabri *C. commun. de legat. tit. 21. lib. 6. definit.* 3. vbi assignat rationem æquum esse, vt maritus, qui non habet in corpore luere debeat in ære; qui locus dum casus occurrisset in Senatu Cataloniæ disputandus, inter risum, & risum, mouit sapientissimos il-
46 los Senatores ad permittendam alienationem † bonorum fideicommisso subiectorum, pro satisfactione donationis, ex causa prædicta factæ, iuxta doctrinam prædictam Fabri, vt refert Fontanell. *clausul. 5. glos. 1. par. 2. num.* 85. Gratian. *discept. 984. lib. 5.* quo loci affirmant, quod bona hæc donata in talis nobilitatis, vel iuuentutis remunerationem, non sint de necessi-
47 tate † reseruanda filijs primi matrimonij; quia ex causa onerosa dicuntur acquisita, ad quod paucos aduertere inquit Fontanell. & verum dicit; allegat tamen Rip. *in l. fœminæ. num. 44. C. de secund. nupt.* Ioan. Lup. *in rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 50. numer.* 74. Petr. Surd. *consil. 471. num.* 18. addo Gratian. *dict. cap.* 984. quæ conclusio roboratur ex his, quæ tradidimus suprà, dum diximus, hanc donationem loco permutationis, & venditionis haberi; ideò lucratiuam non esse, quod latè confirmat Galuan. *dict. consil. 20. à num.* 22. Surd. *dict. cons. 419. à num 60.* sequitur Stephan. Gratian. *discept. 984. à num. 4. vsque* 10. vbi post Fabrum, & Fontanellam has conclusiones alijs medijs confirmat, & nonullos alios citat, videndus, & licèt contrà sentiant Facchin. *controuers. lib. 3. cap.* 80. Narprest. ad Clar *quæst. 9. nu.* 5. Tamen eis satisfacit Gratianus, *ibi ante num.* 7.

Sequuntur in breui compendio effectus huius donationis, quorum multos enumerat Iason *in l. ex hoc iure*, vbi etiam Claud. Seisell. *D. de iustit. & iur.* quos exornat, quamplures addendo Tiraquell. in *dicta leg. si vnquam verbo, donatione largitus à. numer. 11. vsque num.* 110. quibus aliquid superaddere superfluum existimaui tantummodo volui alios moderniores adiungere, & nonnullos casus, qui contigerunt referre quasi per modum additionum ad eumdem Tiraquell. loco statim citato.

Additiones ad effectus donationis remuneratoriæ per Tiraquellum relatos.

AD Tiraquellum ergò dicto verbo, *Donatione largitus, & ad num.* 12. an hæc donatio irritetur
48 † per dispositionem *l. si vnquam*, addendi sunt Greg. Lopes *in l. 8. verb. desc. tit. 4. partit.* 5. Guttier. *de iuram confirmat. par. 1. cap. 9. num.* 7. Galuan. *consil. 20. num.* 23. vbi mille DD. citat Anton. Faber *C. de reuoc. donat. lib. 8. tit. 36. definit.* 3. Pater Molin. *de contract. disput. 282. num.* 11. vbi ait, quod dum hæc donatio habet veram, & efficacem causam ex parte donantis, putà quia re vera præcessetint seruitia, non reuocatur ex superuenientia filiorum, neque vsque ad quantitatem legitimæ, pater enim sicuti potest contrahere, & soluere debita, non impedientibus legitimis, filijs debitis, ità potest remunerare, quare non datur reuocatio, nisi in excessu vsque ad ratam legitimarum, quatenus seruitia non æquarent donata; sed contrà videtur tenere Fachineus *lib. 3. controu. cap.* 89. vbi contendit, *l. si vnquam*, dispositionem in casu prędicto non cessare, saltem prò legitimis, sicut de donatione Ecclesiæ facta, firmauerat. *d. lib. 3. cap.* 86. dum vtraque dicitur ob causam, & in remunerationem tot beneficiorum à Deo Opt. Max. acceptorum, & tamen non ex hoc legitimæ filiorum derogari potest, iuxta dictum relatum Diu. Augustin. *in cap. fin. 17. quæst.* 4.

49 Ad *num.* 13. vbi firmat hanc donationem † sub

prętextu

prætextu ingratitudinis admissæ per donatarium re-
uocari non posse addendi sunt Pinellos *de bon. matern.*
part.2. num.61. Rebell. *de obligat. instit. part. 2. lib.18.*
quæst.9. à num.8. Doctor Marta *voto* 215. *numer.* 18.
Ioann. Garzia *de donat. remunerat. num.* 89. Augustin.
Barbos. alios citans *in capit.final. num.* 17. *de donation.*
Anton. Faber *dict. definit.* 3. *C. de reuocand. donation.*
Galuan. *dict. cons.*20. *numer.*23. Filliucius *de contract;*
*tract.*34. *capit.*6. *num.*131. vbi quod multò minus po-
test hoc hæres refricare. Molin. *de contract. disput.*281.
*num.*7.

Ad *num.* 19. de ea, quæ fit inter virum, & vxorem,
adde quæ diximus suprà *numer.*43. *vers. quæ omnia*; ex
Molin. *de rit. nupt. lib.3. quæst.1. à numer.*99. *vsque* 128.
& ex Fontanell. & alijs.

Ad *nu.*20. *vsque* 30. de eius validitate inter patrem,
& filium, adde quæ dicta sunt in toto hoc discursu: vbi
etiam de cæteris personis, quæ liberè contrahere pro-
hibentur.

50 Ad *num.* 26. de generali procuratore † quod possit
hoc titulo donare, adde idem esse in præposito admi-
51 nistrationi alicuius negotiationis, vt putà in † patro-
no nauis, qui habet à lege mandatum, nauim, & ho-
mines obligandi, solutionem recipiendi, obligationem
contractam etiam naturaliter dissoluendi, mediante
satisfactione *l.*1. *in princip. D. de instit. act. l. prætor ait.*
§. sedet si seru. D. de edendo l. hæres absens 19. *§. apud la-*
beonem. D. de iud. Castr. *in rubr. C. de exerc. act.* vbi ait,
quod hic est vnus ex casibus in quibus quis ex alterius
contractu obligatur & aote eum Azor. *in summ. C. eod.*
tit. numer. 10. Paris. *cons.*93. *vol.*1. Surd. *cons.*326. *in*
*princip. tom.*3. vbi multos alios allegat, & confirmat *nu.*
14. quando actus gestus pertinet ad negotiationem
Giurb. *decision.* 88. *num.* 9. latissimè Gratian. *discept.*
750. *num.* 4. vbi accedendo ad terminos indiuiduales,
eos æquiparat generalibus procuratoribus habentibus
mandatum cum libera; nec obstat quatenus firmare
videtur, donare non posse: quia loquitur in terminis
52 puræ, & simplicis donationis, † non verò in terminis,
de quibus agimus, qui ad permutationem potius acce-
dunt, & ideo dum casus euenisset, inter Capitaneum
Alfonsum de Heredia nobilem Hispanum, contra D.
Ioannem Ratteo Anglum in Curia auditoris genera-
lium militum pedestris cohortis huius Regni, ità tenui
atque allegaui. Casus erat, quod moderante hoc Re-
gnum Siciliç Serenis. Principe Emanuele Filiberto nõ
abolendæ memoriæ, quidam Itali atque Angli existen-
tes in partibus Africæ subleuauerunt certam nauim, vt
inde recederent, secumque in dicta naui aliquos Bar-
baros captiuos duxerunt, & cum eos tempestas inua-
sisset, coacti portum Syracusarum appulerunt, vbi etiã
submersi fuissent, amiserant enim funes, & anchoras,
nisi dictus de Heredia occurrisset, opemque tulisset,
missis aliquibus scaphis cum hominibus, & subsidijs
necessarijs, quorum auxilio periculum euaserunt, ob
quorum beneficiorum remunerationem, duo ex eis
præpositi administrationi totius nauis donauerunt di-
cto de Heredia quendam seruum, & cum indè recessis-
sent, conferentes se Panormi alij socij eumdem seruum
seu verius ius illum recuperandi à posse Herediæ, de-
derunt dicto de Ratteo, instituto iudicio, quærebatur
quisnam ex his duobus donatarijs præferendus esset;
53 dicebam, quod primus † cui seruus fuerat traditus: ad
text. in l. quoties. 15. *C. de rei vendic.* Thesaur. *quæstio.*
*forens.*64. *lib.*4. Cuiac. *ad sentent. Iulij Pauli lib.* 5. *tit.*
15. Faber *de error. decad.* 86. *error.* 6. Caldas *de empt.*
*& vend. capit.*34. *num.* 7. Molfes. *ad consuetud. Neapo-*
*litan. quæst.*10. *tit. de renunciat. numer.*7. *fol.*179. *tom.*2.
in addit. Ioseph Ramon. *cons.*74. *num.* 2. nec obstabat
quod de nostra donatione non apparebat scriptura,
quia respondebatur, quod imo aderat; & dato non
aderat, nõ vitiabatur, quia donatio non requirit scrip-
turam; post Imperatoriam constitutionem in *l. si quis*
argentum. 15. *§. sin autem Cod. de donat.* vbi disponitur,
quod nudo pacto, soloque consensu perficiatur. item
de duobus donatarijs debebat ille preferri, qui causam
onerosam pro se habebat, ex Castill. *decis.*72. vbi mo-
derna additio, ea ratione quia videtur donatum dedu-
cto ære alieno, nec est difficile probare debitum potius
persoluisse qui dederunt, quam donasse, dum seruitia
illa præcesserunt, *ex l. Attilius regulus* 27. *D. de donat.*
ex multis, quos superius adduximus; & licèt debitum
fuerit naturaliter; attamen satis nobis erat quod reti-
nere potuissemos; nè posset repeti. *l. ex hoc iure* 19. *§.*
si quis seruo. D. de donat. item dicebam non obstare,
quod antequam fuisset eis nauis restituta de mandato
Dom. Proregis, non poterant donare, quia cum ipsi
54 essent domini † vt probat Regens Fuluius Constant.
in l. vnica. num. 123. *C. de Classicis* sequestrum factum
non abstulit, liberum vsum rei, iuxta ea quæ dixi pro
Hierardo de Honofrio contra illam de Micciulla ex
Bart. *in l. interes. de acquir. possess.* Rota per Seraphin.
*decision.*997. *num.*15. dum pro tuitione iudicij factum
fuit renuentibus dominis, cum etiam fiscus si nauis ei
spectasset, tenebatur donationem ratam habere tam-
quam facta ex causa, per quam tota res salua facta
fuit, *ad l. interd.*5. *D. qui potior. in pign. hab. & l. licet.*7.
C. eod. tit.

Ad *num.*43. *ex text. in l. item verberatum.* §.1. adde
Fontanell. *de pact. nupt. claus.*4. *glos.*10. *p.*2. *n.*31. & dico
quod licet princeps possit ex causa remunerationis
55 alienare bona † aliàs prohibita, vt suprà firmatum
est; attamen non debet manus extendere ad aliena, vt
propria soluat debita, vt in terminis respondet, Can-
cer. *par.*3. *variar. resolut. capit.* 3. *numer.* 375. *& capit.*
13. *numer.*93. *eodem lib.* ante eum Petra *de potestate*
Principis capit. 32. *quæstion.*7. *numer.* 27. *cum sequentib.*
nam hoc modo peccaret contra iustitiam, cum è con-
56 tra verum sit, quòd obligatio † antidoralis obligatio-
nem moralem inducens, nunquam sit in causa pec-
candi, contra eam D.Thom. *secunda secundæ quæstio.*
62. *art.* 1. *ad primum,* Soto *lib.*4. *de iust. quæstio.* 6. *art.*
1. *colum. prim.* & si aliquando peccet contra Iustitiam
distributiuam, quatenus præposterato eo, cuius me-
ritis debebat correspondere, officia conferendo, sub-
leuet eum, qui nil habet in meritis, in quo Principes
persæpè peccant, vt D. Thom. testatur, *dict. loco quæ-*
stion. 106. *artic.* 3.

Quatenus verò faciat, tenetur ad recompensam, &
resarcitionem damni alteri illati. *l.*2. *C. quibus ex causis*
serui. cum mille per Gail. *lib.*2. *obseruat.*56. *nu.*8. & 6.
Vasq. *contr. illustr. lib.*1. *cap.* 5. *num.*15. cum infinitis
per nos traditis suprà hoc *eodem discursu part.*6. *nu.*46.
nec facit quod Accursius *in d. l. si locus* 14. *§. fi. D. que-*
madm. seruit. amit. dixerit, quod de generali consuetu-
dine Princeps non restituit pretium, si ob publicam

P 3 vtilita-

vtilitatem tes tertij auferat.; quia Accursius sup-
ponit casum vbi Princeps non habet de proprio in
demanio, & dominio regio, quia si haberet tenere-
tur, & si Accursius in contrarium sentiret, male di-
ceret, & talis consuetudo esset diabolica, vt inquit
Baldus *in l. sicut. C. de seruit.* Afflictus *in prælud. ad con-*
stit. Neapol, quæst. 3. num. 11. a lijque pet me adducti
in loco suprà citato.

Ad *num.* 44. de legitima patrono pet libertum re-
linquenda, quod minui ex causa huius donationis
possit, adde quod etiam seruis liceat donare; ea ra-
57 tione, quod & si, quantum attinet ad ius Ciuile †
prò nullis habeantur *l. quod attinet* 33. *D. de regul. iur.*
Cotas. *in l. frater. à fratre num.* 40. *D. de condit. indeb.*
Tiraquell. *de nobil. cap. 9. num.* 4. Vacon. à Vacuna *lib.*
1. *declarat.* 10. 12. *&* 18. attamen ligantur iure na-
turali, ità vt teneantur ad antidora *leg. si is cum quo.*
15. *l. naturalit.* 13. *l. si id quod* 64. *D. de cond. indeb. l.*
serui 13. *D. de action. & oblig.* Connan. *in comment. iu-*
ris ciuilis lib. 2. capit. 3. facit etiam textus cum ibi no-
tatis, *in leg. sed si* 28. §. *consuluit. D. de petit. hæred.*
quæ iura in puncto adducit Callist. *de lege regia* §. 30.
58 *num.* 25. *litt. I.* nec mirum dicit Ipse, quia & feræ †
huiusmodi obligationem agnoscunt, vt euenit in A-
drode seruo, quem cum ad bestias proiectus esset, ser-
uauit incolumem leo, recepti quondam beneficij me-
mor, refert Cassan. *in catalogo gloriæ mundi p.* 12. *con-*
sider. 53. *fol.* 288. quam historiam *ab Aulo Gellio lib.*
5. *noctium atticarum capit.* 14. habuit Tiraquellus *in*
d. l. si vnquam. verbo, *Donatio ne largitus num.* 67. vbi
alia exempla superaddit Regens de Tappia de *vera*
hominis nobilitate, fol. 198. *col.* 2. vers. nam si nulla
belua Calist. *dict. loco ante num.* 26.

Ad *num.* 45. *&* 46. Addo Barbat. † in dicta *auth.*
res quæ. Beto *consil.* 65. *num.* 14. *libr.* 1. Natta. *cons.*
317. *num.* 14. Socc. Iun. *consil.* 91. *num.* 17. *lib.* 2. Ra-
phael. Cum. *consil.* 523. *num.* 168. *libr.* 4. Bursat. *con-*
sil. 160. *num.* 75. *libr.* 2. Decian. *cons.* 27. *numer.* 23.
libr. 3. *& cons.* 2. *num.* 70. *libr.* 5. Fusar. *de fideicomm.*
quæst. 538. Fontanell. *de pact. nupt. claus.* 4. *gloss.* 10.
part. 2, *numer.* 21. *&* 30. 31. vbi dicit id procedere in
subsidium; cęterum contra tenet Cutt. Iun. *in dict.*
auth. res quæ num. 55. fuit hoc discussum inter Mar-
chionem Iulianæ, & Principissam Trabiæ supèr do-
nationem feudorum di Valcurrenti, quæ tandem fuit
transactione sopita; magna tamen pars dominorum
inclinabat pro actore, contra alienationem factam
ob merita, & ratio est euidens; Dum enim alienatio
debet esse pro causa afficienti feudum, seruitia de-
bent esse pręstita in illam causam, per quam posset
alienatio fieri.

Ad *num.* 46. *&* 48. quod non vitietur hæc donatio
defectu intinuationis vltra Fontanellam *dict. loco num.*
31. adeas Gratian. *discept.* 498. *num.* 34. vbi de Rotæ
decisione testatur Merlin. *de legitim.* qui alios allegat
lib. 2. *tit.* 1. *quæst.* 10. *num.* 22. *&* 23.

Ad *num.* 50. addas quod ità tenui in vna D. Octa-
uij Bugli contrà Baronem Bisaræ, quòd donatio fa-
cta per quondam D. Andream Buglio, D. Agatæ la
Valle eius socrui de Vncijs Octingentis sibi debitis
pro augmento dotium; fuerit in remunerationem
plurium beneficiorum præcedentium; ex doctrinis
ibi allatis per Tiraquell. & alijs adductis per nos *supr.*
num. 25. vers. *quibus probatis*; nec curabam, quòd in
donatione vna cum Don Andrea interuenerat eius v-
xor Donna Antonia. & quod summa erat dotalis,
quia responsio erat manifesta, & colligebatur ex do-
59 ctrina Casanat. *cons.* 10. *à num.* 55. dum firmat quòd
donatio facta coniugibus propter merita † illi ex eis
acquiritur, qui seruitia præstitit, quod etiam esse de-
bet, quando pariter donant, & ad illud, quod sum-
ma erat dotalis, respondebam, quod ex hoc vti ma-
riti esset iudicanda; dum matrimonium constabat *ex*
l. doce ancillam 9. C. de rei vendic. eique spectabat re-
stitutio soluto matrimonio.

Ad *num.* 53. adde Ripam *in l. si vnquam numer.* 29.
Roland. *cons.* 61, *num.* 49. *lib.* 2. vbi quod donatio ob
60 merita censetur irreuocabilis † inter viuos, non ob-
stante mentione mortis, & fuit decisum in Rota co-
ram R. P. D. Remboldo *Romana donationis* 10. Maij,
1617. refert Gratian. disceptat. 657. *num.* 1. *&* 7.
ea ratione, quam potius censetur erratum in deno-
minatione contractus, quam in substantia ipsius.

Ad *num.* 57. addas, verius esse directè vel indirectè
62 nulloque sito colore licere iudici è litigantibus † ali-
quid accipere etiam minimum, vt probat Beratt. *de-*
uisitat. cap. 16. *à num.* 61. *vsque* 78. qui ad vitandas cor-
ruptelas monet Principes vt seligant in officiales, &
moderatores Ciuitatum viros mediocri fortuna præ-
dictos iuxtà consilium scholij ad Epist. Diui Pauli *ad*
Tessalonicenses 5. sicut enim diuitiæ negligentiam pa-
riunt, ità egestas dum saturari quæritur, à iustitia
declinat, adducit illud Isaiæ prophetæ *cap.* 3. *In domo*
mea non est panis, neque vestimentum noli me constituere
Principem populi ad quod facit dictum illud Theoderi-
ci, apud Cassian. *in lib. primo variar.* dum dicebat,
quod Rex pauper periculosissimum animal est.

Hinc in nostro Regno per quam plures pragmati-
cas sanctiones vetitum est, aliquid accipere, etiam
quod veniat sub nomine exculenti; vel poculenti, re-
fert D. Castill. *decis.* 164. *à num.* 3. Et licet hoc vlti-
mum fuerit abolitum; attamen ipse *num.* 16. monet
officiales, vt ab eis caueant, nec pauca accipiant; nè
fortè obligentur ad antidora; beneficium enim acci-
piendo persępè libertas venundatur, & sicut dicebat
Auiles *in c. per prætor* verbo *dadiuas num.* 6. *fol.* 16. qui
dat Iudici Gallinam, exposcit inde bouem, & testare
possum à die quo cæpi frequentare palatia vidisse in-
tegerrimos officiales ab omnibus se abstinere; opti-
mum namque medicamen est, ad effugienda vetita
respuere etiam permissa: ad quæ videas Viui. *decis.*
113. *per totam tit. prim.* vbi loquens in terminis consi-
milium pragmaticarum, affirmat Iudices illas ser-
uantes, posse in Catalogo Sanctorum describi; Vi-
deas etiam Mastrillum *de magistrat. vbi de visitatione*
agit cap. 8. *à num.* 11. *vsque numer.* 62. vbi excitat quæ-
63 stionem † an liceat officiali, vel alteri aliquid a par-
tibus accipere pro gratia à Principe obtinenda, &
resoluit affirmatiuè duplici ex capite. Primò quia nō
recipit pro re ad officium suum spectante. Secundo
quia natura gratiæ est, vt remunerationem ex petet;
Hinc est, quod quandò Principes concedunt officia-
libus aliquas gratias, hoc faciunt, vt indè ipsi aliquid
lucrentur, non vt gratis dent quam hæc non sunt
de rebus, quę gratiosè conceduntur, licet gratię ap-
pellentur allegat Raudens. *consil.* 50. *numer.* 193. *&*
629.

629. quod caute agendum est.
Demum aduertas, non placere cautelam, illam, quam vidi ab aliquibus seruari dum faciunt sibi à principe dispensari, vt aliquid possint capere à litigantibus, etiam post litem terminatã quia & si princeps tollat pœnam, non tollit suspicionem, quæ indè oritur de tractatu præcedenti item aduertendum est neque ex hoc tutos esse per ea quæ tradit la Rath. *consil.* 114. *fol.* 451. *num* 102.

Ad nu. 59. addantur Capic. *in Inuest. verb. feudorum*
64 *euictiones* vbi quod venit euictio † indonatis ob merita Rosentall. *de feud. cap.* 8. *concl.* 29. *num.* 10. Geor. Cabed. *decis.* 119. *num.* 12. *&* 13. *part.* 2. Dicens, se ità obtinuisse contrà Aduocatum fiscalem, qui fuit coatus accedere ad defendendum quemdam Donatarium Regis Caballin. *de euiction.* §. 4. *num.* 4. *&* 5. *fol.* 160. Crauett. *cons.* 64. *num.* 3. post Imol. *consil.* 168. *num.* 9. Sebastian. Neuies *in systemate Iur. ad l.* 2. *Cod. de euiction. & in leg. Aristo* §. *labeo ait D. de donat.* Rimin. Iun. *in* §. 1. *numer.* 81. *cum plurib. sequent. Instit. de donat.* Carol. de Tappia *decis.* 6. *numer.* 23. *& seqq.* Stefan. Gratian. *discept.* 657. *num.* 52. *&* 53. vbi refert in Rota decisum quæ euictio duo continet, vt ait Tapia ibi, valorem videlicèt rei, & interesse, ex Regente de Pont. *cons.* 27. *num.* 6.

His verò effectibus donationis Remuneratoriæ et Tiraquellum collectis, tres, alij addendi sunt. P

Primus quod non subiaceat reuocationi † ex titu-
65 lo inofficiosi, ex Menoch. *cons.* 923. *num.* 23. *lib.* 20. Gratian. *discept.* 729. *num.* 18. *tom.* 4. Et quòd non subiaceat imputationi, neque collationi. Euch. *de legitima* §. *rursus num.* 41. Crass. §. *legitima quæst.* 22. *num.* 8. *&* 9. Merlin de legitima *lib.* 2. *tit.* 2. *quæst.* 29.
66 Secundũ quod concessio personalis † proptèr merita efficitur perpetua, vt latè tradidi in responso prò Domino nostro Rege contra D. Caterinam S. Martino posteà in ordine ad decisiones *orat.* 1. ad quam recurras.

Tertius & vltimus vt faciat cessare dispositionem *l. hac edictali Cod. de secund. nupt.* de quo puncto quia dixi *infra disc.* 3. *part.* 5. ideo eo loco lectorem remittere licebit.

TRACTATIONES PRIMÆ
DISCVRSVS SECVNDVS
PARTICVLA DECIMAQVARTA.

ARGVMENTVM.

DONATIO facta per patrem filio ob legitimam an valeat; & quid si pro alimentis fiat; Legitima quo iure debeatur; Filius an cogatur eam recipere in vita patris, Legitima assignata an sit iteranda, si rectè non assignetur. Dos incongruè assignata an possit peti, vt augeatur inspectio mortis tempore; & quæ sit Dos congrua; Dos quando loco legitimæ succedat; Dos de paragio ad quam rationem taxanda sit, & quomodo ratiocinetur feudum; Fructus dotis de paragio, & legitimæ à quo die debeantur; & quid contrà tertium possessorem; & quid stante renunciatione; Ius petendi supplementi dotis an transmittatur; & quid de iure parilitatis: Dos ex fideicommisso subiectis quanta esse debeat: Confiscari an possit legitima viuente patre: Itèm quanta sit illa debita filio, stante confiscatione bonorum patris: Pater an cogatur satisdare de non baratandis bonis in præiudicium filiorum; vel assignare legitimam, & an ipsa detrahatur de immensis donationibus; Augmentum quale augeat legitimam post mortem patris: Pater an cogatur assignare nouam legitimam vel dotem filijs, qui eas perdiderunt; Renuncians habetur pro mortuo, nec debet institui. Pater quando existente legitima sobole possit naturalem in totum instituere.

SVMMARIVM.

1 Donatio propter legitimam filio facta an valeat, non obstante patria potestate, & num. 5 sed contrà num. 6.
2 Pater est quodam modo debitor filij in legitima.
3 Legitima ante mortem filio soluta non est donatio, sed debiti antieipata solutio.
4 Dos vt sæpius loco legitimæ succedit, ideò sicut donatio pro dote filia valet, ita pro legitima.
7 Pater, qui tenetur alere filium, non potest ei donare pro alimentis, sed contra statim.
8 Donatio facta filio pro parte sua an valeat.
9 Legitimam filio iure naturæ deberi qui dixerint.
10 Non deberi filio, nisi patre mortuo est indubitatum apud omnes.
11 Filius in vita patris licèt non agat ad legitimam, attamen si illam ei pater assignet, rectè retinere poterit, & ratio est quia est naturaliter debita.
12 Pater potest cogere filium, vt accipiat legitimam in vita, maximè si ipse petat alimenta extra domum.
13 Lex ciuilis non potest tollere vinculum naturale.
14 Pater soluendo legitimam recipiendo à filio pactum de non petendo, habetur ac si esset naturaliter mortuus quo ad validitatem assignationis.
15 Legitima rectè per patrem filio soluta in vita non est iteranda, si filius eam perdat.
16 Assignata an augeatur, vel minuatur auctis vel diminutis facultatibus patris tempore mortis pro, & contra; quod intellige citra iuramentum & numero 64.
17 Augeri peti potest, quoties non fuerit integrè assignata, imo vbi fuisset integrè secundum aliquos.
18 Dotis supplementum an debeatur, auctis patris facultatibus, prò & contrà.
19 Dos congrua ad opus supplementi petendi, est illa, quæ æquiualet legitimæ, stante statuto, vel pacto excludente dotatam à successione.
20 Supplementum dotis peti potest inspecto tempore mortis patris, quando dos fuit minor legitima.
21 Dos succedit loco legitimæ, quoties filia dotata excluditur à successione, ideò non debet esse minus legitima.
22 Pater assignans filiæ minus legitima pro dote, vbi excluditur à successione, dicitur dolo versari.
23 Dos deparagio datur fæminis ratione exclusionis à feudo, ideoq; loco legitimæ succedit.
24 Debetur supplementum illius, quando minor legitima fuerit assignata, vel taxata à Iudice & numero 27.
25 Filia nunquam dicetur exclusa, nisi paragium sit correspondens legitimæ non obstante renunciatione.
26 Filia licèt ante nubilem ætatem dotetur, poterit petere supplementum à patre, si minus legitima ei datum fuerit.
27 Taxatio Dotis deparagio per Iudicem facienda, non potest esse minus legitima, etiam quod ad patris instantiam taxetur.
28 Feudi fructus ad quam rationem ratiocinentur prò taxanda dote de paragio.
29 Fructus dotis deparagio retro decursos solet magna Curia taxare ad rationem de septem pro centenario.
30 Dos deparagio venit cum fructibus à die mortis parentis, & nubilis ætatis & num. 32.
31 Legitima cum fructibus à die mortis patris debetur.
32 Dos quando loco legitimæ succedit vna cum fructibus debetur eiusque supplementum similiter.
33 Fructus legitimæ & dotis deparagio an debeantur à tertio possessore bona fidei, discutitur latè.
34 Successor in feudo an teneatur ad fructus dotis deparagio longè decursos,
35 Fructus legitimæ vel paragij an debeantur, vbi adsit transactio vel renunciatio de medio, quæ petantur rescindi.
36 In integrum restitutione petita de iustitia veniunt fructus retro decursi.
37 Remedium l. 2. quando cumulatur cum restitutione in integrum veniunt fructus.
38 Supplementum dotis an transmittatur ad hæredes mulieris, latè disputatur.
39 Transmissio est de rebus ex legis vel statuti prouisione delatis, in hæredes translatio.
40 Ius supplementi petendi ex legis prouisione debetur.
41 Dotis deparagio supplementum an transmittatur ad hæredes, distingue inter suum & extraneum.
42 Matrimonij onera dicuntur quodam modo durare, quandò remanent filij soluto matrimonio.
43 Augeri dos non debet panes hæredem extraneum, apud quem dos non est amplius.
44 Dos ex fideicommisso non augetur, mortua muliere hæredibus extraneis relictis.
45 Paritas, seù additamentum, vt mulier nubat pari non transmittitur neque ceditur quod intellige vt statim.
46 Cessio fit de priuilegijs dotalibus ad mulieris vtilitatem.
47 Dos non est commensuranda legitimæ vbi legitima non est debita, nec loco legitimæ succedit,
48 Dos ex fideicommisso subiectis, extrà filias institutoris, illa dicitur congrua, cum qua mulier virum inuenit.
49 Pater an cogatur filio legitimam assignare dum viuit, quod non regula, etiam quod eum emancipauerit.
50 Legitima filij non potest confiscari viuente patre, ità vt restitutione non egeat, mortuo post confiscationem patre, & ratio assignatur.
51 Confiscatio non extenditur ad futura.
52 Pater cogitur assignare legitimam filio nubenti, ad hoc vt nubat, & filio vt eat ad Castra.
53 Legitima debetur filio, patre religionem in ingresso, eo ipso quod professionem emittit, extende vt statim, & numero sequenti, vbi habes contrarios,
55 Debetur etiam patre bannito cum confiscatione bonorum.
56 Quanta sit illa, quæ debetur filijs patre bannito, pro & contrà.
57 Pater non cogitur cauere de non barattandis bonis prò seruanda filijs legitima, sed quid si dissipet, an debeat legitimam assignare & vide num. 60. & 61.

58 *Licèt possit de eius bonis ad libitum disponere, tamen intelligitur citrà fraudem.*

59 *Legitima detrahitur ex immensis donationibus & quomodo, & quid de exiguis.*

60 *Arius Pinellus raro tenuit cum communi opinione.*

62 *Text. in l. non vsque adeo 2. D. si quis à parent. fuer. manumiss. explicatur.*

63 *Legitima assignata per patrem viuentem an augeatur, vel diminuatur, si facultates crescant vel decrescant.*

64 *Augmentum quale debeat esse illud, quod contingit in bonis hæreditarijs vt legitima, vel dos deparagio augeatur; & quid de diminutionibus.*

65 *Filius non potest petere nouam legitimam, si assignatam consumpserit, quandò rectè assignauit contrarij sunt num. 68.*

66 *Qui renunciauit potest omitti sine metu nullitatis testamenti, nec in legitima instituendus est, sed an idem sit de eo, qui habuit partem suam integram, & non renunciauit.*

67 *Naturalis potest in totum institui, cessante legitima sobole, etiàm si cesset mediantibus renunciationibus.*

69 *Pater cogitur iterùm dotare filiam, quæ sine culpa dotem amisit, & quare.*

70 *Non cogitur nisi præstare alimenta filio, qui legitimam perdidit, & filiæ, quæ dotem amisit, sed non marito.*

71 *Didaci Spino à cacer. distinctio in hac materia improbatur.*

72 *Statutum de insinuandis donationibus, etiam pro dote factis, non extenditur ad alimenta donata.*

PEnultimò secundum aliquos valida reputatur inter patrem & filium donatio pro legitima † ipsi
1 filio debita, quam opinionem primus tenuit Angel. *in l. si non mortis de inoff. testam.* Castr. *in l. ratione la prima num. 15. D. ad l. falcid.* Ias. *in leg. frater a fratre trar. in prima lectura colum. penult.* versicul. *septimo limita*, vbi alios refert Duen. *regul. 222. fallent.* 5. Soccin. *cons.* 107. *vol.* 3. Dec. *cons.* 86. cum alijs *infra numer.* 5.

Primo ducuntur exdicto textu in *l. si non mortis* 25. *D. de inoff. testam.* ibi *si non mortis causa fuerit donatum, sed inter viuos, hac tamen contemplatione, vt in quartam habeatur, potest dici inofficiosi querelam cessare, si quartam in donatione habeat*, quod repetijt Iustinianus *in l. si quando* 35. §. *& generaliter C. eod. tit. ibi vel aliquid ei dederit, vel mortis causa donatione, vel inter viuos sub ea conditione, vt hac inter viuos donatio in quartam ei computetur &c.*

2 Secundo ità argumentantur, quod pater † est quodam modo debitor filij in legitima, qui ideo dicitur legitimæ creditor *leg. & quia* 10. *D. pro socio l. si quis legatum* 6. *in fin. D. de falsis. l. vltima* §. *fin autem C. de curatorib.* Merlin. *de legitima libr.* 3. *tit.* 2. *quæst.* 29. *nu.* 12. *fol.* 430. Menoch. *cons.* 206. *num.* 98. Gratian. *discept.* 601. *num.* 13. alijque per eos relati, qui dicunt filios pro creditoribus haberi, ideoque donando illud quod in diem debet, dicitur potius soluere debitum
3 † quàm liberalitatem exercere argumento *l. sed si vir.* 32. §. *quod vir. D. de donat. inter vir. & vxor. ibi quod vir vxori indiem debet, sine metu donationis præsens soluere potest.*

Tertiò cum nota sit æquiparatio dotis, & legiti-
4 mæ; quia dos vt sæpius locum legitimæ † sortitur Riccard. de Malumbra in quadam disputatione, quem sequitur Ioan. Andr. ad speculat. *rubr. destat. monach. circa medium* versi. *scire debes*, Bald. *in l. sancimus* vbi Salic. *numer.* 6. *C. de nupt.* Rot. Roman. *in nouiss. titul. de consuetud. decis. prima in vlt. addit. numer.* 10. Abb. *cons.* 92. illud indubitati *num.* 3. *libr.* 2. Alex. *cons.* 55. *viso tit. num.* 1. Rustic. *ad l. cum auus. libr.* 3. *capit.* 9. *nu.* 7. Tiraquell. *in l. si vnquam* verbo, *susceperit, liberos, num.* 93. *C. de reuocand. donat.* Cesal. *cons.* 245. *num.* 31. Matteacius *de via & ratione Iuris lib.* 2. *cap.* 23. Fontanell. *claus.* 5. *gloss. prima part. prima numer.* 11. eod. modo debet valere donatio prò legitima sicut ea quæ fit prò dote; secundum hoc probatur per text. *in l. qui liberos* 19. *D. de rit. nupt. leg. Pomponius philadelfus* 36. *D. famil. ercisc.*

Quarto probatur autoritate Baldi dicentis posse
5 patrem assignare filio suam † partem dum viuit, *in l. cum oportet* §. *non autem C. de bon. quæ liber.* Mangil. post alios *quæstion.* 14. *numer.* 42. alios citat Molin. *de rit. nupt. libr.* 3. *& cap.* 88. *per totum* vltra adductos suprà numero primo.

6 Cæterum in contrariam sententiam † abierunt Aretin. *in l. placet D. de acquir. hæred. & cons.* 17. *num.* 4. Menoch. *præsumpt.* 29. *num.* 109. *libr.* 3. Fachin. *controuers. Iur. lib.* 3. *capit.* 79. Roder. Suar. *in l. quoniàm in priorib. in euidentialibus numer.* 4. *C. de inoff. testamen.* Et esse communem opinionem dicit Grass. §. *legitima quæst.* 12. *numer.* 5. versi. *Infertur* Item Ant. Faber. *de error. pragmat. decad.* 41. *error.* 7. *numer.* 11. *cum seqq.* annuit Peregrin. *de fideicom, artic.* 36. *num.* 134. versiculo, *ampliatur* & versiculo *An autem*, & Merlin. *libr.* 5. *titul.* 3. *quæst. prima, num.* 10. *fol.* 519. vbi supposite loquitur tamquam de re clara Vasq; *de success. creation. parte prima* §. 30. *num.* 61. cum alijs per Ceuall. *commun. contra comm. quæst.* 265. dicens esse magis cômunem, & veriorem Surd. *de aliment. titul.* 9. *quæst.* 2. *num.* 16.

Primò mouentur ex autoritate Baldi *in l.* 2. *num.* 5. *in fine C. de inoffic. testament.* dicentis, quod licèt pater
7 teneatur alere, † non tamèn potest donare prò alimentis; quod dictum exornat, atque auctoribus cumulat Cordubensis *in l. si quis à liberis in principio num.* 12. *C. de liberis agnosc.* & confirmat Surd. *dict. titul.* 9. *quæstione* 2. *fol.* 340. *& sequent.*

Ad quod responderi potest, argumentum hoc ab autoritate Baldi non stringere, cum è contra multi teneant, etiam prò alimentis valere donationem, quos refert Surdus ibi, qui potius cum ista videtur residere, & nouissimè Pater filius *de contract. tract.* 34. *cap.* 5. *de alijs speciebus donationionum num.* 108. *in fine fol.* 315. Itèm debitum alimentorum nascitur dietim, & futura alimenta non dicuntur debita, neque sunt alimenta, in tantum vt in nihilo priuilegientur.

Secundo adducitur textus *in l. cum de bonis* 11. *C. de donat.* vbi Imperator decernit nullam donationem fa-
8 ctam † per patrem filio de portione bonorum suorum.

Responderi potest, quod Imperator ibi de hoc non disputat, an datum prò legitima valeat; sed tantùm

tùm si intèt patrem, & filium donatio consistat; & ideò Imperator dicit illam quæstionem certi, atque indubij iuris esse, Itèm tantum abest, tractasse ibi de legitimæ assignatione in quantum loquitur de parte retenta, & parte donata, proptèr quæ verba insinuare videtur medietatem dedisse, ad quam nunquàm poterat ascendere legitima; paetis enim appellatione venit medietas vbi de altare parte dispônitur *ad l. nomen filiarum 164. §. portionis D. de verbor significat* Barr. *in l. 2. num. primo Cod. quando & quib. quarta pars debeatur libr.* 10. ubi lata additio.

Tertio argumentantur hoc modo, Regula est donationem inter patrem, & filium non valere propter impedimentum patriæ potestatis, l. donationes quas parentes dicta *l. cum de bonis* cum alijs per me *in secundo discursu part. prim.* adductis sed hæc exceptio non adest in Iure, vt valeat in hoc casu; ergò regulæ standum est.

Responderem, modò de hoc agi, an videlicet hæc limitatio sit vera, pro qua Textus, & rationes prædictæ à Doctoribus inducuntur, vnde hoc argumentum non valet; quia supponit indubitatum illud, de quo disceptatur.

Ex his vides, quàm controuersa sit hæc opinio, & licèt nefas videatur ab hac secunda recedere ob numerum Doctorum, qui ei adhæserunt; attamen existimo primam in puncto Iuris veriorem, & si secundam in iudicando sequendam existimes propter auctoritatem, & numerum tenentium eam.

Cum prima recordor respondisse prò Gerardo de Honofrio contra eius fratrem Vincentium, mouebar vltra prædicta fundamenta, ex eo quod firmum est
9 in iure legitimam filij ex iure quodammodo naturæ † deberi *l. scimus 36. §. illud C. de inoffic. testam. ibi ne per huiusmodi tramitem filius destituatur debito naturali*, quæ verba diligentissimè obseruanda esse, ait Grossr. ibi, & Bero: *in cap. Raynutius num.* 177. *de testam.* Peregr. qui alios cumulat *de fideicomm. art. 36. in principio* Merlin. *in prima quæst. libri primi tituli indem primi ante num.*7. Ant. Faber in iuris prudentia Papinia. *tomo 1. titul. 2. princip. 2. fol. 34. & error. 5. decad.* 74. Pete. Greg. Tholosan. *in sintagmat. Iuris libr. 44. cap. 5. num.* 10. Robles *de repræsentat. lib. 3. cap. 5.* 20. Marta *de success. part. prima quæst. 25. art. 5. fol.* 576. Tonin. *cons. 34. num. 58. vol. 1.* Borell. *cons. 49. num.* 48. Cost. *de remed. subsid. prælud. 1. num.* 19. Barz. *decis. 97. num.* 17. Ludouic. *decis.* 28. *inlucens.* Modest. Pistor. *cons. 2. num. 9. lib. 2.* Giurb. ad consuetud. *Mess. cap. 5. glos. 7. num. primo* ex textu ipsius statuti.

Debitum verò naturale ità consistit inter patrem & filium, vt solutione secuta inducatur vera, & irreuocabilis satisfactio, per ea quæ probauimus in particula proxima præcedenti in materia remunerationis, & licèt hoc non dicatur maturum, ità vt possit in
10 esse produci, nisi patris familias † morte secuta: ad text. *in l. cum quæritur. 6. C. de inoffic. testam. l. prima §. si impuberi D. de coll. bonor. leg. prima §. interdum D. de vulgar. l. vltima* vbi Bart. & Bald. *D. de liber agnosc.* cum mille per Ancharan. Iunior. *quæst. 51. numer. 5. lib. primo* Becc. *cons. 74. num.* 5. Menoch. *cons. 77. numero 6.* Grass. *§. legitima quæst. 2. num primo* Perra *de fideicomm. quæst. 15. num.* 18. Osasch. *decis. 172. nu.* 15. Ioseph. Ludouic. *decis.* 11. Gratian. *discept. 247. num.* 52. ex textu *in l. Papinianus* 8. §. *quarta D. de inoffic. testam.* sequitur Io. Francisc. del Castillo *decis. 189. nu.* 33. attamen hoc est ad effectum actionis † producen-
11 dæ contra patrem, vt non possit eo viuente aliquid peti sub dicto prætestu; quod nos fatemur ad effectum verò excipiendi, vt videlicet possit valide filius retinere bona, quæ fortè eiviuens parer assignasset pro legitima, qui est effectus naturalis obligationis, secus est nam diceitur vera solutio, & non donatio, quod nemo, quem viderim, aduertit.

12 Hinc dicunt Doctores, quod pater † potest cogere filium, vt eo viuente legitimam accipiat Bald. *in l. in successione numero 2. versi. quero quid de legitima C. de reuocand. his quæ in fraud. Cred.* Roder Suarez. *in leg. quoniam in prioribus limit. 4. num. 3. vers. nec obstat Crass. in §. legitima quæst. 12. num.* 8. Merlin *de legit. lib. 3. tit. 3. quæst. prima num.* 12. fuit in Sacro Consilio Neapolitano discussum & decisum in *decis.* 133. penes Vinc. de Franch. vbi expenditur dicta doctrina Baldi, in casu vbi filius petat alimenta eo quod nolit eum patre morare tunc enim ait ipse & bene, Pater potest se eximere ab hac obligatione alendi extra domum; soluendo legitimam.

Nec refragatur, quod si sponte fiat; sic saltem donatio respectu anticipationis temporis quasi tardius soluere sit minus soluere, & è contra, & quod hæc commoditas sit pretio æstimabilis, quia responsio est manifesta ex prædictis dum supponimus, quod pater se exonerat ab obligatione alendi, quæ semper ad fructus legitimæ correspondet, secundo respondetur quod soluere ante diem donatio non est *l. sed si vir. 32. §. quod vir. D. de donat. inter vir. & vxor.* item in omni casu non sustineretur in illo pluris quod importaret hæc commoditas.

Modò non repugnat vinculum patriæ potestatis, quæ impedimento est ne inter patrem & filium obligatio consistat, quod esse fortius argumentum fatinauit Menoch. *dicta præsump. 29. num. 3.* quia responde-
13 tur quod lex ciuili, non potest remouere † vinculum naturale, saltem quo ad retentionem, vt in terminis legitimæ arguit Marta *dicta quæst. 25. art. 5. nu. 7. par. prima summæ success. legal. fol.* 576.

Hanc secundam tenerem omnimode, in eo casu vbi filius recepta legitima fecisset pactum de aliud non petendo, & sic vbi se tollat de medio, etenim tunc †
14 pater haberetur ac si esset mortuus, & diceretur voluisse præuenire solutionem legitimæ, vt annuit Franch. *dicta decis. 133. numer.* 5. Menoch. *cons. 6. num.* 21. Bellon. *cons. 25. num.* 16. Sola *ad constit. Sabaud. gloss. 2. num.* 12. Fontanell. *claus. 9. gloss. vnica par. prima num. 28. tom. 2.* Riminald. Iun. *cons.* 317. ideoque bene va-
15 lebit, ità vt nec iterum † teneretur eam assignare, si filius illam perdat iuxta doctrinam Bartoli *in l. si cum dotem §. si post solutum* in fine *num. 5. D. solut. matrimon.* concordat Bald. *in Auth. scimus §. primo C. de inoffic. testam.* Ripa *in dicto §. si post solutum num.* 15. Iason. *in Auth. quod locum numero 7. vers. sic videmus C. de collat. & in l. scimus num. 6. C. de inoffic. testam.* Soce. sen. *consil. 75. numer. 7. libr. 1.* Menoch *de arbitr. cas. 132. nu. 56.* Gabr. *cons. 3. num. 19. libr. 2.* Osasq. *decis. 124. nu. 16.* Peregr. *de fideic. art. 36. num.* 143. Merlin la *de legitima libr. 2. tit. 2. quæst. 30. numer.* 5. adde in puncto Nonn. *cons. 95. numer.* 10. Honded. *consil. 74. nu-*

mer. 37

*num.*37.*&* 54. *vol.* 2. Guazin. *de confiscat. bonor. conclus.* 13. *limit.* 19. *num.*48. Giurb. *ad consuetud. Messan. cap.* 5. *gloss.*7. *num.* 3. *fol.*423. & si contra hos sentiat Anton. Faber. *in secunda parte de error. decad.* 41. *error.* 7. *num.* 11. vbi allegat prose Bald. *in Auth. si captiui Cod. de Episc. & Cleric.* firmans quod etiam citra fraudem, teneretur pater in mortem aliam legitimæ quantitatem filio relinquere.

Sed an valor bonorum patris tempore assignationis legitimæ attendi debeat, an tempore mortis; ita vt crescat legitima illis auctis: vel è contra decretis minuatur non leuis est controuersia; etenim non au-
16 geri, † aucto valore bonorum, & attendi tempus assignationis tenuerũt Rom. *in l. stipulatio hoc modo concep. D. de verbor. obligat.* Butr. & Natta *in cap. quamuis pactum* Boer. *decis.* 29. & quam plures per Grass. §. *legitima quæst.* 13. *à principio vsque vers. aut filius* & quam plures allati per nos *infra num.*63. *cum seq.*

Alij vero quos refert Cucchus *in rubr. Auth. nouissima Cod. de inoffic. testam. numer.* 4. Beregat. *in l. quartam numer.* 124. *in præfation. secunda parte* & plures quos sequitur Idem Crass. *ibi in principio*, Thesaur. & Merlin. cum alijs infra statim allegandis tenent in contrarium, Imo supplementum competere super bonis auctis, qui loquuntur vbi nullum adest iuramentum, nam vbi adsit illud seruandum est, nisi forte læsio proponatur: Crass. *ibi vers. aut. filius* Dec. *in l. pactum quod dotali num.* 16. ibi Odofred. & Curt. *nu.* 43. Americ. *de patria potest: effect.* 16. *numer.* 51. Thesaur. *quæst.*93. *libr.* 2. in forens. Merl. *de legitima libr.* 3. *tit.* 3. *quæst.*4. *num.* 3. *&* 6. *fol.* 435. mille per Giurb. *ad consuetud. messan. capitulo* 3. *gloss.* 14. *num.* 3. *cum multis sequent.* post alios Molin. *de ritu nupt. libr.*3. *cap.* 88. *nu.*9. *vers. contrarium*, nouissimè Rouit. *cons.* 36. *num.*12. *tom.*2.

Cessante verò Iuramento, vbi adsit pactum de non petendo, vel sit assignata legitima ad complementum ipsius, nulla spe remanente tempore mortis, ijdémet contrarij tenent dari actionem ad supplementum, etiam super facultatibus auctis, si attento tempore assignationis, legitima non fuerit assignata
17 integra, ille enim defectus facit vt non inducatur satisfactio, & quod ideo filius non teneatur stare assignationi, vt post Vasq; *de success. progres.* §. 20. *n.* 291. tenet Crass. *ibi in fine* Thesaur. *dicta quæst.* 93. *num.* 4. *&* 5. Merlin. *dict. loco libr.* 2. *tit.* 3. *quæst.* 4. *numer.* 10. *fol.* 435. Trentacinquius *variar. resolut. libr. primo titulo de legitima resolutione* 2. *numero* 7. versic. *contra hanc.* & vers. *huic textui* ex nostris Regens Corsett. ad patrem *consil.* 16. *numer.* 16. *&* 17. cui addendi sunt Milan. *decis.* 11. *num.*66. *libr. primo* Bombin. *cons.* 55. *n.* 10. Rota Romana per Pacific. *decis.*160. *n.*2. *post tract. de saluian. interdicto* Ruin. *cons.*56. *n.*7. *lib.*3. Gabr. *cons.* 11. *n.*32. *lib.*1. Menoch. *de arbitrar. casu* 149. *numer.*18. Mangil. *de imput. q.*54. *n.*43. Petra *de fideic. q.*15. *n.*129. Cancer. *var. resolut. tom. primo cap.*3. *de legitima numer.* 15. *cum seq.* Castill. *de vsufruct. cap.*64. *num.*13. iterum Merlin. *lib.*5. *tit.*3. *q.* 7. *num* 40. *fol.*537. Franc. Molin. *de ritu nupt. libr.*3. *quæst.*72. *num.* 13. melior quam omnes Anton. Faber. *de error. pragmat. decad.* 13. *error.* 4. *num.*13. 14. *&* 15. in hæc verba, (similiter dicendum erit posse fieri, vt viuus pater filio prouideat, ne vlla parte defuncto supersit petitio legitimæ, nimirum si ea bonorum quantitas quæ filio data est pro legitima, aut ea lege vt in legitimam quandoque imputetur respondeat ei quantitati, quæ filio, si tum pater decederet, pro legitima deberetur: alioqui non bene prouidisse dici posset, qui minus filio, quam lex dedisset, at neque hoc sufficere poterit, vt à legitima suo tempore petenda filius excludatur, sed illud præterea exigendum erit vt quantitas quæ filio data fuerit pro legitima, ei quantitati respondeat, quæ mortis tempore in bonis patris debeatur, aliter enim eueniret vt minus plena esset patris prouisio; & consequenter vt fieret iniuria legibus, ex quibus legitima debetur, si minore portione, quæ a patre data esset, contentus esse filius cogeretur, at qui quæstio quam tractamus, ad eum casum pertinet, quo minus datum sit filiæ à patre, pro legitima quam ei ex legibus deberetur, si non renunciasset.

Non potest igitur fieri, vt quandiu, vel vnus quadrans ei quantitati deest, quæ filiæ ex legibus citra renunciationem mortis tempore deberetur, legibus satisfactum, & naturale hoc debitum anticipata solutione extinctum videatur hæc ille.

Et hæc est verior, & communior opinio, licet non desint, qui teneant deberi supplemẽtum respectu augmenti, inspecto tempore mortis, etiam in casu vbi legitima fuerit integrè assignata respectu bonorum, quæ pater habebat assignationis tempore; quo citra renunciationem locutus existimo horum aliquos refert Crass. *dict. quæst.*13. Peregr. *art.*36. *num.* 17. *de fideic.* Petra *cod. tract. q.*15. *n.*129. Pancir. *cons.*88. *n.*28. Cephal. *cons.*165. *n.*20. Bertaz. *cons.*25. *n.*121. *in ciuil.* Surd. *cons.*488. *num.*27. Anna *cons.*26. *n.*18. alijq; relati per D. Regentem Corset. loco citato; concordant, Ant. Faber *in dict. error.*4. *nu.*22. Molin. *de rit. nupt. lib.* 3. *cap.* 88. *num.*2.

Sed an idem sit in dote, non minus intricata est quæstio, etenim idem ius esse, quod videlicet debea-
18 tur augmentum, † si concedenter dotata fuerit, in casu vbi dos venisset commensuranda legitimæ, voluere quam plures; Grammat. *dict. decis.*57. *n.*43. vers. *nec mirabiliter, & decis.* 101. *num.*6. *vers.*23. Cannet. *in extrau. si aliquem* vers. *cum præfati folio* 316. Camill. la Rata *cons.*26. *n.*56. qui loquuntur in terminis dotis de paragio; & generaliter in terminis dotis quam plures relati per Gratian. *decis.*27. *nu.*13. *& seq. & discep.* 148. *nu.*10. *&* 12. Bombin. *cons.* 55. *numer.*12. *&* 13. *&* 74. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.*12. *titul.*23. Pasqualis *de patr. potest. parte* 2. *cap.*4. *num.*24. alijque per Merlin. *de legitima lib.*3. *tit. primo q.*12. *nu.*28. Giurb. *ad consuetud. messan. cap.*3. *gloss.* 14. *nu.*14. qui alios adducit.

Qui indistincte sequendi non sunt, verum enim vero vbi filia decenter dotata fuerit, tam si adsit statutum dotatam excludens, quam non, agere non poterit ad supplementum Decian. *respons.* 6. *nu.*78. *libr.* 1. Pancirol. *consil.*88. *num.*26 Laderch. *consil.*35. *à num.* 5. *vsque* 9. Peregr. *consil.*22. *num.*11. *lib.*5. *& de fideicom. articul.*42. *num.*40. Petr. *in consimili tractatu quæst.* 15. *numer.*131. Mantica *de coniect. vlt. volunt. libr.*12. *titul.* 24. *num.*8. Honded. *consil.*16. *num.*34. *lib.*1. Mangil. *de imput. quæst.*54. *num.*42 Surd. *cons.*488. *numer.* 36. Gaspar. *Thesaur. dict. quæst.*93. *numer.*8. Pacific. *dicta decis.* 160. *num.* 2. Ant. Faber *in Cod. tit. de inoffic. testament. definit.*

finit. 23. Fontanell. *de pact. nupt. claus.* 5. *gloss.* 8. *à num.* 8. *vsque* 16. Fusar. *quæst.* 531. *numer.* 17. *& sequentib. de fideicommiss.* Ioseph. Ramon. *consil. primo num.* 13. Merlin. *de legitima libr.* 3. *titul.* 1. *quæst.* 12. *numer.* 26. vers. *tertio non est*, *fol.* 282. ex nostris Regens Coisettus ad patrem *dicto cons.* 16. *num.* 19. vbi mille cumulat Marius Giurba *ad consuet. d. cap.* 3. *gloss.* 14. *p.* 1. *n.* 15. Ioan. Francisco del Castill. *decis.* 189. *num.* 6. *& decis.* 203. *num.* 8. *vers. quod tamen Muta ad consuet. Panorm. cap.* 47. *n.* 175. *& seq.* D. Anton. Amat. *resolut.* 23. *num.* 7. qui secus affirmant vbi congrue dotata non fuerit; late post hæc visus Rouitus *consil.* 36. *tom.* 2. *per totum*, punctus ergo stat in vidēdo, quando dicatur decenter, & congruè dotata, in qua quæstione multi ex nostris insudarunt, & tandem rem ità inuolutam, vti eam inuenere relinquerunt; licet totis viribus eam fuerint aggressi, multi sicco pede pertransiciunt, non mirum lector optime si remisse nos habuerimus.

Sequendo ideo distinctionem illam quàm sempèr de iure respondendo amplexus fui maximè pro Don Petro Migliazzo ex Marchionibus Montis Maioris contra Vincentium Pilo Comitem Capacis, & pro Marchione Florestè contra quosdam de Orioles, de quibus apparent mea responsa, duos constituto casus.

Primus vbi dos succedat loco legitimæ secundus vbi legitimæ naturam non sortiatur; Primo casu indistinctè tenendum puto, dotem congruam † illam di-

19 ci, quæ legitimæ quantitate inspecta minor illa non sit; ad opus ne peti possit supplementum pet patris obitum; hanc opinionem in terminis statuti mandantis fœminam dotari, cum priuatione succedendi fauore masculorum; post multos firmauit Borellus *consil.* 22. *numer. septimo* Menoch. *consil. octauo numero* 13. Medices *consil.* 25. *numer.* 10. Cannet. *in extrauagant. si aliquem versicul. sed si contra fol.* 314. Petr. *de fideicommiss. quæst.* 15. *num.* 129.

Nec obstant. Decian. *respons.* 6. *lib.* 1. Peregr. *cons.* 86. *libr.* 1. Hondedeus. *cons.* 10. *lib. prim.* quia ipsi, & alij si qui sunt, si bene aduertantur, loquuntur vbi statutum mandabat tantummodo filias dotari, non verò vbi vltra progrediebatur, excludendo eas propter masculos; vt explicar Dec. *consil.* 275. & Marta *voto* 59. *num.* 8. etenim vbi statutum loquatur excludendo ratione exclusionis debent pinguius dotari, ita vt patris arbitrio standum nec sit, Giurba post multos *cap.* 3. *gloss.* 7. *num.* 20. qui multa argumenta adducit ad congruitatem cognoscendam, cui super hoc addo Fusar. *quæst.* 531. *nu.* 163. & quod incongrua sit dos, quæ ad ratam legitimæ non ascendit, mille citat idem Giurba *d. loco d. num.* 37. Anton. Faber. *d. tit. de inoffic. testam. definit.* 23. vers. *vt si ab initio.* Carpan. *ad statut. Mediolan. cap.* 278. *num.* 214. *p.* 1. Menoch. *cons.* 8. *numer.* 9. la Ratha *cons.* 26. *numer.* 23. Farinac. *tomo vnico decis.* 31. Fontanell. *dict. claus.* 5. *glos.* 8. *p.* 1. *num.* 5. Molin. *de ritu nupt. libr.* 3. *quæst.* 96. *numer.* 5. Ioseph. Ramon. *cons.* 1. *num.* 21.

Quarè si minus legitima assignatum sit, poterit

20 supplementum, † peti, inspectis facultatibus auctis tempore mortis, quia dicitur minus congruè dotata Croc. *in l. stipulatio hoc modo concepta num.* 25. *versicul. ex hac limitatione D. de verborum obligation.* Cephal. *consil.* 501. *num.* 15. 16. *&* 60. Mantic. *de tacit. dicto libr.* 12. *titul.* 24. *num.* 8. *versicul. aut vero, & numer.* 14. Fontanell. *dicto loco numer.* 14. Crauetta *consil.* 236. *numer.* 4. Bombin. *in consil.* 55. *numer.* 8. Amatus *resolut.* 23. *numer.* 7. doctè, & eruditè Lel. Caput. in *Consuetudin. si moriatur parte* 2. §. 12. *numer.* 3. *per tot. fol.* 272. dotata enim non dicitur, quæ dotem congruam non habuit, & subsequenter neque exclusa Cannet. *ad extrauagant. si aliquem fol.* 317. *numero* 3. Pettus de Gregor. *de concession. feud. part.* 4. *quæst.* 5. *nu.* 33. Cumm. *in repetition. d. extrauagant. si aliquem verbo maritata num.* 163. *& seq.* qui ex hoc inferunt, quod primogenita non excluditur per secundo; nisi si, & quatenus reperiatur decenter dotata, ante eos Corn. *consil.* 100. *lib.* 3. *colum.* 2. certum verò est, quod

21 vbi dos debetur filiæ à statuto † exclusæ fauore masculorum, tunc succedat loco legitimæ post Cin. Bartol. & Castr. in *l. titio centum* §. *titio ge uero D. de condit. & demonstration.* Cephal. *consil.* 145. in hac consultatione *num.* 22. *lib.* 1. Merlin. *de legitima libr.* 3. *titul.* 1. *quæst.* 6. *num.* 25. *folio* 253. Sesse *decision.* 26. Vasquez *in Autent ica nouissima numer.* 239. & decisum in Rota Romana *in vna albanensi legitimæ refert.* Marescot. *lib.* 1. *cap.* 28. *num.* 4. *var. resolut.* & in alia *Calinensi dotis* 15. *Octobris* 159. *&* 24. *Maij* 1599. coram D. Orano, & nouiss. *decis.* 540. *p.* 1. & apud Seraphin. *decis.* 959. *num.* 5. *& in perusina dotis* 21. *Maij* 1602. coram Illustrissimo Mellino, *& in alia firmana legitimæ* 30. *Octobris* 1617. coram Reuerendissimo D. Vbald. Zuccardus *consil.* 77. Becc. *consil.* 112. *num.* 9. Decianus *respons.* 46. *num.* 20. 30. *&* 40. *folio* 3. Surd. *de aliment. tit.* 3. *quæst. prima nu.* 39. Mastrill. ad Petr. de Gregor. *de dote de parag. quæst.* 2. *lit. A.* Marta *de legali success. p.* 4. *quæst.* 18. *artic.* 8. *num.* 70. *tom.* 2. ex quo fit vt minus legitima assignari non possit, sicuti nec minus bonus vir arbitraretur, Cephalus *cons.* 502. *num.* 9. *cum seq. Surd. d. tit.* 3. *quæst.* 1. *nu.* 60. *&* 75. *& cons.* 393. *num.* 34. *Bombin. d. cons.* 55. *nu.* 56. Mangil. *de imputat. quæst.* 54. *num.* 21. Intrigliol. *de feud. cent.* 2. *art.* 72. *num.* 28. *Muta ad c.* 98. *num.* 33. *Regis Fiderici* Mastrill. *decis.* 242. *num.* 24. *& per tot.* vbi fuit recessum ab arbitrio ex hoc capite.

22 Quare pater dicitur male se habere, † si filiæ minus legitima assignet, imo dolo versati, vbi illa sit exclusa ex dotatione, vt tenet Antonius Faber. *dict. definitio* 23. *num.* 21. *vers. sin minus* Camill. de Medic. *consil.* 25. *num.* 4. Peregrinus *consil.* 86. *lib. primo* Gram. *decis.* 101. *num.* 3. 32. *&* 50. Menoch. *dicto consil.* 8. *nu.* 11. Gratianus *decision.* 27. *num.* 5. Giurb. *ad consuetudin. cap.* 3. *gloss.* 7. *parte prima numer.* 54. *ad finem.*

23 Hęc applicantur ad taxationem dotis, de paragio, quæ per Constit. Regni in aliquibus datur fęminis ratione exclusionis, vt ita demum excludantur, si dotentur, succedit enim hoc casu dos ista loco legitimę, & ea minus esse non debet, vt in terminis tenuit Isernias *in dicta constitut. in aliquibus fol.* 257. *colum. prim. in fine, & in principio* 2. *columu.* Afflict. *decis.* 160. vbi additio Grammat. *decis.* 101. *num.* 43. Franch. *decis.* 61. *num.* 5. Lanar. *consil.* 70. *nu.* 4. Aponte *consil.* 74. *num.* 5. Anna *allegat.* 70. *num.* 13. eius filius *cons.* 6. *nu.* 10. *& consil.* 73. *num.* 8. Athoio *in compendio verbo paragium conclusion.* 3. idem Petro Gregor. *de concession. feud. p.* 4. *quæst.* 5. *num.* 32. Intrigl. *de feud. centu.* 2. *art.* 72. *num.* 7.

Q

num.7. & *cent.p. quæst.*5 t. *num.* 206. Cumia *in extrau. si aliquem* verbo *maritata numer.* 122. verf. *sed licet*,
Goffred. *conf.26.num.*15. Lel. Caput. *ad consuet.si mo*
riatur part.2.§.12.num. 3. *folio* 172. Giurba *ad consuetu-*
din. dicto capitul, tertio Glossa 7, *parte prima num.* 25. &
numer. 41. versicul. *nec erit minor legitima*, Bombin.
dicto consil. 55, *numer.* 58. Petr. Enriquez *consil. deci-*
mo quinto numer, tertio Camill. de Medic. *cons.* 25. *nu.*9,
24 la Ratha *cons.26.n.23.* & 29. *cons.69.n.17.* ideo † si mi
nus fuerit assignatum, datur actio ad supplementum
Petr. Gregor. *de dote de parag.quæst.* 2. *num.* 5. Lel. Ca-
pur. *ad dictam consuetud. si moriatur par.2.§.12.num.*3,
vers. *in casu nostro.*

Quod vero succedat loco legitimæ tennit Andreas
de Isernia, *in dicta constit, in aliquibus* Loffred. *cons.* 26.
*num.*15. Petr. de Gregor. *quæst.* 34. vers. *secundo verò*
dict. tractatu Intrigl. *de feud. cent. prima, quæst.* 51. *nu.*
206. Fab. Anna *cons* 120, *lib.* 2. Deponte *cons.*65. Ma-
strill. *decis.*251. *num.*13. & *decis*, 248. *num*, 50. & 51. A-
mat. *resolut.* 2. *num* 17. vbi allegat Fab. Annani. *cons.*
6. *num*, 3. D. de Ponte *cons.*50. *num.*4. *lib.*2. Vincent. de
Anna *allega.*70. la Ratha, qui alios allegat *d.cons.* 69.
num, 7. & 8. *cum seq.* & si contra videtur tenere Roni-
tusd. *cons.* 26. *lib.*2. nam quidquid sit ad alios effectus
certum est quod respectu ne sit minor legitima, loco
legitimę habetur.

Ideo sicuti pater dum moritur, non potest tollere,
vel dimminuere filij legitimam in fraudem legis ita
non poterit baro viuens dotando excludere filiam à
legitima ei debita, cuius loco est subrogata dos de
paraggio; ex beneficio dictæ constitutionis filiæ de-
bita, vt ait la Ratha *dicto cons.*26. *num.*29.

Ex hoc fit, vt sicut diximus in dote congrua, stante
statuto exclusiuo propter dotem, quod si minus fue-
rit legitima, inspecto tempore dotationis; ac si pa-
ter tunc facto cessisset; poterit peti supplementum;
idem firmandum sit in dote hac de paragio; vt nec pa
25 ter † nec feudum censeatur exoneratum, nisi in eo
tantum casu, quo ad legitimæ summam dos ascen-
dat, etiam si de exclusione à successione agatur; Ca-
mill. Medic. *consil.* 25, *numer.*11, *cum plurib. sequentibus*
la Ratha *consil*, 26. *numer.* 29. & 56. qui hoc etiam
affirmat renunciatione iurata non obstante ante hos
Decius *consil.*275. Gramat. *decis.*101. *numer.*4. 14. 24.
26. & 30. Canneti *in dicta extrauag. si aliquem versi-*
*cul. sed quantum fol.*314. Petrus Gregorius *dicto tractat*,
quæstion. 33. *numer.* 3. Intrigliol. *de feud. dicto articul.*
72. *numer.*18. Regens Corsettus ad patrem *consil.* 16.
ad finem. Amat, *resolution.*23. *numer.*7 mille refert Mu.
ta *decis.*90. *n.*40. maximè Ferdinandum Boniornum.

Quæ extenduntur, vt procedant, etiam si ante
26 nubilem ætatem pater † eam vellet nuptui tradere,
nam si dotetur minus legitima, remanebit ei actio
ad supplementum petendum mortuo patre, Petr. Gre-
gor. de dote de parag. *quæst.*25. *num.* 12. & hoc ope-
raretur dotatio in vita patris, vt non posset conque-
ri durante eius vita; saluo ei iure agendi post eius mor-
tem Giurb. *ad consuetud. Messanæ capit.*3. *gloss.* 7. *num.*
6. *cum allegatis.*

Non mirum ergo si videmus qootidie à Iudicibus
27 taxari ad ratam legitimæ, † aliàs enim male face-
rent, nam & si permittatur patri dum viuit modi-
cam etiam dotem dando, filiam viro tradere, cui
postea remanet actio ad supplementum, vt sæpius
repetitum est, hoc euenit, quia non potest dici patri
cur ita facis, sed iudex, qui debet secundum legem
iudicare, taxando debet sequi iuris dispositionem, e-
tiam quod taxatio fiat ad patris requisitionem vt di-
cebam in dicto casu Don Petri Migliarij cum Pilo, vbi
taxatio præcesserat per iudicem facta, quam certum
est regulari debuisse ad legitimam, inspecta quanti-
tate filiorum, & patrimonij, ideoq. non de patris iu-
dicio erat disputandum, sed de iudicijs errore, seu
verius de probationum defectu circa valorem bono-
rum, quoties enim apparet aliter se habuisse, & do-
tem non rectè taxatam, toties firmandum est dotem
non fuisse congruè datam, ideoque mansisse filiam in
suo iure petendi illam integram, nec repelli poterat
per dotationem, quæ inuenitur minus habens, illa
enim eam non excluserat vt diximus *supra num.* 25. &
ideo potest peti vt ex integrò taxetur, ad quæ facit
decisio Mastrill. 172. secundum quæ fuit decisum no-
uissime, in dicta causa inter Miglacium, & Pilum sub
die 7. Octobr. 1629.

Due super his possunt occurere difficultates, pri-
ma quomodo fiat taxatio, & ad quam rationem ra-
ciocinentor fructus feudi, secunda an debeantur fru-
ctus istius supplementi, si contra tertium possessorem
petantur à die mortis, an à die litis contestatæ.

28 Ad primum solet distingui inter † feuda titulata
cum vassallis, & non titulata primo casu recipitur
indistinctè Anthentica illa *tit. de non alienando, incipit*
alicuius cum glossa verbo iusta C. de sacrosan. Eccles. de
quibus nonnulla tradidimus *in discursu secundo* 1. *tra-*
ct.par.6. numero 150. quod scilicet iustus rei valor iu-
dicantur reditus rei per annos viginti, qui solent cor-
respondere ad quinque pro centum, & eandemmet
rationem taxatio fit, vti refert Mastrillus taxaram
fuisse pro Marthione Sortini contra ducem Terrenouę
*discept.*1. *num.*17. vbi quod ita consueuit fieri per M.C.
pluresque alias adducit sententias, & iterum inter eas-
dem partes *in decis.*248. *in fin.* Muta *decis* 90. *num.* 3.
qui nulle concordantes adducit ad dictas Autēticas, di-
citque ita decisum pluries, allegans pluries ex nostra-
tibus, maximè Octauium Corset. Regentem de Gam-
bacurta, & Tubiolum Bensari, addo decisionem pro
Comite Raccudiæ contra Principem Butere, fructus
29 autem retro decursos † solet magna Curia taxare ad
rationem de septem pro centenario, vt testatur Ma-
strill. *dict. decis.* 1. *num.* 17. & *decis.*248. *in fine* Muta
*dict. decis.*90. *numer.*38. *in fine*, Secundo casu vidimus
quandoque ad eamdem rationem taxari, sicuti multa
exempla refert Muta ibi, quod durum semper mihi
visum fuit stante prædicta distinctione.

Diximus taxari fructus præteritos dotis de paragio
30 a die mortis † patris ad septem, sub eadem supposi-
tione, quod tanquam portio, quæ succedit loco legi-
31 timæ, debeatur cum † fructibus *l. papinianus* 8. §. *vnde*
si quis C. de inoffic. testam. Gloss. & Bald. *in l. in fideicom-*
missaria in princip. D. ad trebell. Bald. *consil.*221. super
primo puncto *lib.*4. Alex, *cons.*69. *numer.* 3. *vers. super*
secundo lib. 1. Capra *cons.*6. *numer.* 8. & *cons.*88. *n.*14. &
*cons.*153. *nu.*10. Corneus *cons.*265. *in fin. num.*12. *libr.*3.
Boss. *tit. de publicat. bonorum n.*7. Marzar. *cons.*38. *n.*85.
Ruinus *cons.*56. *numer.* 20. *lib.*2. Natta *consil.*156. *n.*6.
Gabr. *consil.*45. *num.*5. *libr.*2. & *consil.*108. *numer.* 5.
eod.

eod.libr. Cephal.*consil.95.num.19.* Tiraquell.*in l.si vn-quam in verbo susceperit liberos num.77. C. de reuocand. donat.* Petra *de fideic. quæst. 15.numer. 117.* Peregrin. *eod. tract.art.26.numer.69.*Menoch.*consil.77.num.13.* Cucchus *de legitima tit. de legitima pleno iure relinquenda num. 10.* Surd. *consil.128.nu. 4.* Merlin. *de legitima lib.2. tit.1.quæst.1.nu.3.* Anton. Faber. *tit.de inoffic. testam.lib.3.tit.19.definit.11.* Gratia. *discept.241. num. 8. & discept.688.tom.4.* Ginrb. *cap.4.gloss. 4. num.16. & 18.*

32 Quod in puncto dotis † succedentis loco legitimæ
tenuerunt Alexand. *d.cons. 69. numer. 3. & cons. 7.*
*numer.8.& 9.lib.1.*Soccin. *cons.57.num.42.lib.4.*Ruin.
cons.2.nu.22. cui Soccin.se subscripsit *lib.3.* Merlin.*ibi*
*numer.7.*dicens quod per Rotam taxantur ad rationẽ
de septem cum dimidio; allegat Rotæ *decis.571.num.*
*2.in recentior. parte 2.*Marescot.*var.lib.2.cap.82.num.*
53. & in terminis dotis de paraggio vltra prædictas
decisiones allegari possunt noster Petrus de Gregor.
de dote de paragio qu. 26. vbi refert & sequitur Alex.
dicto consil.69. amplians etiam ad petitionem supple-
menti huiusmodi dotis: Anna *allegation. 70.* vbi addi-
tio filij Peregrin. *dicto articul. 36. numer.69.*Menoch.
consil.251. num.54. Aponte *consil.50.numer.27.*Muta
decis.90.num. 36. Giurb. ibi quæ procedunt si legiti-
ma, vel dos de paragio contra patris hęredem peta-
tur; cæterum si contra tertium possessorem iudicium
instituatur, non est ita expeditum, etenim tunc intrat
regula textus *in l.bona fidei 48. D. de acquirend. rerum*
33 *domin.* vt si tertius ille bonę fidei possessor † existat,
suos faciat fructus, antequã iudicialiter in mora con-
stituatur per litis contestationem; iuxta, ea quæ tra-
dir. I.C. in *l.videamus 19. §. ex causa D. de vsur.* vbi
gloss. verbo *communicandi DD. in l.si filius §. final. Dig.*
*de verbor. obligation.*Ruin. *consil.36. numer. 13. libr.4.*
Emanuel à Costa *in capitul. si pater verbo obliqua num.*
56. & seq. de testam.Surd. *consil. 293. num. 8. & 11.*
lib.2.& decis. 2.numer. 16. Alex. Raudens. *decis.pisan.*
30. numer. 213. Montaner. ad Oliban. *de action. part.*
2. libr. 1. cap. 6. num. 12. Gratian. *discept. 649. num.*
6.& in puncto ita tenet Rouit.*consil. 20. à nu.9.& per*
sequentib. tomo primo, quem refert, & sequitur Ioan.
Baptist. Athoro *in secunda parte compendij decision.*ver-
bo *fructus*, *legitimæ fol. 249.* referens plutics deci-
sum, & licet quæstio Rouiti vertatur super legitima
debita in pecunia, tamen idem est de illa, quæ de-
betur in stabilibus; quando penes tertium bonæ fidei
possessorem inueniuntur, & ideo ipse se ipsum expli-
cando dicit loqui vbi pecunia fuerit assignata pro le-
gitima, loco corporum hæreditariorum, & non vbi
tota hæreditas consistit in pecunia; nam in hoc secun-
do casu neque hæres teneretur ad fructus, vel dicamus
interesse pecuniæ nisi a die moræ Rouitus ibi, & latius
Stephanus Gratianus *disceptation.688. numer. 10.* vbi
allegat Peregrinum *de fideicommiss. articul. 36. numer.*
69. ante finem dicentem bis obtinuisse, prout etiam
per decisum fuit in dicta causa per Gratian. relata la-
tè Giurba *dicto capitul. quarto glossa quarta à num. 15.*
& in stabilibus Cancer. *variarum resolutio cap.16.num.*
79. lib.3. cum quibus tenerem, & post hæc scripta vi-
sum adeas Theodor. *allegatio 81.numer. 29.30.& 31.*
& Dominum Regens Amat.*consil.39.*qui tres loquun-
tur contra tertium.

Beneuerum quod vellem aduertas tertium posses-
sorem nos, non ità accipere, vt comprehendamus
34 successorem † in feudo, quia iste talis respectu one-
rum afficientium feudum habetur vti hæres, vt ex Per-
no *consil. 12.* firmat Mastrillus *decision. 56.* de quo
scripsi pro Barone Verduræ contra illam de Pinsarro-
ne, in curiosa quæstione quam videbis in *secunda tra-
ctat.* vbi de donatione feudalium agetur, licet non
desint ex nostratibus, qui in ijsdemmet terminis quò
ad fructus teneant pro negatiua prout Aloijsius de
Septimo relatus per Cannet. *in capit. volentes* versic.
At non erit otiosa folio 93. qui extendunt ad casum vbi
pro dote de paraggio iam constituta feudum fuisset
hypothecatum per feudatarium, contra quos tenue-
runt Blaschus Lancea cum alijs relatis per Milanens.
decis.8.à num.360.vsque 386.lib. primo, & facit etiam
Castill. *decision. 17. numero 43.* Corsetus *consil.15.* ibi-
que additio filij, iuxta quorum opinionem post hæc
scripta fuit decisum in causa egregiæ quantitatis pro
illis dominabus del Carretto contra Comitem Regal-
muti de anno præsenti 1629. per illustrem Præsidem
de Blaschis, & Spectab. de Castillo, & Potenzano
super taxatione dotium de paraggio, quæ erunt in-
telligenda iuxta consilium prædictum Surdi vbi non
essent elapsi anni 30. & dos non esset in pactum dedu-
cta. Et nouissimè refert iusta prædicta decisum con-
tra tertium possessorem feudi D. Tap.*decis.48.per tot.*
S.C.N. qui exactè quęstionem disputat, & qualis com-
petat pro paragio actio ostendit, & alios allegat ad-
do Giurb. *c.4.gl.4.n.11.*

Sed quid dicendum vbi adesset de medio renuncia-
35 tio † vel transactio, facta per eum, qui petit supple-
mentum legitimæ, vel dotis de paragio; an si petat
haberi illas pro rescissis via in integrum restitutionis
stante læsione recuperet fructus decursos; & inue-
nimus quod Rouit. *dicto cons.20. numer.12. vers. secus*
tom.1. tenet non venire fructus nisi a die petitionis, ex
quo hæres mediante transactione fuit effectus posses-
sor bonæ fidei, maxime quia natura rescissorię actio-
nis est vt non habebat oculos retro, ac ideo in ea
numquam veniunt fructus, Regens de Ponte *cons. 28.*
Bardellon. *cons.59.* ex nostris Mastrill. *decis.33.nu. 4.*
Castill.*decis.16.& decis.122.* Giurb. *decis.105.num. 8.*
qui mille afferunt.

Sed contra expressè tenuit Faber. *in C.lib.3.tit. 19.*
de inoffic.testam.definit.11.num. 7. vbi post firmatam
conclusionem, quod in petitione legitimæ, & supple-
menti ipsius veniunt fructus, sequitur, in hæc verba,
nec tantum eo casu quo supplementum ab initio de-
bitum fuerit, sed quod magis est, illo etiam casu,
quo fuerit indebitum propter renunciationem, adhi-
bito iureiurando factã, si modò debitum esse cæperit,
petita, vt plerumque fit, & obtenta aduersus renun-
ciationem in integrum restitutione, licet enim bona
fide, & cum titulo ab hærede percepti videantur, fa-
uor tamen legitimæ portionis eliciti vt potestas re-
stitutionis tollat prorsus intellectum renunciationis
ac perinde sit, ac si renunciatio nulla vnquam pro-
cessisset, iuxta quam opinionem mihi relatum fuit
fuisse decisum pro quadam de Imperatore, &
vidi disputati sæpius, ego vero habui dum hæc

scriberem pro D. Petro Migliazzo contra Vincentium Pilo licet altèr Dominus allegauerit, & vt audiui non obtinuerit ad fructus, existimo non quod prædicta cessarent, sed quia fortè non agnouerunt adesse læsionem talem, vt restitutio competeret, item stante lapsu quatraginta annorum, quæ doctrina, quę certe aurea est subsistent atur ex alio fundamento, quod videlicet per integri restitutionem, vbi de iustitia competit, quis reponitur in pristinn statu, quo erat ante
36 actum gestum, † quo ad fructus, vt fundat Sfort. *de restit. in integr. quæst. 45. art. 2. num. 11.* Olban. *de action. par. 2. lib. primo c. 15. num. 31.* Peregr. *de fideicomm. art. 49. num. 118. vers. pro solutione in fine*, & seruari in senatu firmat Fontanell. *de pact. nupt. claus. 7. glos. 3. par. 2. à num. 13. & seq.* hinc fit, quod quando cum † re-
37 medio *l. 2. C. de rescind. vend.* cumulatur integri restitutio, quod posse fieri alibi diximus, veniunt fructus ad instar redibitoriæ vt affirmant Bal. & Sal. ibi Gabr. *titul. de empt. & vend. concl. 1. num. 14.*

Ad Rouitum verò responderem illum procedere in transactione, sed secus in mera renunciatione; item vbi læsio esset infra dimidium, alias secus.

In casu vero vbi fructus legitimæ vel dotis de paragio non debeantur, à bonæ fidei possessore citra moram; intelligendum est iuxta distinctiones Pereg. *dict. artic. 49. à numer. 109. vsq. num. 141.* vbi latissimè per tractat de fructuum distinctione circa naturalia, & industrialia, & de possessore titulato, vel minime.

38 Sed an actio ista petendi supplementi dotis † super fideicommisso rebus, & paragij super feudalibus, transmittatur in hæredes extraneos, si mulièr iam nupta decedat absque liberis, dubia est quæstio, in qua videtur affirmatiuè resoluendum; supposito quod dos succedat loco legitimæ, quia eius natura est vt transmittatur in quoscumque hæredes etiam nulla præcedente agnitione, tam si integra debeatur, quam pro parte ratione supplementi, vt in terminis dotis congruæ, & legitimæ supplendę tenuit Vasq. *de success. progr. lib. 1. §. 7. à num. 16.* Cancer. *de transmiss. cap. 21. numer. 128. lib. 3. variar. resol.* Gratia. post multos quos allegat *discept. 807. & 983. tom. 5.* Mantica *de coniect. lib. 7. tit. 8. num. 9. & 10.* Mangil. *de imput. quæst. 10. num. 37.* Merlin. *de legitima libr. 3. tit. 3. quæst. 7.* vbi disputat ad partes quæstionem idem Gratian. *decis. Rotæ March. 4. per tot.*

Mouentur, quia cum hæc actio petendi supplementi ex lege descendat, omniaque, quæ ex legis pro-
39 uisione † debentur, ad hæredes transmittantur, tam si ex lege communi, quam municipali deferantur, idem esse debet legitima *l. non solum 6. D. de in integr. restit. leg. si pater apud hostes 15. D. de suis, & legitimis leg. edicto 13. §. ad hæredes D. de iure fisci* Crauett. *consf. 185.* Gomez *in l. 13. Tauri numer. 79.* Aluar. Velasq; *consult. 31. num. 7. & 8.* Pinell. *de bonis Mat. l. 1. par. 1. numer. 36.* Surd. late *decis. 138. numer. 15.* ex qua regula potest terminari quæcumque quæstio occurat in materia transmissionis.

40 Quod autem hæc actio † petendi supplementi ex lege deferatur probat abunde Merlin. *dicto libr. 3. tit. 3. quæstion. prima numer. 4. & 5. & quæst. 7. num. primo versic. primo*; cui alius addendus non est cum adducat omnes.

Et in terminis dotis congruæ supplendæ idem tenuit circa transmissionem Menoch. *consf. 251. num. 23.* Rimin. Iun. qui multos adducit. *consf. 559. numer. 28.* Noalis *de transmiss. casus 10. num. 5.*

41 In dote verò de paragio, † eiusq; supplemento Gramat. *decis. 57. num. 4.* Loffred. *consil. 26.* Nepodan. *ad consuetud. si moriatur* verbo *paragium in fine, versic. succedunt* & in *vers. eas autem*, vbi Capic. *fol. 94. vers. an mulier*, Cæsar Vitell. & Vinc. de Franch. ibi Vrsill. ad Afflict. *decis. 160.* vbi Pisanell. addens dicit ita fuisse iudicatum Minad. *in constitut. in aliquibus num. 7. vers. sed videbitur, & numer. 14. fol. 144.* Regens de Ponte *consf. 65. per tot. & consf. 74.* traditque bis decisum Camill. de la Rota *consf. 69. ante numer. 21.* & in calce Concilij Lel. Caput solemnis modernus ex doctoribus partenopeis *in consuetud. si moriatur par. 2. §. 12. num. 7. fol. 273.* vbi se citat alibi, ex nostris Petr. Gregor. *de dote de paragio 36.* vbi Mastrill. *vers. & quid in supplemento* Canneт. *in cap. volentes vers. non esset octosum* Cumia *in cap. si aliquem* verb. *maritata quæst. p. n. 83.* quorum magna pars loquitur de transmissione in filios.

Contra verò tenuit Marant. *disput. 10.* Rimin. Iun. *consf. 812. numer. 46. lib. 7.* Intrigl. *de substitut. centur. 3. quæst. 63. num. 314. fol. 201.* quos ex modernis sequitur referens decisum in causa ardua Ramon. *consf. 1. numer. 73. & per totum*, per plures rationes quas adducit, facit etiam Gaspar. Thesaur. *quæst. 4. num. 19. & 20. libr. 4.* & in dote de paragio etiam respectu filij loquitur Didacus de mari creditus Iurisconsultus *ad dicta decis. Grammat. 57. in fine.*

Quid dicendum? existimo controuersiam, ita terminandam; quod aut agitur de transmissione ad filios, & habeat locum prima opinio; dato petatur supplementum infra triginta annos, nec adsit matris renunciatio siue approbatio explicita donationis,

42 Moueor quia filij † sunt reliquię matrimonij, nec dicuntur in totum cessare onera, quando filij supersunt; vnde sicut eorum mater poterat ob dictam causam petere sibi suppleri dotem ita, & ipsi.

Sin autem petatur per extraneum hæredem haud dubium quin repellendus sit, & quod procedat secunda opinio, argumento à cessante ratione; etenim cum mulier fuerit dotata & virum inuenerit, & in matrimonio vixerit nulla facta petitione supplementi, vel querela instituta: cessat omnis ratio qua-
43 re augenda sit dos, † quæ iam dotis nomen non retinet, nec effectum, item si augmentum datur, vt melius onera matrimonij ferantur, quis non videt nullos dari onerum reliquias in extraneo hærede, cum satis superque constet ex taciturnitate mulieris, quod dote data contenta fuerit, nec aliud quærere voluerit; quæ omnia considerat Maranta *dicta disputat.* in. per totam nec facit quod Canneт. loco citato, & *in cap. si aliquē vers. sed quid si filia fol. 315.* eum impugnat.

Quia Cannetus mouetur per doctrinam Gramatici, qui licèt prædictis contradicere videatur, attamen in fine decisionis videtur nobiscum tenere, referens ita decisum, & confirmat P. Molfes. *ad consuetud. Neapol. par. 3. de success. ex testamento quæst. 7. à num. 6.* & Didaeus de Mari loco citato, qui multoties decisum testatur.

Nec

Nec facit quod dos iſta ſuccedar loco legitimæ, quia non eſt quo ad omnia, ſed ſolum ne poſſit onus imponi, & vt illi commenſuretur nam quò ad ſopplementum ſortitur naturam dotis, quæ randiu augetur quandiu dos eſt, effectu, & non nomine apud mulierem, videlicet vel filios, & quandiu deſeruit oneribus matrimonij, & quod in multis differat notat Rouir. *conſ.36. lib. 2.*

Indè fit, vt in terminis dotis ſuper fideicommiſſo
44 ſubiectis, verior opinio ſit, vt augeri † nunquam peti poſſit per hæredes extraneos, vt firmat Intrigliolus, & Ramonius quos citaui, & ego conſului, & obtinui pro Don Vincentio Liotta contra Franciſcum Emmanueli, cuius cauſæ allegationes habes in *tertio diſcurſu huius tractationis part.6. ad finem verſicul. & quia hæc ſcripſi.*

Et ſecundum hanc diſtinctiooem, ſuut intelligenda, quæ ſcripſi pro Illuſtri Donna Mariana Quintana Duegnas Marchioniſſa Floreſtæ contra illos de Orioles, contra ceſſionarium, quæ poſt 30. annos veniebat.

Ex eodem capite ceſſantis rationis oritur concluſio quod actio petendi additamentum ſeu parilitatem, †
45 vt fęmina pari nubere poſſit, quod quandoque ad integram tertiam, quando plus aſcendere poſſe prędiximus, numquam ad hæredes nec ſuos nec extraneos tranſeat; quia debetur tempore conditi matrimonij, vt poſſit paris conditionis virum inuenire iuxta tradita per mutam *decıſ.90.num. 54. & ſequentibus* poſt mille allegatos, vbi quod neque cedi poteſt; quod
46 intelligo niſi ad ſui vtilitatem mulier † ceſſiſſet; vt puta quia aliquam ſummam à quopiam tertio ad hunc effectum ſuiſſet conſecuta tempore matrimonij ad tradita per Rodericum *de ann.reddit.libr.3.quæſt.7. num. 59.*

Aut dos non ſuccedit loco legitimæ, vt ad ſecundum diſtinctionis membrum deueniamus puta quia ſimus in caſu vbi legitima non debetur, vel quia pater viuat, vel quia nullum adſit ſtatutum, vel renunciatio de medio, vel demum quia ſimus inter perſonas, inter quas hoc onus præſtandi legitimam non cadit, & in omnibus his caſibus dos non eſt
47 commenſuranda legitimæ Theſaurus *deciſion.159. numer.3.* Michael Nizolius *allegation. 25. numero 17.* Iacobus Emilius *conſil. primo num. 18.* Regens Seſſe *deciſion.26. num.50.* Ramonius *dicto conſil.primo num.61.* vbi firmant dotem noo ſuccedere loco legitimæ quando legitima non eſt debita, & in his terminis procedunt omnes illæ regulæ, & doctrinæ doctorum diceotium, quod ſtandum ſit dotationi factæ per patrem, vel per alium, quando mulier inuenit virum ſibi parem, & quod nulla detur actio ad ſupplementum, vt prædicti Doctores in primo membro diſtinctionis citati affirmant, & in fœmina dotata
48 † ex fideicommiſſo ſubiectis vel ex bonis maioratus, quæ tamen non ſit filia primi gradus inſtitutoris firmauit Menocchius *præſumption. capit. 189. numero 17. libr.4.* & poſt Baeza *de non meliorand. & ceter. capit. octauo numero primo*, Surdum *conſil. 427. libr. 3.* Roſental. *de feud. capit.7. concluſion 13. numer.2. & 3.* Cancerium *variarum libr. primo capitul. 12. numer. 58. & 60.* Fontanell. *clauſula 5. gloſſ. prima part.2. numer. 112.* Roman. *dicto conſ.primo num. 59.* quæ dicta procedunt in vlterioris gradus deſcendentibus; ceterum in terminis filiarum ſecus eſt, vt prædiximus; etenim ſi renuncient, vel excludantur debetur ad ratam legitimæ; ſi vero nullum horum interueniat, licet conqueri non poſſit patre viuente quia creditrix non eſt legitimæ, tamen eo mortuo poteſt prætendere vt dos ad legitimam vſque ſuppleatur; ſicut ſupra fundatum eſt.

Ex his habes expeditam quæſtionem de dote congrua, & ſupplemenro petendo, ſequitur videre redeundo ad terminos legitimæ, an in aliquo caſu pa-
49 ter poſſit cogi legitimam † donare filio in vita, vel cauere de non barattandis bonis in prejudicium ipſius, & an aſſignata ſemel in vita diminuatur, ſi iuſta de cauſa patrimooium diminuatur, & demum an ſi filius eam conſumpſerit poſſit mortuo patre aliam petere, vel ad minus alimenta pro vitæ ſubſidio.

Ad primum, regula ſe habet negatiuè, & probatur ex textu *in lege cum quæritur. 6.C. de inoffícioſ. teſtament. & in lege prima §. ſi impuberi D. de collation. & in lege prima Digeſtis de vulgar.* Bart. & Bald. *in l. vltima Digeſtis de liber. agnoſcend.* Alexandr. *in lege lex Cornelia numero 6. Digeſtis & pupil. de vulgar.* Soccinus *in lege cum filius familias numer. octauo Digeſtis de verborum obligationibus* cum alijs per Catelian. Cotam *in memorabili, verbo legitima* Ancharanus Regienſ. *quæſtion.51. numero quinto libro primo* Beecius conſil. 74. *numero quinto* Menochius *conſil. 77. numero ſeſto* Riminaldus Iunior. *conſil. 50. numero 93.* Ioſeph Ludouicus *deciſion.11. in peruſin.* Oſaſq. *deciſion.172. numero 15. cum ſequentibus* modernus Merlinus *de legitima libr. 5. titul. 3. quæſtion. prima*, Franch. *deciſion. 170.* Stephanus. Gratianus *diſceptation. 950. numer. 6.* Antonius Faber *in Codic. titul. de inofficioſ. teſtament. definition. 31. & de error. decad.13. error.4. num.5.*

Ampliatur concluſio etiam quod filius fuerit emancipatus ex iuris diſpoſitione, vel per patrem Alciat. *conſ. 217. num.2.* Carpan. *ad ſtat. Mediol. 484. num.73.* *Merlin. de legitim. lib.5. tit.3. q.1. num.7.*

Extenditur etiam concluſio prædicta in fauorem
50 filij, vt non poſſit ipſius legitima † confiſcari patre viuente, ideo quandocunque in gratiam tedeat ante eius mortem, non indigent reſtitutione quo ad eam
51 neque ſub intuitu futurorum, † quæ in confiſcationem non veniunt: Bartol. & Bald. in hoc concordes *in l. ſi qua pæna D. de his qui ſui vel alien. iur. ſunt* Craſſ. *§. legitima quæſtion. 12.* de Peregrin. *iure fiſci libr. 5. titul.7. numer.31.* Farinacius *de delict. & pen. quæſtion 24.* Cancerius *variarum reſolutionum libr. 2. capitul. 8. numer.7.* verſicul. *hinc apparet* Guazzinus *de confiſcation. bonor. limitation. 19. numer. 9.* Marta *de ſucceſſion. legal. part. quarta quæſtion.4. articul. 4. numer.52. folio 92.* Fontanell. *clauſula. 4. gloſſ. 2 numer. 21. de pact. nupt.*

Hæc concluſio limitatur primo, vt non procedat, ratione publicæ † vtilitatis, propter quam parentes quandoque coguntur aſſignare legitimam, etiam dum viuunt, vt pota filiæ vt nobat, tam pro replenda republica liberis, quam ne cogantur peccare in corpus ſuum, quod auertere

publicè interest Marta in *d.4.par.sum.legal.succeß.quæst. 31.art.10.n.37.* quod ad donationem propter nuptias filiæ faciendum propter paritatem rationis extendemus in specialibus in *secunda tractat. discursu primo speciali 5. vers. Et licet noua admodum sit.*

Limitatur secundo, vt ex eadem ratione cogi possit pater filio eunti ad bellum adiuuandi gratia Regem suum naturalem assignare legitimam, si alimenta non sufficiant vt aliquando consultus respondi.

Limitatur tertio, vbi pater naturaliter viuat, secundum spiritum verò mortuus sit, stante professione
53 emissa, nam tunc etiam eo viuente † debetur filio legitima, secundum vnam opinionem; quam nos veriorem existimamus; quam tenuerunt Gloss. in *capitul. cum scimus in verbo, & bona paterna litter. F. de regular.* sequuntur Cardin. Ioann. Andreas, & Petr. de Anchar. Bald. & Castrens. *in Authent. si qua mulier. Cod. de Sacrosanct. Eccles. vbi* Alexand. addit Anan. *in capitul. 2. column. penultim. de delictis pueror.* Abbas conciuis noster *in dicto capitul. cum scimus in fine, & in capit. in præsentia numer. 58. de probation.* Duenn. *regul. 356. numer. 6.* Cucchus *de legitima. Rubric. an augeatur numer. 17.* Couarruu. *in capitul. 2. numer. 7. de testament.* Crass. in *§. legitima quæstion. 12. numer. 6.* dicens magis communem Vasquez *de succession. creatio. titul. qui testari potest. libr. primo §. 2. numer 47.* Carpan. *ad statuta Mediolanens. capitul. 485. numer. 85.* Hondedeus *consil. 60. per totum libr. secund.* quos sequitur, & adducit Merlin. *de legitima libr. 5. titul. 3. quæstion. 3. num. 11.* addo Andr. Faechin. *libr. 6. controuers. iur. capitul. 13. vers. ego priorem* Ancharan. Regiens. *quæst. 47. numer. 11. lib. 2.* Azebed. *in l. prim. num. 45. titul. 8. libr. 5. nou. recopilat.* Angulo *de meliorat. part. prim. glos. 3. numer. 27. & 28.* Molin. *de iustit. & iure tractat. 2. disputat. 14. versicul. an verò standum.* Less. *eodem tractat. libr. 2. capit. 41. dub. 10. num. 83.* Azorius *institut. moral. part. prim. lib. 12. capitul. 8. quæstio. 7. & 8.* vbi ampliat etiam ad legitimam patri debitam in bonis filij ingressi, quos cum alijs habui a D. Augustino Barbosa *in dicto capitul. cum scimus numer. 3.* Marta quem postea vidi *de successi. part. 4. quæstion. 4. artic. 3. numer. 17. fol. 84.* vbi refert, quod hæc secunda opinio est canonizata per Rotam in vna coram D. Otembergo *die 31. Maij* 1607. in qua ipse patrocinium præstitit, vt testatur *in dict. quæst. art. 4. numer. 54. fol. 92.* Genuens. *in pract. Eccles. quæstio. 191. num. 2. & 3.*

54 Et licet contrariam opinionem tenuerint † quasi omnes Ciuilistæ in *dicta Authentic. si qua mulier.* quorum plures refert Roland. *cons. 97. numer. 29. libr. 2. & de lucro dotis quæstion. 95. numer. 7.* Ascan. *de patr. potest. capit. vltim. numer. 77.* Surdus *de aliment. titul. 1. quæst. 29. numer. 7. & consil. 238. numer. 10.* Becc. *cons. 34.* Regens de Tappia *in Authentic. ingressi. verbo sua capitul. 3. numer. 21.* Didacus Spino *in speculo glos. 12. numer. 32. in principio versicul. contrarium,* Ceuall. *commun. contra commun. quæst. 342.* Guttier. *quæstion. canonic. capit. primo à numer. 79.* Emmanuel Rodriquez *quæst. regular. tom. 2. quæstion. 80. a numer. 2. versicul. notandum* Castillus *de vsufructu libr. primo capit. 64. numer. 10. & 11.* Mattiens. *leg. 3. glos. 2. numer. 3. titul. 4. lib. 5.* Gratian. *regula 456. numer. 9.* Benedict. Ægid. *in leg. prima part. 5. §. 2. num. 8. de Sacrosanct. Eccles.* Melchior Phœbos *decision. 13. num. 24. tom. primo* Stephan. Gratian. *disceptat. 815. numer. 9.* qui vltra hos adducit Ludouic. Lopez *de contractibus libr. 2. capit. 39. quæstion. 7. notab. quinto.* attamen prima est verior, & in iudicijs receptior, vt bene, & latius quam alij ostendit Merlinus loco citato, qui fundamenta vtriusque opinionis adducit, & respondet illis, quæ pro ista vltima afferuntur, ad quem lectorem amatissimum remittimus.

Quæ extendenda sunt, in casu vbi pater bannitus
55 fuerit cum † confiscatione bonorum vt; & tunc legitima debeatur, vt tenet Ægid. *titul. de bonor. publicatione numer. 10.* Bald. *in leg. final. column. prima Cod. de bon. damnat.* Rube. Alexandrin. *in leg. titia. §. Imperator. numer. 247. D. de legat. 2.* Roland. *consil. 97. numer. 38. vsque finem, lib. 2.* Boss. *de confiscat. bonorum, numer. 6.* Cucch. *de legitima. fol. 68. numer. 3.* Costa *de port. ratbæ quæstio. 181. numer. 6.* Merlin. *dict. lib. 5. titul. 3. quæst. 4.*

56 Quanta autem erit hæc legitima, † quæ filio, ob patris bannum, & confiscationem assignatur, celebris est controuersia; etenim per textum in *l. fin. D. de bon. damnat.* conceditur filijs, vt pro legitima habeant medietatem siue sit vnus siue plures, ibi *dimidia parte ærario vendicata alia eis reseruetur*, facit textus *in leg. cum ratio. 5. §. si plures, & ibi glos.* Odofred. & Salicet. *D. eodem* Roland. *consil. 67. numer. 30. libr. 2.* Hondedeus *consil. 110. num. 3. libr. primo,* Peregrinus *de iure fisci libr. 5. titul. primo numer. 38. de communi* Plotus *in cons. 130.* inter criminalia diuersor. *num. 87. lib. primo.* Farinac. latè *de delict. quæstio. 24. numer. 37.* Thesaurus *decision. 104. numer. 2.* Rota Romana *apud* Farinac. *decis. 479. part. prima tom. 2.* remissiuè, ad Farinac. Fontanell. *clausula 5. glos. 4. num. 69.* Marta *de success. part. 1. quæst. 25. artic. 4. num. 17. fol. 569.*

Contra verò tenet Iulius Clarus *in sua practica lib. 5. §. fin. quæstion. 78. ante finem, versicul. videndum est etiam,* dicens quod prædicta lex hodie in practica non seruatur, allegat Cassaneum, qui nil tale dicit: sed à prima opinione non puto recedendum; tam quia adest casus legis expressus, quam quia adsunt tot decisiones, & præcipuè authoritas Rotæ; item cum reprobant omnes prædicti. Nec obstat quod contrarium aliquando fuerit seruatum, quia fortè nullus hoc petijt, nec contradixit, quod potius ad factum quam ad ius referendum est.

Ad secundam, omissis disputationibus, teneo
57 non cogi patrem cauere † de non distrahendis bonis vbi licitè vtatur re sua, nec alienationes tendant ad fraudandum filios, portione eis iure naturæ debita, imò etiam vbi dissipet bona, cautio exigenda non esset, bene tamen esset filijs assignanda legitima nomine alimentorum, ea ratione, quod inter patrem, & filium non sit locus cautioni, vbi agitur de portione prætensa super bonis patris, quidquid sit in alijs casibus, vti in bonis aduentitijs, vel restitutioni subiectis, & vbi patri quæruntur fructus ratione administrationis; quam opinionem latè defendit Lancellott. Decius *in leg. lis*

nulla

nulla in fine, *D. de iudic.* Ceual. *in commun. contr. commun. quæstion.* 506. *in fine*, qui refert ita iudicatum. Peregrin. *de fideicommiss. artic.* 36. *numer.* 16. Surd. *de aliment. titul.* 8. *priuileg.* 26. *num.* 10. Stephan. Gratian. *disceptat.* 44. *numero* 49. *vsque ad finem*, cuius dicta placuerunt nostro Castillo in *decis.* 189. *num.* 29. adeo vt integram eius columnam transcripserit, eumque in omnibus secutus fuerit, bene enim loquitur, addo Mangil. *de imputat. quæstion.* 44. *numer.* 7. Carpan. *ad statut. Mediolanens. cap.* 485. *num.* 85. *&* Merlin. *de legitima libr.* 5. *titul.* 3. *quæst.* 6. *num.* 16. qui post relatas omnium opiniones confutatis contrarijs cum hac residet Didacus de Mari ad Grammat. *decis.* 101. *num.* 13.

49 Ratio horum est quod pater † etsi possit de bonis
ad sui libitum disponere, attamen hoc intelligitur, dummodo in fraudem filiorum non faciat *l. parentibus.* 8. *Cod. de inofficios. testament.* Couarruu. *in capitul. raynutius* §. 10. *ad finem de testamen.* Cardin. Tuschus *lit. F, conclus.* 359. Menoch. *consil.* 749. *numer.* 18. *& cons.* 344. *num.* 3. Pappon. *cons.* 60. *numer.* 6. Turrett. *cons.* 100. *num.* 41. *volumin.* 2. Giurb. *ad consuetudin. Messan. capit.* 5. *gloss.* 7. *nu.* 5. sicuti neque per voluntarias, & immensas alienationes poterit filij legitimam diminuere, in tantum vt etiam de huiusmodi donatis legitima detrahatur, idest, vt ponantur in calculo bonorum ad opus vt augeant valorem, non vt de eis promiscuè detrahatur, sed tantum in subsidium, nisi inofficiosè donatum proponatur, in quo casu res aliter se habet Surd. *cons.* 332. *num.* 14. Peregrin. *de fideicommiss. artic.* 36. *numer.* 35. Gratian. *discept.* 751. *numer.* 14. vbi refert decisionem coram Cardinali Ludouisio, quæ postea in impressis est *decision.* 539. vbi additio alias Rotę Romanæ determinationes adducit Mugnos *de raciocinat. capit. primo num.* 5. Mangil. *de imputat. quæst.* 10. *numer.* 3. *& seq. & quæstion.* 94. *num.* 7. *&* 9. Fontanell. referens decisum in Senatu Barchinonæ *de pact. nupt. clausul.* 5. *glos. prim. part.* 3. *num.* 19. *fol.* 40. in impressis vltra montes, & latius extendens ad donationes. *dicta clausul.* 5. *gloss.* 8. *part.* 2. *numer.* 19. *fol.* 105. vbi allegat Velasq. *consult.* 188. Trentacinq. *variar. resolut. vol. prim. tit.* 3. *de donat. resolut.* 4. *num.* 14. Griuell. *decisio.* 97. *num* 15. Anton. Faber. *in* 6. *titul.* 19. *de inofficios. testament. definit.* 20. *libr.* 3. sequitur Castillus noster *dicta decision.* 189. *numer.* 35. & nouissimè alios allegans Merlin. *de legitima libr.* 2. *titul. prim. quæstion.* 21. *per totam*, vbi quod in calculanda legitima includuntur etiam exiguę donationes, & fit de eis non fiat detractio nisi drodantem contineant, quando legitimæ quantitas pro filijs non remanet, tamsi vnica sit donatio, quam si plures, etiam alijs filijs factæ, vt Deo addiuuante latius dicemus in *secundo tractat. speciali* 3. super quo etiam apparet quodam meum responsum pro Donna Emilia Bonaiuto contra hęredes quondam Donnæ Dignæ Sismundo eius sororis.

Et licet Arius Pinellus communium opinionum
60 præcipuus † impugnator *in leg. prim. par.* 3. *num.* 75.
Cod. de bon. matern. cui primo aspectu applaudere videtur Castill. *decisio.* 189. *numer.* 20. & Matta neminem istorum citans *in parte* 4. *summa legal. success. quæstio.* 4. *articul. numero* 53. qui in hanc tantum
61 allegat Vasq. *illustr. cont. capit.* 37. teneant † oppositum, quod neque sub prætextu dissipationis liceat interdicere patri liberam suorum administrationem,
62 adducentes pro se † textum *in l. non vsque adeo* 2. *D. si quis à parentibus fuerit manumissus*, qui negat filijs
competere actionem reuocatoriam siue fauianam, siue caluisianam ad vendicandum bona per patrem alienata in præiudicium portionis eis debitæ, etsi patrono concedatur, ex eo quod libero homini non ita de facili suorum administratio est interdicenda: attamen satis patet eos contra communem opinionem locutos fuisse sine sufficienti ratione, & ad textum prædictum ego responderem, quod etsi verum sit has actiones filio non concedi patre viuente contra tertios, attamen non per hoc cessare aliud remedium separandi portionem legitimariam occasione alimentorum ad eius fauorem, quod satis distat à dictis actionibus, siue duę, siue vna sint, parum enim super hoc insistendum esse putat Ias. in §. *item si quis nu.* 99. *instit. de actio.* alias verò responsiones habebis apud prædictos.

63 Sequitur tertium, an videlicet diminuatur † le-
gitima per patrem in vita assignata, diminutis facultatibus de tempore mortis, & quæstio ista videtur posse decidi; ex eadem ratione, propter quam Doctores firmauerunt augeri si facultates auctæ fuerint, cum par debeat esse exitus augmenti, & diminutionis, quorum multos adduxi supra *in hac eadem particula num.* 16. *cum sequentibus versicul. & hæc secunda*: tenentes, indistinctè augeri, etiam quod filius, cui pater viuens legitimam assignauerit, fecisset pactum de non petendo, absque tamen iuramento, & signanter Anton. Faber. *error.* 4. *decad.* 13. *de error.* quibus addo Mangil. plures referens *tractat. de imputat. quæstion.* 9. *numer.* 74. *& sequentib.* mihi verò nullatenus placent eorum dicta, quando filius fuit integrè satisfactus; in casu vbi legitima iusta de causa, & validè fuerit assignata, in tantum vt negatiuè tenendum esse existimem, cum Natta, Roderico Xuares, Vasquio, Curtio Iun. & alijs citatis per Crassum §. *legitima quæstion.* 13. quibus accedit Ancharanus Iunior *quæstion.* 51. *lib. prim.* qui addit Ruin. Decian. Alciat. Boer. Gabriel: Grammaticum, & vltra Caualcan. *de vsufructu mulieri relicto numer.* 94. *& sequentib.* quem citat, & sequitur Franciscus Molin. *de ritu nupt. lib.* 3. *quæstion.* 72. *numer.* 13. Gratian. *discept.* 470. *num.* 31. *& per totam lib.* 3. iuxta quam opinionem tenuit etiam Sacrum Consilium Neapolitanum, teste Præside de Franch. *decis.* 133. *numer.* 8. etiam si pater filio inuito de legitima satisfaciat; vt post Surd. *consil.* 488. *numer.* 37. Petra *de fideicommiss. quæst.* 15. *num.* 119. Peregrin. *artic.* 36. *num.* 31. *eod. tractat.* Pancirol. *consil.* 88. *numer.* 25. Merlin. *de legitima lib.* 5. *titul.* 3. *quæstion.* 7. *numer.* 37. *&* 39. *fol.* 537. quidquid sit quando assignatio minus validè fuit facta; vt ex multis diximus supra, quibus addo Giurbam *dict. capit.* 3. *gloss.* 14. qui videtur prædictis assentire allegans Laderch. *consil.* 36. *numer.* 6. Maceratens. *resolut.* 60. *casu* 8. *lib.* 2. Valasq. *de partition. cap.* 21. *n.* 15. etenim tunc eis accedo tenen-
64 do quod augeatur; augmentum † accipio, inter

assigna-

assignationem, & mortem patris, non verò de contingente in rebus hæreditariis mortuo patre, nam de huiusmodi augmento aliter distinguendum est; vt si augmentum traheret causam de præterito, & originem habere à defuncto, augeat legitimam, secus verò si fuisset intrinsecum, pro vt esset in redditibus feudi auctis tractu temporis, vt latè distinguit Mastrillus noster *decis.* 251. *per totam*, allegans moderniores Mangil. *quæst.* 9. *numer.* 37. qui mancus videtur in hoc puncto, videndus tamen est Merlinus *dicto loco quæst.* 7. *&* 8. Maceratens. & Giurba ibidem qui bene se explicant, & materiam pertractant cum allegatis per eos, & addo Martam *de success. legali part. prima quæstion.* 14. *art.* 5. *numer.* 6. *& quæstion.* 15. *art.* 2. *numeri* 5. *&* 16.

Vnde eodem modo tenendum puto, diminutionem inde secutam ei non nocere, nec posse contra filium agi vt restituat superfluum fauore hæredis, ita videtur tenere Vincent. de Franch. *dicta decis.* 133. cum mille alijs per Giurb. *dict. caput.* 3. *gloss.* 14. nec dissentit Merlin. vbi validè legitima fuerit assignata *d. lib.* 5. *tit.* 3. *quæstion.* 1. *numer.* 9. *&* 10.

Ex quo cautè legendus est Mangilius *de imputat. quæst.* 9. *numer.* 77. quem nouissimè sequitur Marta *parte* 4. *success. legal. quæstion.* 12. *art.* 5. *numer.* 21. *fol.* 175. quia loquitur cum suppositione, quod legitima non fuerit validè liciteque assignata, vt se explicat, Anton. Faber. *dict. error.* 4. *decad.* 13. *à numer.* 15. *& ad finem*, vbi ex hoc firmat dotem, quæ validè filiæ assignatur non minui, si in pluri summa quem importet eius legitima, fuerit assignata, intellige citra inofficiositatem.

Quid verò dicendum sit de diminutionibus secutis in corporibus hæreditarijs post mortem patris, si tunc legitima detrahatur vide Merlin. *dict. tractat. dicto lib.* 5. *titul.* 3. *quæst.* 7. *ad finem*, *&* ad Alex. Trentacinq. *libr.* 2. *var. titul. de legitima resolut.* 2. *numer.* 6. *fol.* 101. Robles *de repræsentat. libr.* 2. *capit.* 27. *num.* 5.

65 Ad vltimum teneo patrem † assignatà filijs iure legitima functum officio paterno, nec amplius teneri aliam assignare, si filius forte eam perdiderit, vel viuendo luxuriosè ad instar filij prodigi, vel aliàs amittendo ad doctrinam Bartoli *in l. si cum dotem* §. *si post solutum numer.* 5. *in fine D. solut. matrim.* Bald. *in l. scimus.* §. *primo. Cod. de inoffic. testament.* Ripa *in dicto* §. *si post solutum numer.* 15. Iason *in authent. quod locum numer.* 7. *vers. sic videmus Cod. de collat.* Soccin. Senior *consil.* 75. *num.* 7. *libr.* 2. *titul.* 2. *quæstion.* 40. *num.* 5. *& per totam quæstionem*, addo Paul. de Montepico *in l. in quartam num.* 267. *ad legem falcid.* Cancer. *lib. primo variar. resolution. cap.* 3. *num.* 18. Colet. *de aliment. libr. primo capitul.* 2. *num.* 27. Tob. Non. *consil.* 95. *numer.* 10. Hundedeum *cons.* 74. *num.* 37. *&* 54. *volum.* 2. Guazin. *de confiscat. bonor. conclus.* 13. *limit.* 19. *nu.* 45. Giurbam *ad consuet. Messan. cap.* 5. *glos.* 7. *numer.* 3. *fol.* 423.

Et ratio est, quia supposita validitate assignationis, operatur satisfactionem ad fauorem patris, eiusque hæredum, & habetur, ac si esset sublatus de
66 medio, & sicuti renuncians potest omitti † ità, & taliter quod instituendus non est etiam pro testamenti validitate et Bart. docuit *in leg. prim.* §. *qui habebat. num.* 6. *D. de bonor. possession. contra tabul.* Cuman. *in leg. si filius qui in. potestate numer.* 18. vbi Iason *numer.* 10. *D. de liber. & posthum.* Castrens. *in leg. qui superstitis num.* 4. *D. de acquirend. hæredit* Guid. Pap. *decision.* 295. *&* 598. Anton. Gomez *in leg.* 29. *tauri numer.* 8. tanquam estraneus, quos sequitur Cancerius *dicto libro primo capit.* 3. *de legitima num.* 16. 17. *&* 18. *& capit.* 4. *de testament. numer.* 40. *& lib.* 3. *cap.* 15. *de renunciationibus num.* 6. nec ei legitima relinquenda, si in specie illi fuerit renunciatum, Cephal. *cons.* 466. *num.* 48. *lib.* 4. *&* 642. *num.* 26. *lib.* 5. Seraphin. *de priuileg. iurament. priuileg.* 70. *numer.* 27. Gomez. vbi supra Decian. *respons.* 6. *lib. primo*, Cesar Barz. *decisio.* 103. *numer.* 26. Ioan. Guttierrez *de iurament. confirm. par.* 1. *cap.* 19. *num.* 3. Michael Ferter. *obseruant. capit.* 474. Cancer. *ibid.*

Ità, & hic filius assignatarius cui fuit de legitima satisfactum, ipso volente, & recipiente pro integra ipsius solutione; ita vt nulla alia renunciatio nec pactum liberatorium, nec aliud requiratur; cum omnis solutione fuerit obligatio extincta ad latè tradita per Georg. *allegat.* 23. qui ex hoc firmat fieri locum alijs ex successorio edicto. Ioan. Battist. à Thoro *in compendio decision. Neapolitan. verbo auia an succedat* ex Franch. *decis.* 92. sequitur Pater Molfes. *in additio. ad quæstion.* 13. *titul. de renunciat. numer.* 4. *fol.* 181. *tom. secundo ad consuetudin. Neapolitan.* vt alias ego respondi, vbi agebatur de successione intestata matris fauore sororis, quæ simpliciter dotem receperat, & incongruam, contra eam, quæ congruam habuerat pro omni, & quocunque iure, etiam legitimæ, & successionis maternæ: dum firmaui ipsam exclusam, & si nullum adfuerit iuramentum; & translatio de dictis iuribus in fratrem vel patrem; quia sufficit dictam receptionem fuisse operatam effectum extinctiuum ad hoc ipsa deberet haberi pro extranea, in tantum vt fieret locus alteri ex successorio edicto, & mecum concurrebant alij domini patroni causæ ex primarijs regni huius, licet post hæc scripta audietim contra decisum fuisse, his tamen non adductis cum cliens à nobis recesserit licet existimem vlterius cogitandum.

67 Hæc adeo procedunt, in quantum † si pater testatus decesserit, posset filium naturalem in toto asse instituere, tamquam si nullus ei legitimus superesset, vt dicit se consuluisse Cancer. *dict. lib.* 3. *variar. cap.* 15. *numer.* 10.

68 Prædictis † non obstant Bald. sibi contrarius *in authent. si captiui Cod. de Episcop. & clerie.* Alexand. *in dicta leg. si cum dotem* §. *prim. numer.* 9. Soccin. *in leg. marcellus* §. *resque numer.* 3. *D ad trebellian.* Caroz. *in l. fin. quæstion.* 13. *versicul. facit quod. D. de dot. promiss.* Vasqu. *in l. si arrogator numer.* 112. *D. de adopt.* idem Vasquez. *controuers. illustr. capit.* 25. *numer.* 14. Molin. Theolog. *de maiorat. disput.* 616. *à numer.* 14. D. Augustin. Barbos. *in leg. prima par.* 4. *numer.* 141. *D. solut. matrim.* cum alijs, quos præter morem sibi contrarius sequitur Giurba *decis.* 5. *numer.* 39. versic. *& pater*; quibus addo Anton. Faber *de error. prag. decad.* 41. *error.* 7. *num.* 11.

Quia accipiendi sunt vbi pater minus iustè, & non iure

iure eam filio assignet, vt se explicat vltimus Faber,
ceterum si validè, nescio quomodo possit hæc secunda
sustentari, nec recurratur ad quod quam plures te-
69 neant patrem cogi iterato dotare filiam; † quæ do-
tem perdidit, vt post multos tenet Giurba *dicto loco*
num. 39. & alios allegat Merlin. *dicta quæstion.* 30. *lib.*
2. *titul.* 2. quia alia est ratio, quæ concurrit in do-
tatione, idest ne filiam meretricari contingat; vbi vi-
dua sine dote remaneat, nec possit continere, vel-
let que alium super inducere, quod periculum ces-
sat in filio.

70 Imo in filia vbi maritum † habeat, licet paupe-
rem, nunquam admitterem nouam dotis petitionem,
sed tantum alimentorum, si maritus adeo pauper,
vel inutilis esset, vt vxori de necessarijs prouidere non
valeret, in quo casu concurro cum Giurba, sicuti
eum libenter, & indistinctè sequor in alimentis, filio
huiusmodi, qui legitimariam portionem perdidit
præstandis, cum considerationibus prout ibi per eum,
& per Merlin. *dict. quæstion.* 30, maximè de dandis ad
subleuandam indigentiam, si dolosè consumpserit,
imo si citra dolum, non verò secundum qualitatem, &
vires præstantis.

Nec præteream me in hac materia non potuisse
71 concoquere distinctionem illam † Spini à Carcer. in
speculo testament. gloss. 18. *numer.* 90. dum dicit, quod
aut nouam legitimam petat in vita, & non obtinebit,
aut post mortem, & secus, nullum enim habet sapo-
rem nec subsistentiam; ex quo iam satis superque su-
pra firmatum est, non posse dari casum vltra dotis
causam, vel citra dolum; vbi pater cogatur filio le-
gitimam assignare in vita, adeo vt extra rem sit quæ-
rere an voa vice assignata possit adstringi ad alterius
præstationem, dum viuit & in casu vbi cogatur, nemo
dubirat, quod iterum in vita assignanda non sit, sed
tantum mortis tempore.

Diximus *supra numer.* 7. & 8. donationem factam
filio pro alimentis valere, addendum erat, etiam ci-
tra insinuationem fauore alimentorum, ex doctrina
Gratian. *disceptat.* 750, *num.* 29. *tom.* 4. qui alios alle-
72 gat cuius doctrinam estendo etiam stante staturo †
nostro de dote loquente sub Dom. Comite Castri, ex
eo quod in odiosis alimenta separantur à dote, cum
sint illa fauorabiliora, vt alibi per nos firmatum est,
& notat in specie Gratian. *disceptat.* 832. *num.* 33. *tom.*
5. intelligendo tamen ad metam alimentorum, & re-
spectu eius qui tenetur. Et hæc satis sint quoad hanc
particulam.

TRA-

TRACTATIONES PRIMÆ

DISCVRSVS SECVNDVS

PARTICVLA DECIMAQVINTA ET FINALIS.

ARGVMENTVM.

DOnatio contemplatione matrimonij inita valet inter patrem, & filium; intellectus *ad l. Pomponius Filadelphus 35. D. famil. erciscunda*, traditur, Matrimonia inter nobiles rarò fieri sine donatione ex parte viri ostenditur. Dos donata viro censetur per prius donata vxori, vt viro tradat, & quid transeat pęnes virum, quid verò pœnes vxore remaneat de dotibus durante matrimonio.

SVMMARIVM.

1 *DOnatio contemplatione matrimonij facta, au valeat inter patrem, & filium in potestate.*

2 *Antiqua propter nuptias transibat in dominium vxoris, hæc vero quæ moribus recepta est minimè.*

3 *Textus in l. Pomponius filadelphus 35. D. familiæ ercisçundæ verus intellectus traditur secundum Fabrum, sed vide numer. 10.*

4 *Donatio pro dote filiæ valet, quando fit genero pro ea.*

5 *Contemplatione matrimonij facta, confunditur cum contractu dotali, & vnicus contractus efficiuntur, & perinde valet, ac si pro dote datum esset.*

6 *Propter nuptias inter patrem, & filium sustinetur, ac eodem modo illa, quæ in eius locum successit.*

7 *Matrimonia inter nobiles contrahuntur, vt sæpius mediantibus donationibus sponso factis per parentes de consuetudine generali.*

8 *Profectitia efficiuntur donata per patrem filio contemplatione matrimonij.*

9 *Antonius Faber magis attendendus est; in eo quod decisit, quam quod alibi scripserit.*

10 *Ciuilis possessio dotis transit in virum, cui res traditur.*

11 *Naturalis possessio dotis remanet penes vxorem etiam constante matrimonio.*

12 *Dos data viro censetur per prius donata vxori, vt ipsa viro tradat, occultatur enim vnus actus.*

EXpeditus ab omni genere donationis, de celebrari solitis inter patrem, & filium, quæ tanquam præmissa antecedere volumus tractatus nostri specialem partem, pro maiori ipsius intelligentia, & legentium facilitate, ad hoc vt ex illarum inspectione quasi per

per gradum ad eam perueniretur; deuenio ad peculiarem materiam ipsius, de donatione videlicet quæ per patrem fit filio contemplatione matrimonij, per eum contrahendi.

Super quo, prima se se offert quæstio, quæ in ordine tractatus, erit vltima huius secundi discursus, an vide-
2 licet donatio ex huiusmodi causa facta † valeat inter patrem, & filium non obstante patria potestate; satis enim supra visum est de reliquis donationibus, quæ à principio valent, vel quæ ex aliqua causa confirmantur,

Et primò supposito regulam esse inconcussam, quod donatio inter patrem, & filium non teneat, propter impedimentum patriæ potestatis ad text. *in l. nè cum filio familias 16. D. de furt. l. imperat. 50. D. ad senat. consult. trebel. l. 2. C. de inoff. donat. l. siue emancip. 17. C. de donat.* cum mille per nos adductis *in prim. part. secundi discursus huius tractat.* restat videre an hæc donatio sit vna ex exceptis, & pro negatiua facit quod cum gloss. *in d. l. 2. C. de inoff. donat.* enumeret omnes donationes, quæ consistere possunt inter parentes, & filios à principio, nec indigent alia confirmatione mortis vel emãcipationis, non enumerauit præsentem donationem, vnde cum non sit excepta, remanet sub regula; etiam quod eandem habeat rationem. Nec iuuat replicate, quod valeat tanquam sit donatio propter nuptias, quæ vna est ex illis per glossam enumeratis, quia ex dictis per nos *in primo discursu huius tractationis*, & alibi sæpius satis apparet hanc donationem non esse illam antiquam propter nuptias; sed aliam non solum nomine, sed etiam effectu, diuersam dum illa transibat in dominium mulieris; & debebat fieri † doti æqualis, & ista fit viro, & remanet ipsius propria, vt in terminis, de quibus agitur affirmant Guid. Pap. *decis. 145. num. 2.* Ripa *in l. 1. nu. 141. vers. & pro ista communi sententia D. solut. matrim.* Card. Mantic. *de tacit. & ambig. lib. 13. tit. 42. num. 18. vers. vnde ex facto* Bald. Nouell. *de dote priuil. 10. par 7.* Paris. *consil. 16. numer. 26. libr. 2.* Bertrand. *cons. 383. num. 28. lib. 2.* Tellius *in l. 29. tauri num. 5. & l. 17. numer. 78.* Gomez *in l. 50. tauri numer. 12.* Regens de Ponte. *cons. 19. num. 29. & cons. 180. nu. 15.* Mastrill. *decis. 211. numer. 19.* Castill. *decisio. 152. num. 160.*

3 Nec textus † *in l. Pomponius Filadelphus 35. D. famil. ercisc und.* potest huic donationi applicari, quia non est facta vt in dotem vertatur, nec est doti coæqualis, & respectiua vt dictum est.

Secundo, si attendere volumus genuinum, & medullare intellectum dictæ legis, ex eamet elicitur conclusio, quod hæc donatio valere vnquam potest: nam admissa similitudine cum dote, sequitur quod sicuti
4 donatio † facta filiæ non valet nisi in quantum pro filia sponso donetur, ita nec hoc in casu valebit si filio fiat, sed ita demum si nurui conferatur, pro filio, vt in terminis dotis, doctè, & eruditè firmauit Anton. Faber *coniect. iur. lib. 13. capit. 2. ad fin. & lib. 7. cap. 12. & de error. pragm. part. 2. decad. 40. error. 9.* & in puncto hoc, de quo disputamus arguit, idem auctor *in decad. 41. error. 2. num. 2. eiusdem operis*, & ante eum hanc eamdem opinionem tenuit Castrens. *cons. 345. ad med. lib. 1.* & latè declarando dictum textum Fulgos. *in d. l. Pomponius Filadelphus numer. 3.* Ripa *in l. prima numer. 141. D. solut. matrim.* & ibi Alciat. *numer. 8.* cum alijs per Tellium ibi, & post Alciat. *cons. 7. num. 22. vers. circa secundum lib. 8.* de Ponte *cons. 80. n. 10. & seq.* Mantic. *de tacit. & ambig. lib. 13. titul. 4. nu. 12.* Rouit. *cons. 15. num. 7. lib. 2.*

Quibus nihil mouentibus, verior opinio est, & ab omnibus recepta, quod hæc donatio, de qua noster erit sermo, valeat inter patrem, & filium non obstante vinculo patriæ potestatis ex infrascriptis rationibus.

Primo quia licet non sit verè donatio propter nuptias, nec sponsaliria largitas vti nos latè probauimus in dicto *primo* huius operis *discursu*; attamen est donatio ob causam dotis, & matrimonij, quæ confunditur
5 cum dotalitio † contractu, & vnicus efficitur, & existimatur, ad notata per Bald. *in l. 2. & l. petens. Cod. de pactis*; quarè dum constitutio dotis sustinetur inter patrem, & filiam in potestate ob fauorem matrimonij; non obstantibus regulis iuris communis; eodem modo firmare necesse est, quod valeat hæc donatio quæ filio fit, dum celebratur ex eadem causa, & eodem instituto, ex hac ratione moti Doctores indistinctè valere affirmant; vt primo loco fuit deductum in parlamento delfinali atque decisum teste Guid. Pap. *decis. 145. numer. 2. vers. sed his* vbi Ranchinus addens Cassaneus *ad consuetud. Burgund. tit. des droit & apparent in rubr. 4. num. 36.* Boer. *decis. 159. numer. 9.* Natta *consil. 609. numer. 3.* Roland. *consil. 44. num. 1. & cons. 70. nu. 3. lib. 4.* qui alios allegãt *liber fallent. regula donatio facta à patre fallent. 6. num. 103.* manuali Nauarr. *cap. 17. num. 145.* Crotus *in l. frater à fratre quæst. 12. in 1. limit. nu. 71. D. de cond. indeb.* & hac ratione ex nostris vtuntur Castill. *decis. 51. num. 8. & decis. 106. numer. 10.* Mastrill. *decis. 250. numer. 67.* Giurb. *ad consuetud. Messan. cap. 1. glos. 8. nu. 74.* qui allegar Montier *in respon. pro vxor. amit. par. 1. num. 79.* Molfes. *ad consuet. Neapol. tit. de renunciat. quæst. 7. num. 16. & quæst. 10. numer. 3. & consil. 11. num. 1.* Surd. *cons. 217. num. 6.* Menoch. *cons. 203. numer. 15. & cons. 261. numer. 15. & cons. 723. num. 21. & cons. 967.* Fotanell. *claus. 4. glos. 1. num. 10.* Caball. *cons. 86. num. 30. & cons. 136. num. 20. lib. 2.* quibus addi possunt Peregr. *cons. 78. lib. 3. nu. 10.* Gratian. *discept. 297. num. 3. & 13. tom. 2. & discept. 984. numer. 24. tom. 5.* Fontan. iterum *claus. 4. num. 10.* Allegat Berengar. *in cap. vnico de filijs nat. ex matrim. ad morgan. cap. 6. prælud. num. 2.* Molin. *de rit. nupt. lib. 3. cap. 6. nu. 26.* & nos *in discursu prim. num. 66.* vbi latè de hoc tractatum est.

Secundo quia tales donationes æquiparantur cum donationibus antiquis, quæ propter nuptias appella-
6 bantur, quæ sicuti erant exceptæ † a regula dictæ *l. 2.* vt *glos.* ibi fatetur, ita ratio suadet, quod, & istæ censeantur exceptæ: quod verò æquiparentur, latè probatum est supra *in primo discursu numer. 8.* vbi ex pluribus Doctoribus fundaui quod cum illa donatio ab aula recesserit, in eius locum successit ista, de qua agimus, quibus addo Monter. *decis. 10. num. 7. & mille per* Stephan. Gratian. *disceptat. 924. num. 33. & discept. 984. numer. 30.*

7 Tertio, quia hæc donatio consuetudine † probatur quæ sola sufficeret ad eius validitatem, non obstante regula prædicta, de qua testatur Guid. Pap. *dict. decisio. 145. ante num. 3. vers. præterea generalis* Bertrand. *cons. 346. num. 8. & 9. volum. 1.* Natta *dict. cons. 609 num. 3. circa medium* Roland. *cons. 70. num. 4. vol. 4.* & de Re-

gno

gno Neapolit. Præfes de Franch. *decis.* 436. *num* 4. vbi ait quod in regno illo nunquam contrahuntur matrimonia, nisi à parentibus recipiant, donationem, quæ æquiualeat dotibus; subdens hæc verba, & in hoc casu iudex debet se fingere patrem mulieris, & considerare an ipse esset traditurus nuptui filiam filio familias, cui pater donasset donatione reuocabili, & cætera vt ibi, & de consuetudine Cataloniæ testatur Fontanell. *dict. claus.* 4. *num.* 9. vbi ait quod suis temporibus mille id generis donationes fieri vidit, quas postea in iudicijs omnimodam habere firmitatem agnouerit, & pro eius validitate pluries iudicatum, & de eius validitate, & frequenti vsu inter nobiles potissimè testatur alter eiusdem nationis author Molin. *de rit. nupt. lib.* 3. *quæstio.* 2. *numer.* 61. *fol.* 141. *colum.* 2. a tergo, *& quæstio.* 6. *numer.* 57. *in medio fol.* 153. & de Regno nostro omnes nostrates quotquot scripserunt horum tribunalium decisiones huiusmodi donationes vsitatas ostendũt Milan. *decis.* 59. *lib.* 1. Intrigl. *decis.* 20. Castill. *d. decis.* 51. *& decis.* 106. *& decis.* 152. *n.* 163. *vers. non nego* Mastrill. *decis.* 250. *nu.* 67. Giurb. *ad consuetud. Messan. capit.* 1. *glos.* 8. *num.* 74. Amatus qui eosdem imet, in alijs tamen locis refert *resolut.* 30. *numer.* 12. qui omnes ita de ea scripsere, vt euidenter receptam in hac regione demonstrent, & re vera nullus pene in hoc Regno filius familias matrimonium contrahit in casu vbi egregia dos ex parte mulieris afferatur, quin pater illi aliquid correspectiuè donet, quod pro oneribus matrimonij portandis, & tuitione dotis deseruiat iusta doctrinam Angul. *de meliorat. ad l.* 6. *gloss.* 4. *numer.* 8. *&* 10. *tit.* 7. *lib.* 5. Rouit. *in pragm.* 1. *num.* 167. *tit. de Abus. in scrib. sublat. & cons.* 15. *numer.* 8. *ad fin. lib.* 2.

Demum ex prædictis, & alijs rationibus præsentem donationem valere affirmant omnes præcitati patres, quibus addendi sunt Tiber. Decian. *respons.* 31. *nu.* 69. *& respons.* 41. *num.* 22. *vol.* 1. Marquil. *in vsat. auth. & rogat. fol.* 219. *col.* 2. quos citat Fontanell. *dict. claus.* 4. cum multis ex præcitatis in primo fundamento Becc. *consil.* 20. *numer.* 3. Molin. *de ritu nupt. lib.* 3. *capit.* 12. *n.* 6, qui ad id citat Dec. *consil.* 239. *&* 414. Gratia. *d. discept.* 924. *nu.* 33. *& discept.* 984. *ante nu.* 30. *fol.* 541.

Non obstant modo quæ contra hæc supra adducta sunt de patria potestate impediente hanc acquisitionem, tamquam statim efficiantur profectitia, & patri quærantur; quia respondetur quod fauor matrimonij facit, vt filius capax efficiatur, item verum est dicere
8 hæc donata effici aduentitia † quarum filij familias hodie capaces existunt *l.* 1. *C. de bonis maternis l. cum oportet* 6. *C. de bonis quæ liber.*

Nec facit quod hæc donatio non sit illa, quæ antiquitus propter nuptias appellabatur, quia fateor illam non esse, quod verò eiusdem priuilegijs fruatur, tamquam quę in eius locum fuit subrogata, hoc semper affirmabo; & pro hoc mihi perpetua erit pugna cum interpretibus, qui percipere noluerunt verbum istud, vt apparebit per totam seriem huius præsentis tractatus, & licet non transeat in dominium vxoris, attamen ipsa agit ad eius obseruantiam tamquam ei interfit illam obseruari, vt notat Ponte *consil.* 80. *numer.* 15. & Rouit. *d. cons.* 15. *numer.* 8. non audet negare.

9 Non obstat oppositio † Antonij Fabri in puncto, de quo agitur, quem sequuntur moderne Macerat. *lib.* 2. *resolut.* 49. *numer.* 6. Merenda *lib.* 1. *controuers. cap.* 22. *num.* 14. Rouit. *dict. consil.* 15. *numer.* 6. *lib.* 2. quia ipse cum senatu contrarium, & melius tenuit *in C. lib.* 8. *titul.* 34. *de donat. definit.* 1. vnde potius quid in decidendo senserit attendendum est: & ad illud quod obijcitur, aduersus communem intellectum *d. l. Pomponius Filadelphus*; respondetur esse nimis subtile, licet amicum literæ, etenim ibi Iurisconsultus non ex eo dicit filiam dotem naturaliter possidere, quod ciuiliter incapax
10 sit; sed quia tanquam tradita viro, ciuilis possessio † in eum migrauerat, *leg. doce ancillam* 9. *Cod. de reiuendic.*
11 semanente tantummodo penes eam naturali, vt † alibi habemus ab Imperatore *in l. in rebus* 30. *C. de iure dot.* ibi *cum eadem res ab initio vxoris fuerint; & naturaliter in eius permanserunt dominio*, & Rursus ibidem, *vt siue ex naturali iure eiusdem mulieris res esse intelligantur*, etenim quo ad ciuilem acquisitionem perinde haben-
12 tur res dotales ac si à principio † marito traditæ fuissent, occultatur etenim vnus actus, vt doctè tradit Bal. *in l.* 2. *num.* 5. *D. de inoffic. donat.* & nos abundè pro Ioanna Licciardello contra Apolloniam de Lao, vnde contra Fabrum latè tenet Facchin. *lib.* 13. *controu. cap.* 60. qui Fulgosij, Castrensis, Ripę, & Alciati non meminit, sed solum cum Antonio Fabro videtur contendere voluisse. Nec enim existimo quod hos non viderit.

Sed an soluto matrimonio cessante causa donatio hæc subsistat? dic affirmatiuè vt dixi in *V. speciali in fine, vers. tertio concordiam.*

TRA-

TRACTATIONES PRIMÆ

DISCVRSVS TERTIVS

PARTICVLA PRIMA.

ARGVMENTVM.

MAter quare valide donet filijs etiam sine consensu viri, & quid sit commodam ad virum redundat; Vsusfructus an possit patri prohiberi; & per qua verba censeatur prohibitus, & quid pro concurrenti summa legitimæ. Mater quare pro matrimonio filij ei legitimè donet; & quid pro eius alimentis: vel pro dote filiæ: Vxoris & viri donatio, in aliquibus casibus hic positis valet: Donatio pro vsufructu quando trahat ad se proprietatem.

SVMMARIVM.

1 *MAtris donatio in filios collata regulariter tenet, & ratio assignatur.*

2 *Mater non habet filios in potestate, ideo nec legitima administratrix est, nec vsumfructum habet.*

3 *Recte filio donat absque consensu mariti, vel consanguineorum.*

4 *Filio in potestate non iure donat, vbi commodum ad patrem, eiusque maritum redundat, sed vide num. 6. & 8.*

5 *Aduentitiorum proprietas quaritur filijs familias secundum ius Codicis.*

7 *Mater ita potest donare filio, ne vsusfructus patri quaratur.*

9 *Vsusfructus, & commoditas non solum potest prohiberi patri expressè, sed etiam tacitè vide numer. 14.*

10 *Mater si ex vsufructu voluerit certam partem viro acquiri, censetur reliquum prohibuisse.*

11 *Prouisio hominis facit cessare prouisionem legis.*

12 *Pater grauatus restituere filio hæreditatem aut pure aut in diem vel sub conditione, non retinet vsumfructum.*

13 *Mater disponens vt fructus cumulentur ad fauorem filij, censetur prohibuisse patri vsumfructum.*

15 *Potest prohibere vsumfructum patri etiam pro rata legitimæ si donet in vita.*

16 *Onus super legitima tenet durante vita patris vel matris, secus eis mortuis.*

17 *Filius acceptans legitimam cum onere dum viuit, tenet onus, patre verò mortuo reijcitur.*

18 *Mater in testamento an possit prohibere vsumfructum patri, pro rata legitimæ filij pro, & contra.*

19 *Vsusfructu patri prohibitio an censeatur prohibita administratio, & quid è conuerso.*

20 *Filij per contractum matrimonium liberantur à potestate patris de consuetudine quasi totius mundi.*

21 *Mater validè donat filio matrimonium contracturo ex causa ipsius, & ratio assignatur.*

22 *Potest donare viro, vt expendat pro matrimonio filiorum communium.*

23 *Vxoris, & viri donatio valet, quando ita donatur vt cedant in vtilitatem alterius.*

24 *Valet facta marito, vt conuertat in dotem filiæ ex alio matrimonio.*

25 *Mater potest donare filio naturali quo ad proprietatem, & fructus.*

26 *Donans filio ad vsum vel pro alimentis venit proprietas, Sed quid in patre distingue.*

27 *Rectè donat filio nubenti, etiam quod stante morte mariti reincidisset in patriam potestatem.*

POst omne genus donationum, quæ sustineri possunt inter parentes, & filios in potestate, meritò sequitur videre de donatione per matrem facta; de qua licet dixerimus vix donare solere, tamen non ex hoc sequitur, quod aliquando non donet; ideo circa eius personam subsequentes oriri possunt dubitationes.

Prima, an valeat donatio inter matrem, & filios.

Secunda an sit necessaria, vel voluntaria, indeque an simplex, an ob causam, an iuuetur velleiano, & an bona per eam fideicommisso subiecta ex hac causa alienari possint.

Tertia an possit in vnum ex filijs huius donationis titulo conferre lucra nuptialia, quæ ex viri præmortui bonis ad eam peruenerunt.

Quarta, an possit huiusmodi donationem aliqua ex causa reuocare, puta si vellet ad secundas nuptias transire.

Quinta, an subiaceat *l. hac edictali, & titul. de inoff. donat.*

1 Deueniendo ad primam, regula est † donationem valere, nulla enim Iuris ratio assignari potest, quin subsistere habeat; cum nullum adsit impedimentum, nè naturalis ciuilisq; oriatur obligatio, ita colligitur ex textu *in l. donationes 32. §. species D. de donat. l. velles 6. & l. his solis. 7. cum* Auth. quæ sequitur *C. de reuocand. donat. l. fin. C. de donat. quæ sub modo* Auth. *vt liceat matri, & auiæ,* in principio cum ibi notat, *leg. a, vbi gloss. & omnes DD. C. de iure dot.* Bald. *in leg. filium quem habentem Cod. famil. ercifcund.* cum concordantibus datis per Iason *in l. frater à fratre in prim. repetitione in fin. & in conf.* 154. in causa *colum.* 1. *vol.* 2. Ripa *respons.* 10. *lib.* 1. Paris. *consil.* 73. *lib.* 1. Decian. *cons.* 16. *nu.* 77. *lib.* 1. Card. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 11. *tit.* 3. *numer.* 19. *vers. neque dubium* Bardellon. *cons.* 15. *numer.* 2. Turret. *cons.* 77. *numer.* 12. *vol.* 2. & decisum apud Cappel. Tolos. *decis.* 191. & in nouissimis diuersorum *decision.* 875. *numer.* 3. *tom.* 4. *fol.* 478. quæ est apud Farinaz. *d. num,* refert Molfes. *ad consuet. par.* 3. *quæstion.* 14. *numer.* 8.

2 Ratio est, quia mater † non habet filios in potestate, propter quam impediatur donare *§. fæminæ instit. de adopt. & toto titul. instit. de patr. potest. l. filie.* 88. *D. de solut.* Anton. Gomez *in l.* 47. *Tauri num.* 3. Cancer. *var. resolut. capit.* 21. *tit. de transmiss. nu.* 68. *lib.* 3. Surd. *de aliment. tit.* 2. *quæstion.* 1 *num.* 51. vnde colligunt non esse legitimam administratricem bonorum filij, & consequenter, neque vsumfructum prætendere posse Cartar. Rotæ Genuens. *decis.* 30. *num.* 10. vt nota sunt Iuris nostri principia.

Quę ampliantur ad casum, vbi mulier in donationi-

3 bus cogeretur adhibere consensum † mariti, vel aliorum; nam adhuc donatio facta filijs valeret nullo consensu interueniente, *text. prędictus in l. velles 6. C. de reuocand. donat.* ibi *velles nec ne filio tuo prædia, itemque mancipia donare, fuit in initio tibi liberum, desine itaque postulare, vt donatio, quam perfeceras, reuocetur prætextu mariti, & liberorum absentia, cum huius firmitas ipsorum præsentia, non indigeat,* iuxta quæ in terminis statuti consuluit Bald. *consil.* 407. *post num.* 4. *lib.* 2. Crauer. *consil.* 39. *num.* 14. Cephal. *cons.* 161. *numer.* 5. Tiraquel. *de legib. connubial. gloss.* 8. *num.* 110. Lambert. *ad statut. Mediolani de contract. mulier. in fine numer.* 109. & fuit resolutum in Rota per Sarnens. *decisio.* 110. *lib.* 1. & in nouiss. diuers. *decision.* 17. *tom.* 4. *fol.* 6. & in alia Romana prælegari 29. *Octobris* 1563. Stephan. Gratian. *disceptat.* 219. *num.* 18. *tom.* 2. quæ tamen intelligas velim iuxta distinctionem per me traditam in *discursu primo tractationis primæ à numer.* 160. *& persequentes.*

Fallit tamen regula suprascripta, vbi donatio fieret

4 filio qui est in potestate, † & ex donatione commodū resultaret ad maritum, vel ratione proprietatis, vel ratione vsusfructus, quia in hoc casu eodem modo non valeret donatio, ac si mulier marito donasset, quod enim prohibetur directo fieri, non licebit facere in consequentiam, & per indirectum: sunt text. aperti *leg.* 3. *§. qui in eiusdem potestate ibi secundum hæc, si mater filio, qui in patris potestate est, donet nullius momenti erit donatio, quia patri, quæritur leg. si vxor.* 20. *D. de donation. inter virum & vxorem,* Ioan. Lup. *rubric. de donatio.* §. 42. & 43. Cardinal Mantic. *dicto lib.* 21. *titul.* 3. *numer.* 18. Sanc. *de matrim. lib.* 6. *disp.* 1. *num.* 10.

Hæc verò conclusio attento nouissimo iure non procedit indiscriminatim; etenim, cum filijs familias

5 quæratur, † proprietas aduentitiorum per *leg. cum oportet.* 6. *C. de bon. quæ liber. & institut. per quas personas nobis acquir. in principio*: valere consequenter, debet donatio in eo, quod filio quæritur, non obstante patria potestate, vitiabitur tantummodo respectu

6 † vsusfructus, quem scimus acquiri patri de bonis aduentitijs, nisi forte ita donatum sit, vt neque de

7 vsufructu, pater participare † possit; quod optime fieri potest, vt dicta Authentic. *excipitur C. eod. titul.* & concludit Bald. *in l. si constante C. de donat. inter vir. & vxor. & in dict. l.* 3. *§. qui in eiusdem.* Rubeus Alexandrin *cons.* 54. *num.* 2. Card. Mantic. *ibidem numer.* 19. & mille infra allegandi, qui indistinctè sunt accipiendi siue dispositio fiat inter viuos siue in vltimis, quidquid dicant Gloss. ibi & Alex. *in l. nemo C. qui testamen. facer. poss.* quos reprobat Marta *de success. par.* 4. *quæst.* 1. *art.* 3. *num.* 32. licet enim, ait ipse, communiter receptum sit verbum disponere aliquando importare dispositionem inter viuos, attamen importat propriè dispositionem in vltimis ex Rota *in nouiss. decis.* 879. & Franch. *decis.* 607. & alijs, quos allegat.

Sed

Sed quod imò donatio valeat, nulla habita consi-
9 deratione † vsusfructus patri quærēdi, tenuerūt Azor. *in summ. C. de donat. inter vir. & vxor. col. 2. vers. item, & quæ contingunt* Iacob. de Arena, & Marsil. *in l. si constante C. eod. tit.* quos refert, & sequitur Tiraquel. *de retract. lignag. §. 1. glos. 9. num. 72.* qui dicunt quod hoc in casu patri non quæritur vsusfructus; quod mihi non feder, & nimis dubium fuit apud Bald. *in d. l. si constante*, dum dicit hæc verba, si vis procedere sine scrupulo, facias apponi hæc verba, quod patri nō queratur vsusfructus; alias esset dubium sequitur additio ad Capellam Tholosan. *dict. decis. 192.* nisi fortè dicamus hos Doctores supponere, quod ex hoc tacite pro validitare donationis, censeri debeat prohibita patri, vsusfructus acquisitio, & perceptio.

9 Prohiberi enim potest vsusfructus, † ad terminos *dict. auth. excipitur C. de bon. quæ liber.* non solum expressè, sed etiam tacitè, vt firmant Paulus *in l. filiofamilias D. de legat. 1.* vbi Iason *numero 68.* Boer. *decisio. 193. part. 1.* Alexandr. Trentacinq. *tom. 2. var. resolut. tit. 4. de peculio num. 4.* Ferrer. *in constit. impuberes gloss. 4. num. 220. fol. 118.* à tergo Surd. *consil. 116. num. 22. 25. & 38. & consil. 143. numer. 21. & de aliment. tit. 2. quæstion. 15. nu. 24.* Gabr. *consil. 118. nu. 12. lib. 1.* Becc. *consl. 97. nu. 6. lib. 1.* Guttier. *in capit. quamuis pactum in verb. nullum ad bona paterna nu. 18. de pact.* Rota coram Pirouano *Roman. transactionis 26. Ianuarij 1617.* Mastril. *decis. 59. numer. 7.* Gratian. *discept. 713. num. 18.* vbi ampliat etiam ad commoditatem, vt prohiberi tacite possit; post Molinam, quem allegat, sequitur Giurba noster ad *consuetud. Messan. cap. 7. glos. 3. numer. 20. & 21.* vbi mille habes, quos addas, & vtroque casu donatio pleno iure valebit; quare opere pretium duxi aliquos casus recensere in quibus hæc tacita prohibitio resultat, & primo dicunt censeri prohibitum in cętero
10 vsusfructum, si aliquam partem † in donatione expressam voluerit marito acquiri, ita Ferrer. *in d. const. de los impubers §. 4. num. 224. & sequent.* assignat ra-
11 tionem quia prouisio hominis facit cessare † prouisionem legis ex regula *l. final. C. de pact. conuent.* quam latè exornat Iason *in l. 2. nu. 142. C. de iure emphit.* Bald. nouell. *de dote priuileg. 68.* Neguſ. *de pignor. membr. 4. part. 2. numer. 82. & 84.* Mantica *de tacit. & ambig. libro 3. titul. 7. numer. 23. & libr. 11. titul. 27. numer. 3.* Menoch. *remed. 3. numer. 156.* Caldas *in l. si curatorem habens verbo læsis numer. 144.* Anton. Faber. *decad. 6. error. primo*, & in hoc casu licet vitietur, quo ad illam partem, vsusfructus marito debiti; tamen in reliquo remanet firma donatio, sicuti in similibus terminis di-
12 cunt Doctores, quod quoties pater † ab aliquo institutus grauatur restituere hęreditatem filio, post diem, vel sub conditione, aut pure, tunc adueniente die, vel conditione restituta filio hæreditate, nullum pater retinet vsumfructum; Castrens. *in l. cum filio num. 18. D. de legat. 1.* vbi Iason *numer. 150.* Ripa *num. 68.* Surd. *decis. 242. num. 4.* Zanch. *in l. heredes mei §. cum ita part. 5. nu. 127.* Alex. Trentacinq. *lib. 1. resol. 4. tit. de peculio* sequitur Ferrer. *d. loco nu. 218.* Surd. *cons. 116. nu. 23.* Becc. *cons. 97. num. 13.* Stephan. Gratian. *disceptat. 713. num. 34.*

13 Alter est casus, quando mater distribuit † vsumfructum, vt expendatur in vtilitatem filij vel cumuletur in eius fauorem ad emendos redditus, ex hac enim prouisione censetur in necessarium antecedens velle ne eum pater habeat, vt probaui in vna repetitionis dotis pro Donna Maria Corbera contra Baronem Pilaini eius patrem.

Plures alij sunt casus, ex quibus resultat tacita pro-
14 hibitio † vsusfructus, in odium patris, quos cumulat Alexand. Trentacinq; *dict. lib. 1. var. resol. 4. tit. de peculio.* & Gratian. *dict. disceptat. 713. à nu. 27. vsque 47.* quos nō refero, quia nō possunt applicari, ad terminos dispositionis factæ, in contractu; ideò vbi eueniat casus in terminis institutionis in testamento, ad eos recurras.

Postremo in materia prohibitionis vsusfructus illud
15 annotabo, quod si mater filio donauerit † pro legitima, bene poterit vsumfructum patri prohibere, quoniam licet talis prohibitio cui onus, & quo ad legitimam reijciatur, secundum Fontanellam in loco statim citando; attamen hæc ratio habet locum vbi legitima in morte relinquitur; quando incipit debeti;
16 nam si in vita assignetur, † quando talis assignatio voluntaria reputatur; tunc onus renet durante vita, licet post mortem reijciatur; sicuti dicunt Doctores in terminis dotis assignatæ filiæ pro legitima, ex illa *decisio.* Rotę per Cardin. Seraphin. *decis. 815.* de qua Merlin. *de legitima lib. 3. tit. 1. quæstio. 9. num. 27.* & in terminis legitimæ assignatę, filio in vita idem Merlin. *d. lib. 3. tit. 2. quæstio. 10. num. 23. fol. 388.* vbi tenet quod filius
17 acceptando legitimam à patre viuente † cum aliquo onere, non censetur sibi præiudicasse post eius mortem sed tantum vsquequo viuat nisi fortè vltra acceptationem renunciet, vel faciat pactum de non petendo, nec oneri contraueniendo, & ita dicit intelligēdos esse Menoch. *conf. 71. num. 21. &* Mangil. *de imputat. quæstio. 90. nu. 21. vers. limita, & quæstion. 7. num. 42.*

Et licet non desint Doctores, qui teneant valere
18 prohibitionem vsusfructus factam † à matre, respectu legitimæ, filij; etiam in testamento; vti sunt Glossa *in Autent.* vt liceat matri & auiæ verbo participium Alex. *in l. mulier n. 5. ad trebell.* Bal. *in leg. filiæ cuius C. famil. ercifcund.* Iason *in l. cum filio num. 151. de legat. primo* relati per Boer. *decis. 194.* Vasq. *de success. creat. lib. 1. §. 10. num. 234.* Molin. *de primogen. lib. 1. cap. 19. num. 33. cum duob. sequentibus*, Trentacinq; *d. libr. 1. resolut. 4. num. 3.* Franch. *decis. 161.* & Amendola ibi Crass. §. *legitima quæst. 38. nu. 18.* Surd. *cons. 570.* Rendina *in promptuar. tit. de vsufruct. nu. 4.* Matta post hęc visus *de success. p. 4. quæst. 1. art. 3. à nu. 35. vsque 60.* qui ad partes, & bene disputat quæstionem. Ex quibus potest elici conclusio quod prohibitio durabit etiam post matris mortem.

Attamen cum horum opinio non recipiatur, persisto in priori sententia, quod autem contraria opinio sit verior, satis esset absque citatione auctorum, qui eam profitentur producere verba ipsius Authent. vnde sumitur ex corpore *sancimus ait licentiam esse matri, & auiæ, & alijs parentibus, postquam reliquerint filijs partem, quæ lege debetur, quod reliquum est sua substantiæ relinquere sub hac conditione vt pater vel qui omnino eos habet in potestate in his rebus neque vsumfructum, neque quodlibet penitus habeant participium*, per quæ verba nemo est, qui non videt, licentiam prædictam

concessam fuisse, excepta legitima; dum antea non poterat neque in aliqua re particulari relicta, patri vsusfructus prohiberi, vt communiter fatentur Doctores post Bald. *in filijs matrem C. de inoffic. testam.* Alex. *in l. gallus §. quid si is numer. 7. de liber. & posthum.* imo fortius per ius digestorum, neque proprietas aduentitiorum filijs quaerebatur, sed patri pleno iure accedebant, vt patet per textum *in leg. placet 78. D. de acquir. haeredit.* cui textui insufficienter responder *Marta art. 3. numer. 56. vers. respondetur*. Quare per praedictas rationes ita tenuit Bart. in Authent. *excipitur* vbi Angel. Castr. Fulgos. & Corn. Bertrand. *consil. 3. in fin. lib. 1. par. prima* Ruinus *in l. gallus §. quid si tantum numer. 17.* & ibi Emanuel Costa *par. 5. numer. 9. & 91. D. de liber. & posthum.* Fabian. de Gioch. *in authent. nouissima numer. 141. C. de inoff. testam.* Anton. Gomez *in l. 48. tauri num. 11.* Suarez *in l. quoniam in prioribus limitat. 1. numer. 11. vers. sed reperio D. eod. titul.* Rimina. Iunior. *in §. 1. numer. 102. institut. per quas personas nob. acquir.* Cald. *de restit. in integr. verbo laesis numer. 135. versicul. quae conclusio amplianda fol. 326.* quos refert, dicens veriorem Gratian. *d. discept. 713. num. 22. & seqq.* Castill. Sotomaior *de vsufruct. capit. 3. num. 58.* Fontanell. *de pact. nupt. lib. 1. claus. 4. gloss. 7. par. 3. nu. 39.* Ferrer. *in d. consilt. impuber. gloss. 4. num. 233. cum plurib. seqq.* Galganet. *de condit. & demonstr. par. 2. capitul. 1. quaest. 58.* Guttier. *in capit. quamuis pactum vers. nullum ad bona numer. 19.* Facchin. *controuers. lib. 5. capit. 21.* Giurb. *d. capit. 7. glos. 3. numer. 23. vers. nihilominus.*

Sed an in casu vbi patri licitè prohibetur vsusfructus
19 extra videlicet legitimam, remaneat † administrator Ferrer. *dicto loco numer. 239.* tenet negatiuè, allegat pro se Caldas *loco citato num. 147.* & Petram qui nil dicit *de fideicommiss. quaestion. 5. num. 226.* reprobando Fontanellam, qui contrarium asseruit respondendo omnibus eius fundamentis, quem libenter sequor, stringunt enim nimis verba Authentic. praedictae, vt *liceat matri*, & *auia in vers. si verò forsan* ita vt responsum non admittat, addo tenentem cum negatiua Merlinum *de legitima libr. 3. titul. 2. quaestion. 4. numer. 8.* & mille alios, quos ante eum cumulauit Giurba *dicto capitul. 7. gloss. 3. num. 36. 37. & 44.* ad quem recurrendum puto in hac materia, vbi contra Fontanellam videtur tenere, sed quid in casu contrario tenendum sit, videlicet an prohibita administratione censeatur prohibitus vsusfructus; haec quaestio pro affirmatiua habet Mastrillum *decisio. 59.* cum adductis per eum, & prò negatiua Fontanellam *de pact. nupt. libr. primo clausul. 4. gloss. 7. part. 3. à numer. 27.* quem impugnat Ferrerius loco citato Giurba verò *in dicta glos. 3. numer. 30. cum sequentibus*, post firmatam conclusionem controuersiam optimis distinctionibus dirimere conatur, quas non tango, quia nimis me dilatarem, supposito quod in terminis quaestionis praesentis non faciant ad rem, & quod apud eum videri possint. Si tamen tibi placeret opinio Fontanellae adde suis prioribus scriptis, ea quę repellendo iniuriam, modestè tamen addidit in *secundo tomo clausul. 7. glos. 1. part. 3. à numer. 42. cum pluribus sequentibus*, vbi alios pro se adducit, distinguendo inter prohibitionem facta ob suspicionem patris, & illam quę aliam praesefert causam, vt in prima, prohibito vsufructu censeatur prohibita administratio, & è contra, quem ego secutus sum in dicta causa repetitionis dotis, inter Donnam Mariam Corbera, & paterno contra Baronem Pilaini eius patrem.

Etenim vbi mater donet filijs contemplatione matrimonij, disputationes istae parum possunt practicari, cum de consuetudine quasi totius mundi loquendo,
20 filij eo ipso quod vxorem ducunt, liberentur † à patria potestate; vt in Regnis Hispaniarum praecipitur, per text. *in l. 8. titul. primo lib. 5. recopilation.* & per alia iura, quae adducit Rebell. *de obligat. iustit. part. 2. libr. 1. quaestion. 8. sect. 6.* de Regno Franciae Callan. *ad consuetud. Burgund. rubric. 6. §. 3. numer. 13.* Petr. Gregor. Tholosan. *in sintagm. iur. tit. 2. lib. 11. capitul. 10. num. 10.* & de hoc Regno, nostraque patria Mut. *ad consuetud. Panormit. 48.* Nepita *ad consuetud. vrbis meae titul. 20. consuet. 1.* & de diuersis mundi partibus Neopodan. *ad consuetud. Neapol. tit. 5. de filijsfamil. gloss. nubit. num. 10.* Barbos. *in l. 1. part. 4. num. 122. D. solut. matrimon.* Carpan. *ad statut. Mediolanens. statut. 416. num. 19. parte prima* Reusner. *decis. 10. num. 9. libr. 1.* Vulteius *ad institut. titul. quibus modis ius patr. potest. soluitur. in fin.* Morla *in empor. titul. 12. quaest. 8. num. 5.* Fontanell. *de pact. claus. 4. glos. 1. num. 29.* Giurba *decis. 43. num. 20.* eoque verò sic liberato rectè donari potest; quia nul-
21 lum commodum † patri resultat, vt in specie, de qua agimus, notat Sancez *de matrimon. libr. 6. disputat. prima numer. 10.* qui ad id allegat Ioan. Lup. *in rubric. de donat. §. 43. numer. prim.* Milan. *decis. 19. numer. 39. vers. imo verius lib. 1.* & alij supra *in discursu secund. par. 7. tract. primo.*

Sit ergò conclusio, donationem occasione matrimonij factam à matre filio valere, tam iure communi inspecto, quam nostro municipali, etiam patre de medio existente.

22 Quae quidem ampliatur, etiam † quod mater donasset viro, vt inde donationis titulo tradat communi filio vxorem ducturo. Bart. *in l. si vxor marito. D. de donat. inter vir. & vxor.* ibique caeteri scribentes, quam legem singularem esse dicit subtilis Aret. *in l. si diuortio. ad fin. & l. 1. colum. penult. in princip. D. solut. matrim.* Mantic. *de tacit. & amb. lib. 21. tit. 4. numer. 32.* Cald. Pereir. *quaest. forens. lib. 1. quaestion. 18. num. 23.* Rebell. *de obligat. instit. lib. 6. quaestion. 13. num. 6.* Barbos. *in cap. fin. num. 10. de donat. inter vir.*

Nec mirum, quia regulariter valet donatio inter
23 eos, quando illo intuitu celebratur, vt alter coniux † alicui tertio donet, quod accepit; est text. *in l. profectitia. 5. §. antepen. D. de iur. dot.* Bart. *in l. cum filius. D. de donat.* Ea ratione, quia coniux donatarius non efficitur locupletior Tiraquell. *in l. si vnquam verbo susceperit liber. numer. 172. C. de reuoc. donat.* Lup. *de donat. in rubr. §. 28. numer. 1. & §. 49.* Baez. *de non melior. filiab. capit. 19. num. 6.* Crot. *in l. frater à fratre, num. 75. D. de cond. indeb.* Sanch. *de matr. lib. 6. disp. 3. nu. 6.* Molin. *disp. 289. num. 18.* Mant. *d. lib. 21. tit. 4. num. 57.* Azor. *instit. moral. par. 3. lib. 11. cap. 10. quaest. 4. vers. 5.* Molin. *de rit. nupt. lib. 3. quaest. 49. num. 29. & seq.* Rebel. *d. quaest. 13. n. 6.* Barb. *ibi. n. 19.* & ex hac ratione valet donatio,
24 ad opus, vt conuertatur † in dotě filię coniugis, ex alio matrimonio habitę, de quo est casus *in l. cũ is 32. §. si in ea opinione sit mulier. D. de cõd. indeb.* vbi sustinetur dona-

tio

tio pro dote ex falsa causa facta, quia remanet illa pietatis, propter quàm ita in specie tenuerunt Cora. *cons.* 50. *num.* 14. *lib.* 1. Rip. *in l. vltim. num.* 170. *C. de reuocand. donat.* Natt. *cons.* 410. *numer.* 13. Mantic. *dicto lib.* 21. *titul.* 4. *numer.* 33. qui hos adducit nec replicetur, iurisconsultum in dicta *l. si vxor marito.* loqui quando donatio fit pro dote filiæ, quia respondemus quod satis est nobis, quod alia ratione non sustinetur, nisi ex fauore dotis, & matrimonij, qui concurrit etiam in casu isto, vt sæpè repetitum est; & prò confirmatione prædictæ sententiæ facit, quod mater donans ad terminos prædictæ legis, non donat ratione illius obligationis, quam habet in subsidium, per text. *in l. neque mater* 14. *C. de iur. dot.* sed donat simpliciter & liberalitatem exercet, vt aduertit Cardin. Mantic. *dicto titul.* 4. *num.* 32. *vers. sed hoc non habet*, Ergò non adest diuersitas inter eam, quæ fit filiæ, & quæ in filium confertur, cum sustineatur fauore matrimonij, qui æqualiter in vtroque casu consistit.

Ampliatur secundò, quod eodem iure sustineatur
25 donatio † facta filio naturali, vel vulgò quæsito
per matrem, tàm quò ad proprietatem, quam quò ad fructus; nullum enim scrupulum remanet, an vsufructus patri quæratur, ità Bartol. *in leg. cum pater.* §. *mater. D. de leg.* & *in l. si qua illustris.* vbi cæteri DD. *C. ad orfician.* & *instit. eodem titul.* §. *nouissime*, vbi Angel. Aretin. addens ad Capell. Tholosan. *decis.* 192. *in princ.*

Ampliatur tertio, vt valeat donatio, quando mater
26 donàt prò alimentis † vel ad vsum non solum re-
spectu vsus, sed etiam quoad proprietatem, vt est text. *in l. donationes* 32. §. *species. D. de donat.* vbi venit proprietas rerum à matre filiæ donatarum, quem vti notabilem affert Surd. *de alim. tit.* 2. *quæst.* 1. *num.* 49. ad differentiam consimilis donationis factæ à patre, in qua venit tantummodò vsus, & non proprietas; quod intelligit Surd. quando fit a patre filio in potestate; cæterum si daretur casus, vbi filius esset emancipatus, donatio facta per patrem modo prædicto valeret etiam quoad proprietatem; nulla enim alia ratio prohibet, quin dicto modo valeat, vt benè Surd. aduertit ibi. *numer.* 51. in finalibus verbis, vt in simili nos firmauimus supra, in donatione facta de rebus ad studij vsum pertinentibus, eo quod diximus à principio valere fauore studij.

Ampliatur quarto, idem ius esse, etiam vbi mater
27 esset filiafamilias, † vt putà quia reincidisset in pote-
statem patris, nàm poterit filio nubenti donare res dotales, sine aui seique patris consensu. dicta Authent. *vt liceat matri, & Auiæ*, vbi Bart. Castr. & Ias. *col.* 8. Roman. & Crauet. quos citat Couarruu. *super rubr. de testament. part.* 3. *num.* 9. *vers. potest tamen fol. mihi* 17. cum alijs, quos citat, & sequitur Caualcan. *decis.* 42. *num.* 35. *par.* 1. licet multi ex eis hoc non dicant quod nouum in eo non est, & Crauet. *in cons.* 39. quem prò se adducit, contrarium firmiter teneat, cui tamen deferendum non est, nisi vbi pater haberet vsumfructum; prout ipse loquitur; & sic vbi aliqua vtilitas redundaret patri.

TRACTATIONES PRIMÆ

DISCVRSVS TERTIVS

PARTICVLA SECVNDA.

ARGVMENTVM.

Mater an cogatur donare filio nubenti propter nuptias. Eadem donando dicitur proprio debito satisfacere. An iuuetur velleiano, obligando se pro dote nurus; Fideiussor dotis repetit à fideicommisso quod soluit. Matris bona vinculata possunt pro dote filiæ vlteriusque descendentis alienari; donatio per eam facta pro matrimonio filij dicitur ob causam. Filius tenetur dotare matrem in certo casu. Aui materni, & fratris bona non possunt alienari pro dote neptis, & sororis vbi eorum mater est diues.

SVMMARIVM.

1 *Mater nullo iure cogitur ad donandum filio vxorem ducenti, & ratio, & numer. 4.*

2 *Pater ità demum tenetur donare propter nuptias filio si dos ei persoluatur.*

3 *Filij matres inueniunt persæpè vxores sine donatione propter nuptias, licet fœminæ rarò sine dote.*

4 *Mater non cogitur dotare filiam, nisi in subsidium.*

5 *Dotando, dicitur debitum soluere, ideò dos ab ea data in legitimam imputatur, & numer. 24. vbi de donatione filio facta.*

6 *Donatio propter nuptias dos est filij, ideo à pari procedunt.*

7 *Pater alternatiuè tenetur vel se obligare pro dotis restitutione filij, vel propter nuptias donare cum distinctione, vel per Barbos. citatum.*

8 *Mater se obligando prò restitutione dotis nurus suæ, non iuuatur velleiano.*

9 *Velleianum non habet locum in dote tàm filiæ quàm extraneæ, quia vtroque casu adest pietas causæ.*

10 *An habeat locum vbi mulier se obligat ad dotem vnà cum viro: sed quid si vir non habet nisi bona feudalia.*

11 *Baro vti baro semper dicitur non soluendo.*

12 *Fideiussor dotis repetit à feudo, & fideicommisso, id quod soluit.*

13 *Doctrina Martæ de success. par. 4. quæstion. 21. art. 10. numer. 42. an procedat.*

14 *Velleianum quare cesset in donatione propter nuptias.*

15 *Mater diues an teneatur prius ad dotandam filiam quàm fideicommissum, declara numer. 16.*

Aliena-

17 *Alienatio fideicommisso subiectorum quarè sit prohibita.*

18 *Pro dote ideo sit, quia cum testator si viueret, teneretur censetur debitum vinculantis.*

19 *Ascendens omnis vsque ad adam, tenetur dotare suos descendentes, & donare proptèr nuptias.*

20 *Fideicommissum maternum alienatur ex causa dotis, & numer. 23.*

21 *Alienari posse, & fideicommittentem teneri idem est.*

22 *Alienabile an sit respectu vxoris grauati eius fauore, nè falleretur.*

24 *Matris donatio ob matrimonium filij an sit ob causam, prò, & contra; cum distinctione num. 26.*

25 *Necessitas an requiratur vt donatio sit ob causam, respectu donantis.*

27 *Mater tenetur donare proptèr nuptias filio, vel se obligare ad eius dotis restitutionem in certo casu.*

28 *Correllatiuorum natura qualis sit.*

29 *Filius tenetur dotare matrem non habentem aliunde, si iuuenis sit, & nubere iterum velit.*

30 *Mater, & non frater tenetur dotare filiam, si habeat vndè hu. faciat, & ratio assignatur.*

31 *Debitum dotandi descendit ex proximitate sanguinis.*

32 *Frater non posset alienare bona fideicommisso subiecta, vbi mater esset diues prò dotanda filia.*

33 *Fideicommissum ab auo materno institutum in subsidium bonorum paternorum alienari potest pro dote neptis.*

34 *Matris bona prius sunt excutienda, vt ad aui materni fideicommissum alienandum deueniatur, & ratio assignatur.*

35 *Mater in dotando est constituta in secundo loco post patrem.*

DEuenio ad secundam dubitationem, in qua quęritur, an sit necessaria, vel voluntaria, indeque an simplex, an ob causam, an iuuetur Velleiano, & an bona per eam fideicommisso subiecta ex hac causa alienari possint, quæ omnia vnica complectetur particula.

Ad primum accedendo, videtur quod non sit neces-
1 saria, primò quia nulla lex obligat † matrem ad donandum filio nubenti occasione nuptiarum, vt arguit Marian. Soccin. *cons.* 119. *nu.12. lib.*5. Hieron. Gabr. *cons.* 119. *nu.*37. *&* 40. *lib.* 2. Card. *Mant. de tacit. & ambig. lib.* 20. *tit.* 2. *num.*8. cum hæc obligatio afficiat patrem tantum *l. vltima C. de dot. promissione l. qui liberos* 19. *D. de rit. nupt.* vbi Coras. *nu.*10. Carot. ibi *q.* 4. Mart. *quæst.*7. *art.*1. Menoch. *consil.*33. Triuisan. *decis.* 22. *n.* 3. Facchin. *libr.*13. *controuers. capit.* 78. Petr. Gregor. *de dote de parag quæst.*20. *n.*5. Mantic. de *tacit. & ambig. lib.* 20. *tit.* 2. *num.*8. Giurba *decis.* 45. *nu.* 27. qui alios allegat, & lex contenta est de vnius obligatione, nec multiplicat entia absque necessitate.

Secundo, quia licèt lex obligat patrem donare proptèr nuptias filio; attamèn hoc euenit, quando dos
2 consignatur † patri; item in terminis donationis proptèr nuptias antiquæ quam diximus fieri nurui prò filio, & transite in eius dominium, & non in ista, vt in terminis discurrit Crauet. *consil.* 85. *num.* 4. vbi ità intelligit textum *in l. g vt liberis* 17. *Cod. de collationibus* Gabr. *dicto cons.*119. *nu.* 32. *cum tribus seq. libr.* 2. *& numer.*40. Castill. noster. *decis.*152. *num.* 166. addo Surd. *cons.* 143. *numer.* 46. *& sequentib.* quòd autem ista donatio, de qua quæritur, non sit illamet, de qua loquitur textus prædictus, satis probatum est *in primo discursu primæ tractationis*, defendit Castillus, quem sæpius ad hoc citabimus *decis.* 152. *num.* 160. aliisque allati *in discursu secundo. Particula vltima in principio*, quos non repeto, & infra *in speciali* 5. *in prim discursu tractat. secundæ.*

Tertio, quia, & si mater teneatur in subsidium ad dotandum filias *l. neque mater* 14. *C. de iur. dot.* cum alijs, quæ statim adducemus, attamen hoc est, quia
3 mulier sine dote vix virum inuenit, sed filius † potest vxorem ducere absquè quo mater ei donet, vel se obliget, ideò nulla necessitas subesse potest, ità vt cogi debeat, ita Gabr. *dicto cons.* 119. *num.*39. *lib.* 2. qui eamdem rationem adducit circà obligationem alendi, ad text. *in l. penult. D. de liber. agnoscend.*

4 Vndè attentis prædictis † ità tenuerunt. Marian. Socin. *dicto cons.* 119. *nu.* 12. *lib.*1. Gabr. *dicto cons.* 119. *à nu.*26. *vsq. ad* 30. Petra *de fideic. quæst.*8. *num.* 393. tenens, non teneri ad assecurandam dotem nurus, sequitur Peregr. *de fideicom. art.*42. *n.*46. *& seq. & cons.* 102. *num.* 34. *lib.*4. & Crauet. dum tenet, quod tamquàm simplex in legitimam non imputetur dicto *consil.*85. Portius Imol. in simili specie *cons.* 36. & apud eum Mossa. *cons.*80. Peregrin. *decis.* 104. *nu.*4. Mangil. *de imputat. quæst.* 14. *num.* 36. vers. *contrà verò* allegat Bertrand. *cons.* 1. *num.* 4. *lib.* 2. *& cons.*91. *num.* 2. *lib.* 3. *&* 133. *&* 147. *lib.*10. qui omnes dum dicunt non imputari supponunt non esse necessariam, quia si esset imputaretur, in necessitatibus etenim nemo liberalis existit.

In contrarium verò, quod imò sit donatio necessaria, in casu vbi mater tenetur in subsidium dotare, videlicèt quandò pater non habeat in bonis, ita po-
4 test argui, mater † non tenetur dotare filiam; & tamen in subsidium cogi potest, dicta *leg. neque mater.* Ripa, qui antiquiores refert *in l. p. nu.*79. *D. solut. matri.* Ant. Guilb. Constan. *de dote cap.* 3. *num.*4. Costa *de remed. subsid. cap.*65. Spin. *de testa. gloss.* 11. *de legat. pro dote num.* 11. Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæst.* 14. *num.* 13. Rogerius in *tract. de dote §. secundo nu.* 2. *Marta de succes. par.* 4. *quæst.* 21. *art.* 10. *nu.* 34. *fol.* 381. decisum Franch. *decis.*435. *num.*5. Gamma *decis.*377. qui dicit, matrem in hoc casu reponi in locum patris, & in eam transfundi ipsius obligationem, Surd. *decis.* 119. *num.* 3. *& decis.*164. *num.* 15. vbi post Castrensem *in l. quoniam nouella num.* 3. *C. de inoff. testam.* dicit quod vbi ma-
5 ter dotet † censetur proprium, non alienum debitum exsoluere, & ad illud faciendum stimulo quodam naturali impelli, & ex necessitate facere, vndè illud, quod dotis titulo donat, in legitimam imputatur, sequitur alios referendo Fontanella de *pact. claus.* 5. *glos.* 2. *numer.*4. *cum sequent.* Marescot. *var. resol. lib.* 1. *capit.* 44. *num.*9. Ioseph Ramon. *cons. p. in fin. post decisionem* vers. *quod autem*: ex nostris Intrigliol. *decis.*4. *num.* 15. *& decis.* 10. *num.*9. Mastril. *decis.*256. *num.* 23. Giurba *ad consuetud. Messan. cap.* 3. *glos.* 3. *p.* 1. *num.*47. sed sic est, quod dos cum donatione propter nuptias à pari procedunt, quia sicuti dos datur filiæ prò matrimonio,

6 ità donatio † proptèr nuptias dos est filij, ergò eodē modo in subsidium tenebitur mater ad vtrumque præstandum; ità videtur sentire Imperator in *l. cognomimus* 19. *in fine C. de hæreticis, & manicheis* vbi æqualiter patri, & matri donandi proptèr nuptias necessitas imponitur, sicuti, & dotandi, æquiparantur enim hi casus, vt notum est, & in terminis arguit Mantic. *dict. lib.* 10. *de tac. & ambig. tit.* 2. *num.* 10.

Et licet statim occurrat Castillus dicta *decis.* 152. *n.* 157. qui dicat nos non agere in terminis verè donationis proptèr nuptias respondeti potest adducendo responsiones adductas *in primo discursu, & in secundo in particula vltima*, hanc donationem videlicèt locum illius antiquè sortitam fuisse, & eisdem priuilegijs frui.

Secundò facit prò hac opinione, quod pater alter-
7 natiuè tenetur donare † proptèr nuptias, vel se obligare ad dotis restitutionem, tradunt latè Doctores *in l. si cum dotem §. transgrediamur*, quorum multos refert. Gabr. *dicto conf.* 119. *à n.* 31. *cum seq. lib.* 2. & Barbosa *in dicto §. transgrediamur à n.* 16. *& per seq.* cum declaratione videlicèt, vt si dos patri soluatur, vel filio eo volente, vt putà quia filius sit sub potestate, non repetat à filio; si soluatur filio emancipato, vel suo sine voluntate patris peccat; vt Barbosa ibi non obscurè affirmat, & bene Fontanell. *de pact. nupt. claus.* 7. *gloss.* 3. *p.* 12. *n.* 54. post Osasch. *decis.* 44. Surd. *decis.* 47. *n.* 6. Dec. *resp.* 49. *n.* 14. Houded. *cons.* 45. *n.* 12. *lib.* 1. Menoch. *præsum.* 14. *lib.* 3. Guidobon. *aduocat.* 37. Costa *de portione rata q.* 21. Vinc. Fusar. *de fideic. q.* 532. *n.* 2. *vers. tertio*, quiquid Gabriel dicat, & qui eum sequuntur, quòd non teneatur indistinctè nisi sibi soluatur dos; quia intelligendi sunt circà repetitionem vt fuit decisum prò Principe Buteræ contrà D. Ioannam Austriam, vbi fuit coacta cedere iura contrà filiam hæredem Mariti in Consistorio S. R. C. facit Amat. noster *resol.* 37. *nu.* 45.

8 Sed mater † rectè obligatur prò dote nurus in tantum vt Velleiano non iuuetur, secundum Bald. nouell, *part.* 6. *priuil.* 12. *n.* 2. *vers. quinimò*, etiam Cephal. *consil.* 408. *n.* 10. cum alijs per Surd *decis.* 164. *n.* 4. *&* 14. Ioa. Maria Nouarr. *in prax. miserab. personar. priuil.* 110. *n.* 6. *fol.* 154. *nu.* 10. Gratian. *discept.* 669. *nu.* 22. non solum autem pro dote per nurum allata, sed pro antefato per filium nurui constituto, vt decisum refert Franc. *decis.* 182. sequitur Molfes. *ad consuetud. p.* 7. *q.* 3. *nu.* 18. *cum seq.* Giurb. loco citando ergo signum est certum, quod donare cogatur, quia non ex alio sustinetur obligatio prò dotis restitutione filio tradita, nisi quia ipsa ex naturali stimulo tenetur vel ad donandum, vel se obligandum.

Huic fundamento posset responderi, quod imò nulla datur diuersitas circà velleianum non gaudendum
9 intèr dotem nurus, & dotem † extranei, quia excluditur à dicto beneficio Senatusconsulti, non ex alio capite, quàm ob pietatem causæ: Io. Franc. de Pont. *tit. de potest. proreg. tit. de diuers. prouis. n.* 25. *fol.* 493. & Nou. *loc. citat.* ideoque nullum posse duci argumentum, dum non est in hoc casu speciale, sed generale in omni dote.

Item non sequitur ex eo, quod cessat velleianum, ergo tenetur se obligare, perque subsisto.

Vnum adnerto circa hoc secundùm, quod in mate-
10 ria velleiani verius est, quod mulier † intercedens pro dote filiæ, vel nurus vnà cum viro iuuetur velleiano, vt apertè sentit Bero *cons.* 48. *n.* 9. *lib.* 1. Hond. *cons.* 45. *nu.* 23. *lib.* 1. Surd. *decis.* 164. Rot. *decis.* 1. impressa post Picum *de contr. mulier. n.* 12. Adr. Neguf. *resp.* 414. *n.* 14. Henrig. *de fideiuss. c.* 7. *n.* 415. Pirr. Maur. *sess.* 8. *p.* 3. *n.* 21. *eod. tit.* Franch. *decis.* 102. *n.* 12. Molfes. *ad consuet. Neap. par.* 7. *quæst.* 3. *n.* 14. *& part.* 8. *q.* 5. *nu.* 5. Giurb. *ad consuet. Messanæ c.* 13. *gloss.* 1. *nu.* 27. *fol.* 691. iuxta quæ respondi prò Don Octauio Buglio, & obtinuissem, nisi adfuissent demedio feuda, & sic dum vir non erat soluēdo, quo casu mater tenebatur, quia † Baro vti baro sem-
11 per dicitur pauper, & hoc casu crederem procedere contrarios, & trinas decisiones in dicta causa factas; licèt responderi posset, onus feudi peculiare esse solutionem dotium, & quod mater censeatur fideiussisse contemplatione feudi; quo casu non est dubium, per
12 eam obtineri posse † iurium cessionem, & repeti contra feudum id, quod solutum est, vt in terminis fideicommissi Castrens. *cons.* 17. *& cons.* 81. *lib.* 2. quem communiter DD. sequuntur, teste Fusar. *de fideic. q.* 532. *n.* 3. *&* 4. Card. Tusch. *in suis conclusion. verb. Dos, concl.* 747. *n.* 15. *&* 36. referens bis decisum Molin. *de primog. lib.* 4. *c.* 7. *n.* 9. Molin. Theol. *de maiorat. qu.* 653. *nu.* 6. Oddo *de fideicomm. quæst.* 45. *art.* 5. *num.* 74.

13 Non obstante, quod Doctor † Marta *de success. legal. p.* 3. *quæst.* 21. *art.* 10. *n.* 42. contrarium tenere videatur, quatenus firmet, mulierem repelli exceptione cedendarum, si fideiussorem dotis liberauerit, nec posse super fideicommisso satisfactionem petere, quasi fideiussor censeatur datus in exoneratione fideicommissi, adeò vt per prius executi debeat, quia stantibus prædictis, eius doctrina confunditur.

Et licèt *Martam* aliquandò inter allegandum adduxerim in quadam causa, in qua erat Iudex Dominus de Maccagnone; attamen visis prædictis auctoribus, quos extrà Oddum postea vidi, susisti, quod ad mei exonetationem dico, nè fortè appateam mihi ipsi contrarius, & quod ante excussos fideiussores possit fideicommissum exequi contra Petram renuit Fusar. *de fideic. q.* 532. *n.* 4. & Giurba post mille ad *consuetud. Messan. cap.* 13. *glos.* 1. *num.* 16. *p. p.*

Demùm responderi posset, terminos velleiani non
14 esse applicabiles, vbi mulier donet † propter nuptias filios, ex quo mulier quandò donat, non iuuatur velleiano. Textus est expressus in *l. sed si ego.* 4. *D. ad velleianum, ibi Senatus enim obligatæ mulieri succurrere voluit, non donanti*, hoc ideo, quia facilius se mulier obligat, alicui donet, Cardin. Mantic. *libr.* 13. *titul.* 17. *num.* 2. *de tacit. & ambig.* Gratia. *discep.* 669. *n.* 15. Medic. *cons.* 139. *num.* 46.

Et redeundo vndè digressi sumus, potest etiam adduci aliud simile, quod fundat Bellon. Sen. *cons.* 83.
15 vbi affirmat, quòd quando † mater est diues, non detenitur ad dotationem filiæ super bonis perpetuò fideicommisso subiectis, quem sequitur Petra *de fideicommis. quæst.* 8. *num.* 460.

Sed contra Bellonum in eodem casu consuluit Ruius *cons.* 199. *numer.* 4. *& seq. lib.* 2. quem sequuntur Peregr. *de fideicomm. art.* 42. *nu.* 47. Fusar. *eod. tract. quæst.* 531. *nu.* 152. vbi refert ità per conformes decisum, & plures refert Card. Tusch. *in verbo dos concl.* 747. *n.* 35. *&* 36. referens pluries decisum Florentiæ licet neminem horum citet, quorum opinionem æquiorem existimo, con-

contrariam verò sustineri posse in puncto iuris.

Procedere tamen posset opinio Belloni, quandò
16 mater iam mortua esset, & bona † penes filiam pervenissent, cum quibus congruè posset dotari, vt annuit Peregr. d.art.42.n.47.& tenuit expressè Rot. Roman. decis.137.part.1.in nouis.& decis.66 p.1.in recentior.per Farinac. collectis, vbi alij allegantur, & obiectis respondetur, & hanc sequitur Ioseph Ramon.consi.1.post decision.in fine, vers.& dixi, quidquid teneat Fusar.d.q. 531.num.144.& seq. cui durum est Rotæ auctoritati contraire.

Tertiò sic argui potest, bona restitutioni subiecta
17 alienari † non possunt, vt integra ad eum, cui restitui debent, perueniant, l.p.§.res quæ D.ad Trebellian.l.2.§. pen.C.com.de legat. Et tamen alienatio permittitur ex causa dotis, vel donationis propter nuptias, eorum, quibus legitima debetur, idest filiorum, aliorumque descendentium ex dispensatione inducta per Imperatorem in Auth. res quæ C.commun.de legat. quæ in constitutione loquitur, & in terminis restitutionis, quia cessat const. Imperatoris, non ex alio capite nisi quia hic casus censetur exceptus, ad quod si viueret, fidei committens teneretur, si teneretur, ergò est sicuti debitum fideicommittentis, prò quo possunt bona fidei-
18 commisso subiecta † alienari l.filius famil. §17. §.Diui D.de legat.p.l.peto 7 §. §. prædium D.de legat.2.l.pater filium 36.D.de legat.3.post mille Surd.cons.7.n.23.lib.1. Honded.cons.58.n.15.lib.1.Menoch.cons.245.n.21.& receptissimam opinionem Crass.§.fideicomm.quæst.58. Peregr.art.40.num.18.Intrigl.centur.3.q.73.num.417. Surd.decis.62.n.21.qui ità arguit in præsenti materia dotis, Fusar.post mille quæst.541.Oddo.de fideicom.ex probib.alienat.quæst.34.num.4 fol.321.vbi mille, dicens non esse qui contrarium attentet.

Certum est enim, quod omnis ascendens vsque ad
19 Adam tenetur † dotare filias,& donare propter nuptias filijs, vel se obligare ad restitutionem dotis, vt supra ex Giurba, & alijs diximus.

Ideò quoties ex receptiori Doctorum sententia, firmum sit, prò donatione propter nuptias filijs sicu-
20 ti pro dote † filiæ posse bona fideicommisso subiecta per matrem alienari, totiès dicendum est, matrem teneri donare, vel se prò dote filij obligare.

Assumptum probatur per doctrinã Cornei in Auth. res quæ n.9. nec negauit Socein.in dicto §.Diui n.155.& Corneum sequuntur omnes moderni, nemine de conclusione dubitante, Iason videlicèt, Curt. Iun, Padill. cum alijs per Rustic de fideic.lib.3.cap.4.num.17. Marzar.de fideic.quæst.48.ad finem Cephal cons.574. in fin. Ancharan.Iun.q.64.lib.1. Cephal.cons.575.nu. 5.& 23. Peregrin.de fideic.art.42.num.46.Molfes.ad consuetud.p. 6.q.4.num.12. in Add.vbi alios adducit optimè Sforz. de fideic.ex prohibit.alienat.q.38.nu.28 fol.342.remissiuè Fontanella claus.5.glos.p.p.2.nu.118. Stephan. Grat. disceptat.331.tom.2.vbi pluries decisum in Rota refertur, & respondet contrarijs quem secutus sum sæpius refert, & sequitur Marta de success.part.4.quæst.21.art. 10. à nu.32.vsq.nu.38.& 30.Peregrin.cons.102.n.34. in fine lib.4. idem Gratia.discept.65.n.9.ex nostris Intriglio.decis.4.Mastrill.decis.256.n.10. vbi ter decisum in his supremis tribunalibus refert; Marius Giurb. ad consuet.Messan.cap.13.glos.2.nu.31.ad finem.conuertuntur enim supradicta intèr se bona Fullani, etiam fidei-commisso supposita possunt † alienari pro dotis restitutione; ergò si viueret teneretur se obligare ad dictam dotem restituendam.

Huic argumento posset responderi, quod bona fideicommisso subiecta èx linea materna non ideò alienantur, quod mater sit obligata ad dotis restitutionem, sed quia præsumitur quod ità se contestasset ma-
22 ter, & mulieris fauore † nè ignara falleretur, vt post Gozadinum, & Alexandrum firmat Madellus consil. 447.confirmat Mastrill.d.decis.256.n.19. Oddo de fideic.quæst.fol.395.num.6.

23 Itèm quod contrà prædictos † tenent alij Doctores maximè Auctoritatis Angel.in dict.Auth.res quæ n.13. & ibi Curtius Iun.nu.13.Castrens.in l. mulier.§.his præponeretur.nu.3.D.ad trebellian. Soccin. Iun. cons.159.n. 12.lib.2.Gabr.dict.cons.119.nu. 37.lib.2.à Petra de fideic.quæst.8.n.393.Riminal.Iun. consil.23.n.318.Bim. cons.314. nu.5.& 7.libr.2. Peregrin. de fideic.d.art.42. nu.45.Intrigl. de substitut.centur.3.q.quæst.77. num. 392. Peregrin.consil.102.nu.34. in 4.volum.Fusar. de fideic. quæst.531.n.38.& nu.40.vbi videtur cum hac residere testando quod ita in casu occurrenti consuluit, licet hæc non tollant prædicta.

Quarto ad cognoscendum sit nè hæc donatio necessaria, vel voluntaria, potest recurri ad aliud
24 medium; perscrutando videlicet, an hæc donatio † dicatur simplex, an ob causam; nam si est ob causam, sequi videtur necesariam esse; secus verò si contra; & quod sit ob causam, tenuerunt illi, qui affirmauerunt, hanc donationem in legitima filio imputari; hic sunt Castr. in l.quoniam nouella col. 2. vers. solutio C.de inoffic.testam.& consil.109. dubia nisi libr.1. vbi ait, quod donatio facta ex causa nuptiarum per matrem filio imputatur; quia licèt non sit debitum necessarium; tamen ex stimulo quodam naturali compellitur, sicuti ad alendum, Vasq.in l.omnimodò §.imputari n.268. Alciat.in l. inquartam nu.38. vers. quo ad procedit ad l.falcid.Coras.in l. filium quem habentem nu. 238. C.fam.ercisc. Becc.cons.20.n.30.Torniell.cons.82. n.24. Roland.cons.44.nu.31.lib.4.Peregrin.cons.78.n. 13.lib.3.Fabet.error. primo n.6.decad.41. & fuisse decisum in sacro Consilio refert à Thoro verbo donatio facta f.167.col.1.tom.2. qui legendus est, post Valasc.de part.& coll.q.13.nu.43. cum plurib.sequent.

Prò qua sententia affertur text.in l.vt liber. §7.C. de coll.vbi in specie agitur de donatione propter nuptias per matrem facta conferenda, hinc dicunt Riminal.ibi n.8.vers.addit quod id, quod dicit; & Becc.d. cons.20.nu. 30.in medio, quod Castrens.doctrina loco statim ci-
25 tato, dum requirit † necessitatem causæ, per prædicta confunditur, sicuti etiàm doctrina Bald.in dict.§. imputari & in matre, quod sit ob causam, tenuit in specie Gratian.discept.924.ante nu.19.to.4.

Facit etiàm illud, quod suprà firmate diximus, Antonium Fabrum virum doctissimum in terminis donationis factæ per patrem filio, quòd non ex hoc donatio deficit esse ex causa, ex eo quod causa non sit talis, propter quam quis cogi possit ad effectum imputationis; Ile equidem in tractat.de error.decad.41.error.3. numer.3.tom.2.fol.854.vbi contrà Crauettam loco citando, disseurrit, ostenditque eius doctrinam huic conclusioni non obstante.

Contrà tamèn prædicta tenet Crauet.consil.85.per tot.

TRACTATIONES PRIMÆ

DISCVRSVS TERTIVS

PARTICVLA TERTIA.

ARGVMENTVM.

Donatio inter virum, & vxorem sustinetur ex causa onerosa; Mulier quæ habuit à viro titulo oneroso non tenetur reseruare filijs Dodarium an sit ex causa onerosa constitutum; an detur matrimonio nõ consummato? an viduæ? an dote non soluta? an habeatur pro constituto? an de eo possit mulier in vnum filij disponere, si ad secũd as nuptias non transit: grauatus restituere an possit vnum quem malit eligere, & quando electio censetur facta? Dodarium ad quam summam possit constitui.

SVMMARIVM.

1 *Mater de bonis ad eam peruentis à primo viro an possit in vnum ex filijs disponere titulo contemplationis matrimonij latè discutitur.*

2 *Vir aliquando donat vxori ex causa onerosa, vtputà in remunerationem.*

3 *Text. in l. fæmina Cod. de secund. nupt. non habet locum in donatione ex causa onerosa.*

4 *Donatarium an dicatur ex causa onerosa constitutum discutitur.*

5 *Mulier nupta dicitur deterioris conditionis effecta ratione virginitatis amissæ.*

6 *Dotarium dicitur donatio remuneratoria, secundum aliquos, ideò non reuocatur ad superuenientiam filiorum.*

7 *Est merces de perdita virginitatis.*

8 *Non debetur matrimonio non consummato per carnis copulam, quando per virum non deficiat.*

9 *Medietas ipsius debetur ex osculo, etiam per procuratorem dato ad id serio constitutum.*

10 *Viduæ nubenti non solet dari in Regno hoc; hoc; vide num. 21.*

11 *Mulier si nubat tamquàm virgo, cum non sit, non potest in bona conscientia dotarium petere, nec retinere.*

12 *Dotarium in hoc Regno debetur, tam dote soluta, quam non, intellige, vt statim.*

13 *Habetur prò constituto, vbi non fuerit in contractu matrimonij assignatum.*

14 *Quare secundum aliquos sit donatio lucratiua, & numer. 18.*

15 *Copula est consecutiua matrimonij & consummatio scripturarum ipsius.*

16 *Causa onerosa præstare solet ius ad agendum.*

17 *Mulier præbendo se marito potiùs distrahit, quàm contrahit,*

19 *Omnia quæ ei obueniunt à bonis viri, seruare tenetur filijs*

lijs ex eo susceptis: sed intellige vt statim.
20 *Iuuenis, quæ habet ab vxore sene in recompensationem iuuentutis, vel ab ignobili ob nobilitatem, filijs non seruat.*
21 *Dodarium, & Arra Hispana differunt inter se.*
23 *Mulier an de dodario possit in vnum ex filijs disponere ceteris omissis, late discutitur.*
24 *De iure Codicis permanens vidua disponebat de lucris nuptialibus, & filijs non vendicabant alienata.*
25 *Veniens ad secunda vota, tenebatur reseruare sed poterat vnum eligere.*
26 *Eligere amplius non potest quandò nouas nuptias contraxit.*
27 *Tenetur reseruare filijs lucra nuptialia, etiàm quod secundò non nupserit, habet tamèn virilem portionem.*
28 *Eligere potest hodie attento iure Authenticorum, quando vidua permanet.*
29 *Casus legis expressus vbi adest non attenduntur auctoritates doctorum.*
30 *Legum correctio si vitari non potest, est accipienda in casu quem corrigit.*
31 *Grauatus restituere filijs, potest vnum ex eis eligere.*
32 *Electio censetur facta per eligere debentem eo ipso quod electum instituat, vel in eum disponat.*
33 *Dodarium ad quam summam constituatur in bonis liberis, & fideicommisso subiectis,*

QVæritur tertiò an mater, quę mortuo viro aliquid ex eius bonis fuit consecuta, vel eo viuente in morte, vel ratione dodarij, seu antefati, vel ex alia causa tam lucratiua, quam onerosa, possit de huiusmodi
1 bonis † in vnum ex filijs viuens disponere, donando contemplatione matrimonij, alijs filijs omissis.

Hæc quæstio ità absolui potest distinguendo bona habita ex causa lucratiua, ab illis habitis ex causa onerosa; item inter matrem, quæ ad secundas nuptias transiuit, & illam, quæ in viduitate permansit.

2 Supposito ergo quod intèr virum, & vxorem adesse possit causa impellens ad donandum, quæ exindè onerosa dici possit vt suprà nos firmatum fuit in terminis donationis remuneratoriæ, per virum in vxorē collatæ, propter præcedentia seruitia ipsius, extra cōiugalem obligationem præstita, iuxta exemplaria ibi per nos adducta, & per Caball. *cons.* 169. *nu.* 34. *cum seq.* sequitur, quod in primo casu vbi ex causa onero-
3 sa † donatio facta sit, non habeat locum illud, quod dispositum est per Imperatorem in *l. famin.* 3. *cum alijs sequentibus Cod. de secundis nupt.* Ea ratione quia leges prædictæ loquuntur de donationibus lucratiuis, & ex mera liberalitate, & munificentia coniugis prouenientibus ità dictant verba dictæ legis fæminæ ibi *vel cuiuslibet munificæ liberalitatis præmio, ex bonis maritorum fuerint assecutæ*, per quem ita firmauit primo Ripa *ibi quæst.* 17. Bertrand. *cons.* 175. *col.* 2. *libr.* 2. Menoch. *cons.* 155. *num.* 6. *lib.* 2. Ant. Gabr. *tit. de secund. nupt. conclus.* 1. *num.* 43. Aluar. Velasq. *consult.* 16. *num.* 8. Rimin. Iunior. *cons.* 295. *num.* 6. *lib.* 3. Surd. *cons.* 164. *nu.* 2. *& sequent.* latissimè Vinc. de Franchis *decis.* 632. ex matrimonio per totam Doctor Marta de *successfion. legal. part. prima quæst.* 5. *articul.* 2. *à num.* 13. *fol.* 93. Molfes. *part.* 3. *quæst.* 21. *nu.* 1. *ad consuetud.* Staiban. Iun referēs decisum *ad cons.* 70. *ad nu.* 6. *fol.* 262. *in medio*, qui aliā exemplaria adducit, & est conclusio ab omnibus recepta, ratio rationis est, quia acquisita titulo oneroso egrediuntur terminos donationis, & efficiuntur contractus permutationis, & in eis coniux non contemplatur vti coniux, sed vti extraneus, vt dixi in terminis donationis remuneratoriæ *discur.* 2. *part.* 13. *nu.* 47. licet pauci aduertant vt ait Menochius.

Dubium solum vertitur in firmando quænam causa sit onerosa, & omissis cæteris, ad praxim parum conducentibus quæro quid dicendum de dodario, seu antifato, an dicātur ex causa onerosa constitutum, an verò ex lucratiua, vt sciamus an possit de eo mulier tamquam de re sua disponere.

4 Et quod sit datio † ex causa onerosa, monet nos causa, propter quam mulieri datur, quæ est ex quo vir-
5 ginitatem † amisit, vndè deterioris conditionis est effecta, vt firmauit Andr. de Isern. in *constit. licent. col.* 2. *& in cap. primo vers. dotare. tit. qualitèr olim feuda in vsib. feud.* de Nigris in *cap.* 165. *regni Neapolis, & in constit. mulier quæ dotarium. nu.* 17. *&* 19. Alexander Trentacinque *variar. resol. lib.* 3. *cap.* 3. Guttierrez *lib.* 2. *practic. quæst. q.* 18. *num.* 4. *& lib.* 3. *quæst.* 45. *nu.* 7. Gomez. *in l.* 50. *tauri num.* 12. & ibi Castellus *num.* 40. Montier. *in l. prima tit.* 2. *de las arras libr.* 3. *leg. for.* Ant. Oliban. præcipuus ex Catalanis iuris consultus, *in §. fuerat. nu.* 42. *inst. de act.* Ferrer. *obseruat. p.* 3. *cap.* 48. Fontanell. *de pact. nupt. claus.* 4. *gloss.* 1. *nu.* 6. 11. *&* 12. *& claus.* 7. 1. *part.* 1. *nu.* 3. *&* 6. *& part.* 2. *nu.* 57. Menoh. *con.* 155. *num.* 6. consentiunt ex nostris Blasch. Lanc. in *cap. volentes in secundo notabili vers. sed pulchra, & assidua fol. mihi* 161. Canne. *ibi. vers. sed quid si fuerit constitutum fol.* 97. qui de obseruancia Regni restatur, Milan. *decis.* 9. *num.* 107. *lib.* 2. Cumia *in c. si aliquem*, verbo, *antiquis num.* 525. *& seq. & super ritu*, ordine suo 94. *n.* 14. Mastr. *decis.* 73. *num.* 14. *& decis.* 212. *n.* 2. Burg. *de laudim. p.* 2. *inspect.* 21. Nepita *ad consuetud. vrbis meæ tit.* 13. *num.* 26. Giurb. qui alios allegat *ad consuetud. Messanæ cap.* 6. *gloss.* 5. *n.* 8. *& cap.* 8. *gloss. prima nu.* 10. *& capit.* 13. *gloss.* 2. *num.* 1. *fol.* 687.

Adducit prò se textum *in l. res vxoris* 24. *C. de donation. intèr vir. & vxor. ibi Quia pudicitiæ præmio cessit.*
6 per quem probari videtur, hanc donationem † propriè accedere donationi remuneratoriæ, vt firmat Gutierr. *dict. libr.* 3. *pract. quæst.* 43. *num.* 7. vbi testatur esse communem Doctorum opinionem, inferens ex eadem ratione in num. 18. & 20. quod ex hoc non reuocatur ob superuenientiam liberorum ad *l. si vnquam* applaudit Pater Sauces de matrimonio *lib.* 6. *disputat.* 28. *num.* 2. *vers.* 3. & multis ex præcitatis.

7 Et quod merces sit † ex causa deperditæ virginitatis concessa, dixit Peregr. *cons.* 9. *num.* 29. *lib.* 2. P. Rebel. *de oblig. iustit. part.* 2. *lib.* 6. *quæst. num.* 4. Azebed. *in l. prima num.* 6. *&* 12. *num.* 9 *tit.* 2. *lib.* 5. *recop.*

Haud enim dubitari potest, quin mulier corrupta tanti, non fiat sicut virgo, & ideò quod supplere habeat in ære, quod non habeat amplius in corpore, vt alibi dictum est, & firmat Pellic. *in consuetud. Auers. cap.* 8. *num.* 164. Cumia *in dicto cap. si aliquem*, verbo, *maritata num.* 153.

Nec dubitandum videtur, quod detur vice virginalis flosculi, dum videmus, quòd matrimonio per
8 carnis † copulam non, consummato non debeatur,

vt

vt probat multis conductis argumentis Consiliarius de Georgio *allegat.* 45. quem sequitur Mastrill. *decis.* 73. *num.* 25. nisi vir fuisset in causa illud non consummari P. Sances *de matrim. lib.* 6. *disp.* 18. *numer.* 7. Molfes. *ad consuetud. Neapol. par.* 7. *quæst.* 7. noster Giurba *ad consuetud. cap.* 13. *gloss.* 2. *num.* 34. ita vt † ex osculo
9 non amplius quàm medietas debeatur, quasi sit actus propinquus corruptioni, *l. si a sponso* 19. *C. de don. ante nupt.* Molfes. *d. p.* 7. *quæst.* 6. *nu.* 6. Guttierez *de matrim. c.* 19. *num.* 49. Vincen. de Franch. *decis.* 503. *nu.* 23. P. Sances *de matrim. lib.* 6. *disp.* 18. *à num.* 3. Aloys. Ricc. *collect.* 87. à Thor. *in compend.* verb. *donatiua*, Didac. de Mari *ad Gramm. decis.* 103. *nu.* 48. Mastrill. *decis.* 73. *nu.* 26. Fontanell. *de pact. nuptial. claus.* 7. *glos.* 1. *nu.* 29. Anton. Fab. *in C. lib.* 5. *tit.* 7. *de iur. dot. defini.* 1. *in allegat.* quidquid sit vt diximus, quando per virum stetit ne flores, & fructus colligeret Giurba *ad consuetud. Messana d. cap.* 13. *glos.* 2. *nu.* 32. vnde Ouidius.

Oscula qui sumpsit, si non, & cætera sumpsit.

Hæc quoque quæ sumpsit, perdere dignus erat.

Etiam si osculum imprimatur per procuratorem; ad id tamen serio constitutum, præcedente desponsatione, quidquid dubitare videantur Masull. *ad capic. decis.* 65. *&* Giurba *ibi. num.* 33.

10 Aliud argumentum est, † quia Viduæ nō datur, maximè in hoc Regno, vt testatur Petr. de Gregor. noster *de dote de parag. quæst.* 30. *num.* 8. & nos quotidiè experimur, quod facit, vt respectu virginitatis, & sic onerosa de causa dari dicendum sit, alias si voluntaria, & lucratiua donatio esset, daretur cuilibet mulieri nubenti, non habito respectu an corrupta sit; vel virgo, Fontanell. *de pactis nuptial. dict. claus.* 7. *glos.* 1. *part.* 1. *num.* 9. *&* 25.

Facitq; illud, quod eruditè tradit Ioan. Valer. Cartusian. de *different. inter vtrumque forum differ.* 12. dum
11 affirmat, quod si mulier † tamquam virgo accedat ad virum, cum tamen talis non sit, non potest in bona conscientia dotarium petere, & habitum retinere, quòd etiam placuit Vasquez *in opuscul. de testam. cap.* 7. §. 1. Molin. *de rit. nupt. lib.* 3. *quæst.* 1. *nu.* 195. Fontanel. *d. claus.* 7. *glos.* 1. *par.* 1 *n.* 26. Et licèt P. Sances contrariū tenere visus fuerit; attamen si benè aduertatur, loquitur in terminis arrarum, qui sunt satis diuersi cum istis dodarijs, vt aduertit Fontanell. ibi, beneuerū quod hęc parum in praxi conducunt, licet Molin. aliquando decisum tradat loco superius citato, ex multis enim neminem vidimus illud conscientia ductam restituere, forsan quia ignorant nec confessori hoc aperiunt, qui ex officio persæpe non aduertunt adhoc.

12 Demùm ità argui potest, Dotarium debetur † tam dote soluta, quàm minimè, ergo lucratiua donatio nō est, nec doti correspectiua, sed ratione virginitatis, probatur assumptum quod in omni casu debeatur ex Glossa in *dicta const. mulier quæ dotarium*, vbi Afflict. *num.* 3. Luccas de Penn. *in l.* 1. *colum.* 1. *ad finem, Cod. quando, & quib. quart. pars debeat lib.* 10. Fontanell. qui hanc veriorem affirmat, *dicta claus.* 7. *glos.* 1. *part.* 2. *nu.* 56. *& sequen.* & adest pulchra Anton. Fabr. *definit.* 1. *Cod. de iur. dot.* quam adducit Fontanell. ex nostris Milan. *decis.* 9. *nu.* 98. *& sequent. lib.* 2. Mastrill. *dec.* 73. *num.* 4. Maur. Burg. *de laudim. inspect.* 21. *num.* 11. Mar. Giurb. *ad consuetud. Messanæ cap.* 13. *gloss.* 2. *num.* 29. quæ opinio est adeò recepta inter nos, vt contrarium attentari non possit, quidquid esset in alijs regionibus, in quibus fortè procedere possēt tradita per Giurb. *d. loco vers. & hoc iure vtimur*, Fontan. *ibi. n.* 39.

Nec distinguimus, dotauerit ne se ipsam mulier, vel a patre fuerit dotata, vel si sit in culpa vir in exigēdo, vel ne, quia in omni casu mulieri debetur, stante pacto cui standum est, quidquid esset vbi nullum fuisset dotarium constitutum ab initio; nam dato quod
13 haberi debeat † pro constituto, stante consuetudine regionis, vti tenuit Cumia *ad Ritum ordine suo* 6. *n.* 88. Nepita *ad consuetud. vrbis meæ tit.* 13. *n.* 42. Intrigliol. *decis.* 5. *n.* 10. Muta *ad rit.* 114. *n.* 27. Giurb. *d. loco num.* 4. *vers. contr* qui mille Doctores exteros adducit non tamen ex pacto videri potest debitum, sed quasi.

Sed contra, quod hoc dotarium sit donatio merè lucratiua probatur, quia sit inter sponsum, & spon-
14 sam, † tempore quo nulla possunt dari seruitia, propter quæ cadat remuneratio: Surd. latè *d. cons.* 164. *ante n.* 16. *&* 22. vbi probat hanc esse meram donationem ante nuptias, vel propter nuptias.

Secundo quia intuitus ille deflorationis non est talis vt donationem, vel vt melius dicam satisfactionē
15 mereatur; quia ille actus est consecutiuus † matrimonio, & figura coniunctionis Christi cum Ecclesi. frustra enim quis vxorem duceret ni bona matrimonij esset fruiturus; ad quę non potest perueniri Ianuis clausis, Sancez *de matrimonio disput.* 41. *n.* 5. *ad fin. lib.* 6. cum mille alijs, quos citat Mastrill. *decis.* 212. *n.* 29. & sine quo vt ait Virgilius.

Nec dulces natos veneris nec præmia noris.

16 Tertio quia illa dicitur causa † onerosa, quæ præbere posset causam ad agendum; vt diximus supra in *partic.* 13. *n.* 22. *discurs. antecedenti* in terminis donationis factæ à patre filio ob remunerationem; sed mulier non posset agere contra virum, ut uirginitatem ei datam & per eam amissam recompensaret, alias maritus ad paria iudicaretur cum stupratore, mulier e-
17 nim præbendo † se marito, potius satisfacit debito, quam contrahat, & creditum acquirat ergo.

18 Et ita in terminis quod hæc sit donatio merè † lucratiua, & ex liberalitate procedens tenuerunt, Ioan. Lup. *in rubr. de don.* §. 67. *n.* 17. *uers. sed re vera* Suar. *in l. quoniā in prior. in declarat. ad l. Regni limit.* 10. *n.* 2. *C. de inoffic. test.* Molin. *de primogen. lib.* 2. *cap.* 10. *n.* 62. Aiora *de partitionib. p.* 3. *q.* 15. Guttierrez *pract. quæst.* 18 *in fin. lib.* 2. *& q.* 43. *num.* 25. *lib.* 3. cum alijs, quos sequitur Sancez *d. disput.* 41. *n.* 3. Mastr. *d. decis.* 212. ubi plures decisum refert, quæ fuit etiam in alio iudicio confirmata cum alijs decisionibus infra relatis.

Et qui tenent hanc opinionem, ita respondebunt ad contraria, primo supponendo quod omnia, quæ obue-
19 niunt † uxori, ex causa, & contemplatione matrimonij cuiuscumque generis sint, reseruari debeant pro filijs illius matrimonij; quia censetur maritum hoc intuitu donasse, ut inde fierent propria eius filiorum; hęc enim uidetur esse ratio illorum iurium, ut late probat Fanut. *de lucro dotis gloss.* 7. *num.* 13. Afflict. *decis.* 36. ubi Vrsillus *num.* 6. referens decisum in terminis dodarij Gramat. *decis.* 103. *n.* 92. Surd. *cons.* 164. *& cons.* 296. Vinc. de Franch. *decis.* 595. Mastrill. *decis.* 212. *nu.* 30.

Quo supposito non obstat quod hæc sit donatio quasi remuneratoria, quia propter generalitatem dictorum iurium, includitur sub illorum dispositione,

vt in terminis donationis remuneratoriæ ex causa iuuentutis firmat Surd. *dict. conf.* 195.
Sed responderi potest quod hæc opinio non est tuta, quia in eisdemmet terminis donationis factæ à sene iuueni vel ab ignobili in recõpensationem nobi-
20 litatis tenent † communiter Doctores quod mulieri licitum sit de ea disponere, ita Ripa *in d. l. fæmina, num.* 44. Ioannes Lupus *in dicta rubric. de donat.* §. 50. *nu.* 74. idem Surd. *cons.* 471. *nu.* 28. & decisum testatur Fontanel. *de pact. claus.* 5. *gloss.* 1. *p.* 2. *num.* 87. dicens plures non aduertere, qui quam plores adducunt mille Gratian. *discep.* 984. à principio vsque *num.* 21. nec negant contrarij si bene aduertantur.
Non obstat quod hoc dotarium † non detur viduæ
21 quia hoc euenit ex consuetudine regionum; cum etiam apud plerosque vsitatum sit dari etiam viduis, & corruptis ita Gregor. Lopez *in l.* 87. *tit.* 18. *p.* 3. Gloss. *segunfuero, & in l.* 1. *tit.* 11. *part.* 4. Gloss. *en Espanna.* Ant. Gomez *in l.* 52. *tauri numer.* 12. Couarr. *in cap. officium num.* 4. *de testament. & lib.* 2. *var. resol. c.* 2. *nu.* 7.
Inde Suarez *in titul. de las arras* dixit, hanc verborum conceptionem in promissione dodarij ex imperitia notarij processisse; quod, & Mastrillus videtur sentire in præcitata *decis.* 212.
Sed hæc responsio facile tolli potest, si consideres
22 quam inter se, differant arræ Hispanę, † vel donatio propter nuptias ab hoc dotario; de quo agimus, vt respondent Molr. *de ritu nupt. lib.* 3. *quæst.* 1. *num.* 195. Fontanell. *d. claus.* 7. *gloss.* 1. *p.* 1. *num.* 27. & nos in *prim. discursu prima tractation.* ex Curacio, quem citauimus.
Vides ergo ex iam dictis quantam in se contineat dubietatem hæc quæstio, maxime dum hæc secunda opinio passim in nostris tribunalibus recipiatur, vt testis est Mastrill. *dict. loco*, & ego vidi sæpius in causa inter Ioseph. Seyno, & Donnam Isabellam de Afflicto, & pro Baronissa Bisaræ contra Don Octauiom Buglio, & Minafria cui opinioni inuitus stare cogor, cum declaratione tamen de qua infra; licet vt verum fatear, nescio quo iure possit hæc secunda sustineri; cum leuia sint, quæ pro ea adducũtur, & vix possit ad contraria responsum applicari, & pro hac tenet etiam post hæc Visus Castillus *decis.* 239. *nu.* 10. & 11. Dato ergo hæc donatio æstimetur lucratiua, & quod vti de tali mulier non possit disponere, sed debeat filijs reseruare, tam si nubat quam si vidua remaneat in quo casu dubitat Castil. *d. loco nu.* 12. post Sances; videndum restat an huius nostræ donationis titulo, vel
23 alia causa possit de eo † vnum ex filijs meliorare, & an ex hoc legi satisfaciat.
Quæstio est admodum intricata, in qua scriptores adeo inuolute, & confuse se gesserunt, vt cognosci minimè possit, quid sibi voluerint, forsan quia iura de hoc loquentia quam plura sunt, quæ videntur sibi aduersari; quod fuit in causa vt dum casus euenisset in regno in duabus causis in duas cõtrarias sententias itũ est; vti que enim primo intuitu modo vna modo alia intelligentia videtur sustentabilis, cum reuera vna sit veritas innegabilis, quæ colligitur ex germana imperialium constitutionum intelligentia, ex corpore vnde sumuntur; cum locutio Irnerij sit aliquantulum manca, conabor itaque distinctè quo ad vires quæstionem soluere.
Pro certo primo constituam, quod mulier inspecto iure Codicis, si permanebat vidua, poterat de lucris
24 † ad libitum disponere, nec filij vendicare poterant alienata sed tantummodo ea, quæ superant, tamquã paterna vt dicta textus *in l. generaliter* 5. §. *illud etiã C. de* 2. *nupt. ibi si res, vel marit. vel vxor hoc est qui superstes non consumpserit, vel alienauerit quod eis ad secũdas nupt. non venientibus, quasi rerum dominis concessum esse non dubium est; & apertius in lege fæmina* 3. §. *penultim. C. eodem. tit. ibi sin verò liberorum suorum affectione seruata, pater, materuè ad alias nuptias migrare noluerit, neque vir ijs, quæ de bonis vxoris ad se transeunt, neque mulier rebus, quæ ex substantia mariti ad se peruenerunt, pro suo arbitrio vti, vel eas vendere aut quocumq; iure, vel modo alienare vel pignoris iure seu hypothecæ si voluerint obligare, vt potè domini earũ prohibebũtur*, & per eadem quasi verba idem cõstituit Imper. Zeno *in l. si quis* 8. *C. eod. tit.*
25 Sin verò ad secundas transibat † nuptias, seruare tenebatur filijs primi matrimonij; vsufructu tantũmodo pœnes eam remanente; alienatione in extraneam personam prohibita, est textus *in dict. lege fæminæ ibi id totum ita vt perceperint integrum ad filios, quos ex præcedente coniugio habuerint transmittant.* & statim nec quidquam eadem fæmina ex eisdem facultatibus alienandum in quamlibet extraneam personam præsumat, eligendo tamen vnum ex filijs non prohibebatur, vt textus prædictus disponit ibi *integrum ad filios, quos ex præcedenti cõiugio habuerint transmittant, vel ad quemlibet ex filijs, in quem contemplatione meritorum liberalitatis suæ iudicium mater crediderit dirigendum, & in dicta lege generaliter ibi diuidendi quoque res inter eps liberos, ipsis parentibus pro suo arbitrio, vel eligendi quem voluerint licentiam non denegamus*; quem textum de muliere ad secunda vota transeunte loqui; tradit Baldus *ibi in summario* quem cæteri scribentes sequuntur, & innuunt apertè verba textus, ibi *ex præcedenti coniugio habuerint*, supponendo quod adsint filij alterius matrimonij.
Superuenit post hæc Ius Authenticorum, quod duo innouauit; primum contra secundo nubentem, vt eli-
26 gendi † Ius amplius nõ haberet; vt in *Auth. luc. C. eod. tit.* Irnerius breuiloque tradit, quam Bald. in secundo nubente loqui non obscurè demonstrauit *in summ.* & apertius dictat text. in corpore vnde sumitur in *Auth. de non eligendo secundo nubentes tit.* 2. *collat.* 1. *nouell.* 2. §. *hæc nos ibi prospeximus itaque non confusum hoc de electionibus in discretumque relinquere, sed huiusmodi dare ordinem causæ, matre semel ad secundas nuptias veniente, vsum mox tantummodo, eius filiorum proprietate in mente, ante nuptiali fieri donationis, & nullam esse licentiam matri alios quidem filiorum eligere, alios autem exonerare quoniam omnibus simul secundis nuptijs fecit iniuriam*, in qua constitutione nullum adest verbum, quod ad eam, quæ vidua permanere vole, referri potest, imo quod sit exclusa colligitur à contrario sensu, qui capiendus est, vt legum correctio vitetur.
Secundum quod innouatum fuit fauore filiorum est, quod mulier siue nubat secundo, siue minimè,
27 non possit † lucranuptialia, nec in totum, nec in partem in exteros alienare; sed teneatur pro filijs seruare, de qua authentica non fit mentio in Codice; neque ab aliquo ex scriptoribus materiam pertractantibus adducitur, si male non vidi, & est in *tit. neq; virum quod ex dote tit.* 1. *nouell.* 98. *collat.* 7. §. *propterea ibi sancimus si mulier moriatur, & eueniat lucrum fieri viro, do-*

tum

tem hanc omnino seruare filijs, siue ad secundas veniat nuptias siue etiam non, & ex diuersis mortuus fuerit vir mulierem ante nuptialis donationis lucra proprijs filijs seruare, &c.

Hæc tamen Authentica æquans quo ad omnia mulieres seruantes viduitatem illis, quæ primi coniugis Thorum violauere fuit correcta ad fauorem mulieris per aliam sub titulo, *vt fratrum filij §. illud quoque collation. nona titul. octauo nouella* 127. ibi *quia verò mulieres ad secundas nuptias non venientes portione aliqua dignas, vltra ea quæ secundo nubunt, esse putamus, &c. & statim habere quidem eam vsum antenuptialis donationis, sicut prius sancimus; habere verò eam, & proprietatis, tantum, quantum filiorum quantitas faciat, vt secundum proprietatis rationem vnius, & ipsa filij personam obtinere videatur;* dum etenim perantea cogebatur in filijs de integris lucris disponere, hoc obtinuit, vt posset etiã pro anima, vel in extraneos virilē ab alienare.

Quæ Authentica in Codic. legitur post *l. generaliter* incipit *si tamen hac titul. de secund. nupt.*

In his ergo Authenticis derogantibus libere potestati, quã mater habebat disponendi, & alienandi lucra nuptialia; nil legitur, per quod cognoscamus derogatum etiam facultati eligendi; quam matres viduæ permanentes, habebant: imo e contra quando Imperator tollit facultatem eligendi secundo nubentibus, expressè fatetur quod hoc licitum fuisset matri, si nuptias non iterasset, in Authentica prædicta *de non eligēdo* in principio ibi & *si quidem in prioribus mater nuptijs permansisset nulla quasi. fuerat,* & ideo in terminis quod
28 nil innouatum sit † per nouissima iura, circa electionem fiendam per eam, quæ vidua permanet; tenuerunt Molin. *de primog. lib. 2. cap. 10. numer. 59. & 64.* & post alios Molin. Theol. *disp. 431. nu. 8. vers. de arris,* melior quam omnes Mieres *de maioratu part. 1. quæst. 54. num. 4. vers. & idem est*, Angulo *de meliorat. libr. 2. gloss. p. nu. 5.* quod videntur sentire Cuiac. *super hac nouella ordine suo* 127. Anton. Faber *de coniecturis libr. 13. cap. primo in medio, & expressius de error. pragm. decad. 51. error. 11. post medium fol.* 68.

Hinc Doctores tractantes quæstionem, indefinite loquentes distinguuntur per Mariani Giurbam *ad con suet. Mess. dict. cap. 13. gloss. 2. nu. 37.* vt tenentes electionem non dari, vti sunt Guttierrez *de matrimonio cap. 19. num. 44. & capit. 109. nu. 38. & lib. 2. pract. quæst. 18. ad finem, & quæst. 43. num. 25.* Rebellius *de obligation. instit. parte secunda libr. 6. quæstion. 4. numer. 18.* Sancez *de matrimonio lib. 6. disputat. 41.* Pellic. *ad consuetud. auersanas cap. 5. n. 151.* Intrigliol. *singular. 90. numer. 38. lib. 3.* Mastrill. *decision. 212. numer. 39.* loquantur iuxta leges, quas allegant, matre ad secundum virum transeunte; contrarij verò Valasch. videlicet *decis. 16. num. 6.* Molina *de primogenit. loco allegato* Muta *ad consuetudin. Panor. cap. 41. num. 3. & capit. 44.* & alij per eum adducti in matre non transeunte, & ita sunt accipiendi omnes Doctores quotquot sunt nō distinguentes inter vnum, & alium casum.

Ceterum dato aliquis inueniatur qui contra distinctionem prædictam loquatur; non dubito quin cedere debeat authoritati tutum prædictorum tam apertè
29 loquentium, standum enim est casui legis † expresso, & non Doctorum traditionibus etiam communiter receptis; vt docent Curtius Sen. *consil. 41. colum. 2.* Mar-

ta de iurisdictione parte prima capitul. 47. num. 49.
30 Correctio † enim per Authenticas inducta, nō potest procedere nisi in casu quo corrigit, & non in alijs, & dum corrigit circa dispositionem, & alienationem, non potest extendi ad electionem, maxime cum Imperator expresse dictat *in dict. Authent. tit. neque virum quod ex dote* in loco allegato, derogare nolle alijs iuribus antea latis.

Et Authentic. si tamen fuit inducta ad fauorē mulierum non nubentium corrigendo Authenticam prædictam *in dicto tit. neque virum vt gloss.* ibi agnosci *in verbo siue etiam,* & per nos tactum est.

Quæ opinio potissimè tenenda est, in hoc regno vbi dodarium est datum ex causa onerosa, secundū veriorem per nos traditam supra, nouissimè ita resolutam per Ferrer. *in dicta constit. hac nostra temp. 3. decl. p. à nu. 151. vsq. ad num. 164. & ante num. 171.* vbi ex forma consuetudinis debeatur, quã in hoc casu saltem recipiendam putamus, licèt in alio casu de quo loquitur Mastrill. & citati per eum, videlicet vbi mulier secundo nupserit, sit fortè reijcienda; nec deest in his terminis decisio regni nostri, etenim cum casus occurrisset inter quosdam de Seyno, & Donnam Isbellam de Afflicto fuit per eximios Doctores D. Petrum de Blasio, & Roccum Potenzano ita decisum.

Nec facit quod in contrarium decisum fuerit in duobus iudicijs in causa prædicta de Buglio, in qua ego eram aduocatus, quia ibi habuerunt pro indubitato, quod *Auth. si tamen* corrigeret legem Cod. quod quantum abest, potest cognosci ex prædictis.

Item, quod electio, numquam fuerat data matri nō nubenti sed tantum, vt liberè disponere posset, ad quod pater etiam ex prædictis responsum. Demum, dato quod non sit prohibita mulier quæ vidua remāsit, talem electionem facere illam dicitur habere de iure, dum non est dispositum; quod æqualiter diuidatur, vt *in dict. Authent. si tamen* inspici potest: ete-
31 nim grauatus † restituere filijs potest vnum quem malit eligere; vt aduertit Raudens. *decis. 22. nu. 25.* Mastr. *decis. 5. lib. 6.* & iudicatum pluries Cancer. *var. lib. 1. cap. 8. nu. 101. & lib. 3. cap. 7. nu. 115.* Ferrer. eum insequens in *Constitut. impuberum gloss. 5. à num. 91. cum plur. seq. vbi nu. 103.* reprobat Fontanellam sentientem contrarium, & eius argumentis satisfacit, qui licet in *2. tomo cla. 7. gl. 1. p. 3. à nu. 36.* conetur ei vices reddere, attamen Ferrer. *in const. hac nostra temp. 3. decl. 2. à num. 37.* iterum eum impugnat, sicuti mos est eorum, qui iterato scribunt, sed vereor ne Ferrerius auctor
31 fuerunt rixæ; hæc autem electio † censetur facta, cū ipso quod mater filiū in dotario instituat, vel in rebus, in quibus dotarium consistit; ita post multos pulchre Boer. *decis. 204. num. 32.* in medio Sesse *decis. 53. nu. 7.* Ferrer. *obseruant. cap. 319.* Fontanella *claus. 4. gloss. 5. num. 63. 64.* & diximus pro Hectore Ansalone contra Baronem ampolæ. In Curia Præturæ, idemque est si cum illi inter viuos donet.

Ex his remanet firma conclusio, quod mater rectè possit de dodario in vnum ex filijs disponere, donando contemplatione matrimonij vel alio titulo quando ad vlteriores nuptias non transit. Iuxta prædicta,
33 quæro, † an dodarium quando constitutum non fuit, debeat ad summam prætaxatam in regni capitulo Caroli *fol. 246.* regulari; si super fideicommissi

S 2 rebus

rebus soluendum sit, & videtur affirmatiuè respondendum, ex Mastrillo decis.73. vbi trahit dictum capitulum de feudalibus ad vinculata, etiam in casu vbi fuerit constitutum, si excedat octauam partem. Sed contra est veritas in vtroque casu vt siuè sit constitutum siue minimè, non reguletur prout in feudalibus, quia statur pacto contrahentium in primo casu, quando summa non sit ita excessiua vt sequeretur fideicommissi euersio, ita contra Mastrillum tenet pluribus more suo relatis Giurba *ad consuetud.cap.*13, *gloss.*2.*num.*11.*&* 12. vbi quod non arguitur hoc casu de feudo ad fideicommissum, vnde non de octaua parte quærendum erit, sed quæ, & quales sint personæ, & quantum patrimonium, vt inde dignoscatur quantum esse debeat dotarium, Bald. nouell, *de dote part. 6.priuileg.*16. Ruin.*consil.*137.*num.* 17. *libr.*2, Paris.*cons.*63 *lib.*2. Peregr. *de fideicom.articul,*42.*num,* 78.& decisum Thesaur. *decis.*192. Ferrer. *vbi infra à n.* 53.98. *&* 101. qui volunt constituendum esse ad morem regionis; inde videmus multoties excedere tertiam partem dotis, vel quartam frequentius sextam importare, tam in bonis fideicommisso subiectis, quam liberis; ita vt nullum vnquã agnouerim discrimen habitum; & ita credo quod erit in casu vbi non inueniatur constitutum, vt reguletur ad minus ad sextam partem dotis, vel minus, vti solet constitui, & ita vidi practicari, & practicaui, & iuxta prædicta contra Mastril. audiui nouiter iudicatum per Illustr. Præsidem, & consultissimum virum Io. Baptistam de Blaschis pro illa Dom. de Marini olim de Opizinghis contra D. Ioannem Sandoual, & sæpius per omnia tribunalia, imò decisionem facta in casu, vbi Mastrillus scripsit secus se habuisse ex traditione habui, ideo nunquam ea vsus fuit, vt potest videri in responso pro D. Isabella Franchis, & Quintana contra Iuliam Asero, vbi poterat clienti proficere, & tamen eum omisi allegare.

Post hæc vidi Ferrer. *in constit.hac nostra temp.*3, *declar.* 1.*per & seq.* multa egregiè cumulantē in hac dotarij materia, quem gauisus fuissem vidisse ante excussas superiores paginas, iam enim *fol.* 480. operis finem acceperat, placuit tamen inter alia quæstio quam propónit, de nullitate constitutionis dotarij per minorem factæ absq; decreto, dum ad differentiam obligationis dotis restituendæ resoluit non valere etiam quod vsu regionis attento videatur debitum necessarium, ille inquam *d.loco temp.*1 *declarat.*9.*à num.* 13.*vsq.*40. *& maximè nu.*30.*fol.*211.*vsq.*215.

Ceterum supra *ad n.*5, addas eundem *temp.* 1. *decl. p,*2,*num.*26.*& ad n.*21. eundem ibi *num.*21.*&* 46. vbi nostris dictis applaudere videtur, & ad *num.*15. quod defloratio sit actus consecutiuus matrimonij idem ibi. *num.*171, *& seq.*

TRA-

TRACTATIONES PRIMÆ

DISCVRSVS TERTIVS

PARTICVLA QVARTA.

ARGVMENTVM.

Mater an reuocet donationem factam filio ex causa matrimonij, si ingratitudinem committat; Donatio ob causam ex hoc capite non reuocatur nec illa dotis; Pœna suos debet tenere auctores in hac materia; pactum de non reuocando ex hoc capite, quãdo teneat; pacta in præiudicium dotis quando teneant; Mater an volens transire ad secunda vota reuocet donationem factam filijs ob eorum matrimonium: & quid de hereditamento ad fauorem primogeniti: Lucra nuptialia an possint effici deterioris conditionis per mulierem: Facultates, & iura declarandi quando transeat in cessionarios.

SVMMARIVM.

1 *Mater an possit donationem ex causa matrimonij filio factam ex causa ingratitudinis reuocare, ibi te discutitur.*

2 *Quæ ad secundas non transiuit nuptias, quare reuocare potest donationem filijs factam.*

3 *Clausula de non reuocando donationes ob causam ingratitudinis, quare non valeat, & numer. 11.*

4 *Pœna suos debet tenere auctores.*

5 *Donatio non debet reuocari ob ingratitudinem, quando interesse redundat in alium, qui non peccauit, quod esset in donatione facta contemplatione matrimonij.*

6 *Ob causam non subiacet reuocationi ex causa ingratitudinis, & ratio nu. 7.*

8 *Dotis datio non subiacet reuocationi ex titulo ingratitudinis, & ad eius instar donatio contemplatione matrimonij.*

9 *Ingratitudo prælati non nocet Ecclesiæ.*

10 *Text. in l. his solis 7. C. de reuocand. donat. an extendatur ad patrem.*

11 *Iuramentum supplet pactum de non reuocando donationem, ex causa ingratitudinis.*

12 *Mulier, quæ dotis partem filio nubenti donauit, vel totam, an reuocet sub prætextu secundarum nuptiarum, & num. 18. & 20.*

13 *Non potest deteriorem reddere conditionem dotis constante matrimonio, sed vide num. 25.*

14 *Non potest se imparem reddere ad secundo nubendum, & quando id procedat.*

15 *Pactum præiudicium dotis collatum post mortem mulieris tenet.*

16 *Metus qualis sit necessarius prò rescissione donationis, & quid de importunis precibus, & num. 27.*

17 *Importunæ preces quando habeantur pro coactione.*

18 *Donatio facta in contractu matrimonij ad fauorem primogeniti an reuocetur, si mater donans velit ad secunda vota transire.*

19 *Pater, non obstante hæreditamento facto ad fauorem primogeniti ex primo matrimonio, potest bona obligare pro dote secundæ vxoris.*

20 *Donatio facta filio nubenti eodem modo potest reuocari.*

21 *Contemplatione matrimonij dicitur ob causam infra portionem legitimæ filij.*

22 *Mulier non iuuatur velleiano vbi prætium in eius vtilitatem sit conuersum.*

23 *Pacta in contractu matrimonij efficiuntur irreuocabilia sicut ipsum matrimonium.*

24 *Fauor matrimonij contracti est potior contrahendi.*

25 *Actus validus ab initio non retractatur ex ijs, quæ postea contingunt.*

26 *Metus quare non præsumatur.*

28 *Mater dotans secundum aliquos censetur fecisse animo repetendi à marito si ille est diues, sed contra alij.*

29 *Stipulatio de dote reddenda censetur semper facta in casu soluti matrimonij per mortem mulieris, & facta in contrarium non tenet,*

30 *Pactum præiudiciale doti non tenet, quando mulier transiens ad secunda vota illud reuocet.*

31 *Mulier potest redere deteriorem conditionem dotarij, & lucrorum nuptialium, ideo neque potest rescissionem petere.*

32 *Mater donans filio, bona omnia reuocare potest iuxta concedens bonorum subsidium.*

33 *Assecuratio dotis in Regno solet fieri cum clausulis translatiuis dominij.*

34 *Vxor, quæ concessit viro potestatem vinculandi bona per eam filio donata, an recuperet hoc ius per assecurationem de dotibus ei factam, late discutitur.*

35 *Facultas ex pacto descendens transit in hæredes, & in cessionarios.*

36 *Exercitium quoties alicui committitur illud dicitur transitorium.*

37 *Eligens nil confert de suo, ideo electus dicitur habere à mandante electionem fieri.*

38 *Dispositionis substantia quoties confertur in arbitrium tertij non potest recedi ab eius persona nec est cessibilis.*

39 *Iura merè personalia non sunt cessibilia.*

QVæstionem istam, liceat ne matri, quæ filio
contemplatione matrimonij donauit, donatio-
1 nem ex aliqua † causa reuocare, ex illis quibus reuo-
catio permittitur, breuiter absoluam, adducendo tan-
tummodo ea, quæ occurrunt in terminis matris, ete-
nim cetera iam per nos explicata sunt infra *in tract. 2.*
discursu primo in speciali octauo vbi sedet materia ad
terminos cuiuscumq; donanti ex hac causa.

Cæterum in matre videtur quod hæc donatio pos-
sit ex aliquibus causis reuocari, quæ continentur *in l.*
is solis 7. C. de reuocand. donat. non solum quia hæc do-
natio respectu matris simplex esse videtur, sed etiam
2 quia † ei, qui ad secundas non transiuit nuptias, spe-
cialiter indultum esse videtur, vt reuocare possit, ad
hoc vt continere valeat filios in obedientia, & reue-
rentia, quam ei debent, nec mirum sit, hoc solis ma-
tribus indultum fuisse, & illis quæ viduę manere deli-
berauerunt, quia quam plures rationes in eis concur-
runt, quæ in ceteris cessant.

Primo quia ipsæ minus habiles sunt per viam timo-
ris ad subiectos tenendos filios, quam patres secun-
do quia merentur ob spretas nuptias maiorem reue-
rentiam à filijs, vt aliquid plus eis tribuatur quam pa-
tribus, quibus integrum est donationes reuocare, e-
tiam quod nuptias reiterauerint, secundum opinionē
Gloss. in Authent. *quod mater C. eod.* cum qua viden-
tur transire doctores, dum eam non improbant, &
tenet in specie Pater Molina *de contract. disput. 281. nu-*
mer. 3. nec facit fauor matrimonij, quia dato æqui-
ualeret speciali clausulæ de non reuocando, etiam ex
causa ingratitudinis; non tamen proficeret; quia si-
3 cuti hæc clausula † tamquam nutritiua peccati non
valet, ita fauor huiusmodi hoc non operatur. Primum
probatur per Roman. *in l. stipulatio hoc modo concepta*
col. 4. vbi Soccin. *num. 103. D. de verbor. obligat. & in leg.*
donationes §. 1. D. de donat. Georg. Natt. *in cap. quamuis*
col. 20. nu. 62. parte 2. de pact. in sexto Corneus *cons. 102.*
Incipit *in causa lib. 1.* Tiraquell. *in præfat. leg. si vnquam*
num. 140. Crass. *in §. successio quæst. 15. num. 4.* Viuius *in*
sylua comm. opinion. 224. hinc dictam clausulam in cas-
sum per Notarios apponi dicit Cagnolus *in l. finali C.*
de pact. sequitur Franc. Molin. de *ritu nupt. lib. 3. quæst.*
20. num. 14. & 15. Dom. Augustin. Barbos. *in cap. finali*
nu. 2. in fi. de donationibus Pater Filliuc. *de contract. tract.*
34. cap. 6. num. 130.

His tamen non obstantibus in contrarium est ve-
ritas, quod imo donatio ex prædicta causa facta non
sit reuocabilis, etiam quod à matre fiat, & ratio est
quia hæc donatio non respicit solum filium donatariū
sed eius vxorem, & liberos ex eis procreandos, vn-
4 de cum pœna † suos debeat tenere auctores, nec al-
teri per alium iniqua conditio afferri, *regul. non debet*
vbi Petr. Pecch. *de regulis iuris*, Pontificij, non debent
5 priuari tertiæ personæ commodo † donationis, prop-
ter ingratitudinem alienam, argumento *l. si quis suo*
33. §. primo C. de inoffic. testament. Guid. Pap. *quæst. 145.*
Anton. Faber. *C. de reuocand. donat. defi. 1.* ibi sed etiam
quia non solius donatarij fauor in eo vertitur, sed, &
liberorum, ex eo matrimonio susceptorum, & susci-
piendorum; quibus ex parentis culpa iniuriam fieri
non oportet; sequitur Fontanel. *de pactis claus. 4. gloss.*
28. numer. 11. in fine Francisc. Molin. *de ritu nupt. lib. 3.*
quæst. 6. num. 36. addimus Menoch. *cons. 723. num. 21.*
& 22. qui pulchrè loquitur.

Secundo, quia hæc donatio tamquam ob causam,
6 † non subiacet reuocationi ex titulo ingratitudinis,
gloss. communiter recepta *in d. l. final.* in verbo *inuenia-*
tur C. de reuocand. donat. Tiraquell. in *d. l. si vnquam* ver-
bo *donatione largitus num. 142.* Molina *de maioratu lib.*
1. cap. 9. n. 1. & seq. Palaez. *eodem tract. lib. 1. q. 22. n. 25.*
& 26. cum alijs per Francisc. Molin. ibi *num. 37.* qui
alios adducit Clar. in §. *donat. quæst. 21.* cum alijs per
Menoch. *d. cons. 723. n. 9. cum seq.* ea ratione quia do-
7 nationes † ob causam non sunt donationes, sed con-
tractus quasi permutationis; qui omnes loquuntur in
terminis donationis, de qua agimus, supponendo
quod illa donatio sit ob causam, & post Peguer. *de-*
cis. 22. Gama *decis. 136.* Montier *decis. 10.* refert etiam
decisum Fontanell. *dicta gloss. 28. num. 6. & Molin. di-*
cto tractat de ritu nupt. dicto libr. tertio quæst. 20. num. 17.
fol. 183.

Ter-

Tertio ob specialem fauorem præsentis donationis,
8 † quæ cum æquipararetur doti, vt supra non semel pro-
batum est; ex Molin. *de rit.nupt.lib.4. quæst. 34. num.*
27. & quæstion. 21. numer.8. cum sequent. & alijs in nu-
mero copioso adductis sequitur quod sicut dos non su-
biacet reuocationi ob ingratitudinem, ita, & ista: pri-
mum probatur per doctrinam Gammæ *decis.163.* con-
firmat Pinellus *in l.1. part.3. numer. 62. vers. 32. C. de*
bon.matern. Molin. *disput. 281. vers. ac etiam* Ricc. *col-*
lect. 167. par.1. Augustin.Barbos. *in d.c. fin.n.16. de don.*

Non obstant contraria, nam textus prædictus in
leg. his solis, loquitur de donationibus indefinite, &
sic non comprehendit donationes improprias, si-
cuti sunt donationes ob causam, quæ contractus
potius nuncupantur, vt in *primo discursu* traditum est,
item loquitur textus de donationibus factis filijs, &
non vbi sunt factæ filijs, sed ad commodum aliorum
tertiorum, tunc enim data ingratitudine vnius, alter
9 lædi non debet, sicuti dicimus de ingratitudine † Præ-
lati, quæ non nocet Ecclesiæ, vt inde donatio reuocari
possit, etiam quod donans illi Prælato pro Ecclesia re-
cipienti donasset, quia commodum principale ad Ec-
clesiam redundat ita Clar. *in d. §. donatio, quæstion.21.*
numer.5. Menoch. *de recuper. possess. remed.9. num.102.*
Azor. *instit. moral.lib.11. cap.8. quæst.5.* August.Barbos.
loco præcitato numer. 15.

Quò ad illud verò, quod dictus textus contineat ali-
quid specialitatis fauore matris, quæ in prioribus mā-
sit, nec ad secunda vota transijt, hoc est diuinare, licet
non negarem quod facilius deberet permitti matri vt
reuocaret quam Patri, vel alteri: sed non ex hoc dicet
quis quod mater huiusmodi contractus reuocare pos-
sit, cum è contra in terminis donationis factæ a matre
ex hac causa ita in specie post Boerium negatiuè resol-
uat Menoch. *d. consil.723. num.42.* nec transit absque
controuersia opinio Gloss. in dicta Authent. *quod ma-*
ter, quia quam plures in specie tenuerunt dispositionē
10 dicti text. *in l. his solis,* ad patrem † porrigi hi sunt
Azo *in sum. tit. de secund. nupt. vers. item quod dictum est*
in matre Matthesilan. *de success. ab intest. fol.5.* Nicolaus
de Vbaldi. *in consimili tract. part.1. quæstion. vltima* Ol-
drad. *cons. 43. quidam habuit vxorem* idemet Ludouic.
Roman. *consil.182. in casu proposito* Franc. de Aret. *con-*
sil.72. præsupponit Socciu. *consil.34. prosequendo ordinem*
lib.1. & cons.114. præsens consultatio libr.4. Dec. *consil.*
87. pro resolutione col. 3. quos sequitur Ripa à Sancto
Nazario *in l. generaliter numer.95. vers. 26. quæro C. de*
reuocand. donat. Molin. *de primogen. lib.1. capit.9. numer.*
32. cum plur. seq. Emanuel Costa *in l. gallus, §. & quid*
si tantum in 3. par. numer.175. de liber. & posthum.

Et in quantum ad quod donatio hæc æquiualet
clausulæ de non reuocando, respondetur quod imò
plus importet natura contractus, quam pactum ac-
cidentale; item pactum illud est improbatum, dona-
11 tio hæc omni iure probatur, demum pactum illud †
sustinetur ex vi iureiurandi, secundum communiorem
opinionem Ioan. Andr. ad speculatorem *tit. de donat. §.*
1. vers. quod si actum Butr. Anchar. & Imola *in capit. vlt.*
de donat. Ias. *in l. vltim. numer. 18.* vbi Decius *num.34.*
Cagnol. *numer.90. C. de pact.* Gutter. *de contract. iurat.*
cap.10. numer.6. Seraph. *de priuil. iuram. capit.108.* Me-
noch. *d. consil.725. numer.25.* Fontanell. *de pact. nupt.*
clau. 4. gloss.28. numer.42. post Molin. Theolog. *dispu-*
tat. 281. à numer. 4. Filliuc. *loco superius citato.*

Et ratio est, quia licet respectu donatarij pactum sit
illicitum; tamen valet respectu donatoris, qui sicuti
non prohiberetur præsentem iniuriam remittere; ita
potest non curare de futura; super quo tamen videas
Ripam loco citato, qui pulchram distinctionem ad-
ducit, quam non spernendam existimo.

Sed quid si mater constante matrimonio donationē
12 celebrauerit, † & de eius dotibus vel parte in filium
nubentem disposuerit; an mortuo marito si velit ad
secundas nuptias accedere, possit donationem reuoca-
re, quæstio est meo iudicio satis ambigua, agitur enim
de causa fauorabili ex vtroque latere, inter se pugnan-
te; matris videlicet nubere volentis, & nurus, quæ sub
intuitu donationis contraxit.

Et pro reuocatione facit primo quod mulieri non
13 liceat † constante matrimonio reddere deteriorem
conditionem dotis suæ *l.2. & l. atticilinus 17. D. de pact.*
dotal. ibi, *& si conuenisset non esse seruandum pactum cō-*
tra dotem cum mariti mortalitas interuenerit, facit etiam
textus *in l.3. C. de pact. conuent.* vbi idipsum Iustinian-
nus affirmat, non potest enim mulier se imparem ef-
14 ficere ad secundo † nubendum vt in terminis oneris,
vel stipulationis super dote appositæ dixit Petrus Gre-
gor. *de dote de parag. quæst.35.* vbi Mastril. multos cu-
mulat Castill. *decis.34.* Giurba *ad consuet. Messan. cap.*
8. glos.1. numer.14. Molin. *de ritu nupt. lib. 3. capit.52.*
numer.14.

Quidquid sit vbi mulier præmortuo viro remaneret
impar ad nubendum, vt distinguit Fontanell. *claus.4.*
15 *glos.9. part.5. num.188.* vel quia † pactum esset colla-
rum post mortem mulieris Barbos. *in l.2. in princip. par.*
2. num.150. & seq. D. solut. matrim. Fontanell. *ibidem*
nu.185. & nos pro Antonino Cicala contra Ferdinan-
dum Spinò.

Secundo quia sæpè sæpius huiusmodi donationes
fiunt per mulierem, propter importunas præces viri, &
quandoque ob metum, ne deterius sibi cum eo con-
tingat; quæ faciunt vt mulier possit eis contrauenire,
cessata causa reuerentiæ mortuo marito.

16 Et quod ad inualiditatem donationis † actus de sui
natura læsiui, sufficere debet iste metus reuerentialis
Surd. *cons.395. num.29.* affirmat Gail. *obseru.77. num.*
11. lib.2. Thesaur. Iun. *quæst.51. num.29. lib.1.* Ceuall.
comm. contr. commun. quæst.727. numer.21. Sotomaior
quotidian. capit.1. numer.155. lib.3. Cardin. Mantic. *de*
tacit. lib.11. tit.19. numer.37. Anton. Fabr. *C. quod met.*
caus. definit.2. Molin. *de ritu nupt. lib.3. quæst.98. numer.*
14. Pereir. *decis.30. numer. 3.* Fontanell. *clausul.7. glos.*
2. par.6. à num.4. per seq. & in puncto donationis, quod
leuis metus sufficiat Crauett. *cons. 120.* Vrsill. ad Af-
flict. *decis.246. numer.8.* Thesaur. *quæst. 51. numer. 8.*
in p. Faber *lib.4. tit.3. definit.1.* Ioseph Ramon. *consil.*
96. numer.24. vbi decisum, vel importunæ illæ præces
17 † quæ sæpè sæpius quando procedunt à persona, quę
vim inferre potest, habentur pro coactione Rauden.
decis.45. Decian. *cons.65. numer.4. lib.2.* Castill. Soto-
maior *quotidian. d. lib. 3. capit. 1. numer. 106. & numer.*
154. P. Sances *de matrim. lib.4. disput.7.* D. Reg. Tapp.
decis.16. numer.9. & 32.

Tertio quia filius dum tenetur dotare matrem ino-
pem, quæ ad secundas nuptias transire vult vt supra in
hoc eodem *tertio discursu particula 2. ad fin. vers. moneor*

vltra

vltra prædicta traditum est, fortius tenebitur restituere illi bona, quæ habuit vt iterum nubere possit, dum continere non valet.

Quarto quia in terminis donationis huiusmodi faciendæ filio, iam diximus supra, quod mater si cum viro donet, iuuetur velleiano; quando viri est soluendo, ea ratione quia dotatio filiæ, sicut & donatio propter nuptias facienda filio, spectat principaliter ad patrem vt latè in dicta *particula secunda post princ. versic. vnum aduerto dictum est*.

18 Vltimo hanc quæstionem † determinare videtur Marquil. antiquus Doctor Catalanus *in vsatico illius prouinciæ de intest. quæst. 29.* dum monet, quid faciendum si mulier cum viro in contractu dotali pacta fuerit, vt dos fiat primogeniti ex illius matrimonio, an mortuo marito possit reuocare donationem, adhoc vt possit ad secunda vota transire, & affirmatiuè respondit, eum sequitur Iacobus Cancer. *var. lib. 1. cap. 8. num. 88.* & iterum *cap. 7. num. 203. lib. 3.* vbi refert ità seruatum in facti contingentia sensisse, cui accedit Molin. *de rit. nupt. quæst. 19. lib. 3.* ante eum Fontanell. *de pact. clausul. 4. gloss. 9. par. 5. numer. 179. cum plurib. sequen.* sequitur Molfes. *ad consuetud. tom. 2. par. 8. quæst. 7. num. 1.*

19 Et in terminis mariti † qui in contractu matrimonij dedit bona sua primogenito, quod possit si contingat vxorem præmori, obligari bona donata, pro restitutione dotis secundæ vxoris post Celsum *consil. 53.* affirmat idem Molin. *dict. lib. 3. quæst. 28. num. 31.* non obstante priori donatione, ea ratione quia nullum pactum, nullaque conuentio valida esse potest, quæ tendat ad impediendas secundas nuptias; quod etiam confirmat *in quæst. 55. eodem libro*.

Et magis in puncto, de donatione facta per vxorem cum marito filio eiusque descendentibus, quod habea-
20 tur pro reuocata, si vir præmoriatur, † & mulier velit nubere, tenet idem Molin. *quæstion. 6. num. 89. fol. 154.* vbi quod sufficit relinquere filio legitimam, reliquum vero ad suas voluntates; habebit; quod mira ratione procedere videtur, quia donatio prædicta supra causam de sui natura est reuocabilis, mater verò, & si te-
21 neatur in aliquo casu donare, † tamen donatio debet esse restricta ad legitimam, in qua filio teneretur, vt colligitur ex Menoch. *præsumpt. 29. num. 75. & 76. lib. 3.* Molin. *de rit. nupt. quæst. 6. num. 57. lib. 3.* Fontanell. *clausul. 4. glos. 1. num. 84. & glos. 19. par. 1. num. 33. & glos. 28. num. 7. & clausul. 5. glos. 8. part. 14. num. 21.* in quibus locis mille allegantur, probantes infra causam dici pro concurrenti quantitate legitimæ, ad quam tenebatur post mortem, quasi existente causa matrimonij cogatur præuenire in eius solutione, facit Fusarius cum suis allegatis *de fideicommiss. quæstion. 533. numero quarto*.

Sed in contrarium, quod dicta donatio sub dicto prætextu reuocari non possit; facit primo illud, quod *supradicta particula 2. huius discursus* firmatum est, matrem videlicet cogi donare filio nubenti, vel se obligare pro restitutione dotis nurus, vbi pater impar sit, ergo sequitur non posse retractari quod legitimè à principio factum fuit, mulieres enim id obligationibus verè, & propriè ipsas afficientibus, non iuuantur à iure,
22 patet ex eo quoties ostendatur † pretium rei venditæ, vel quod mutuo vir recepit ad eas peruenisse, vel in earum vtilitatem expensum, nec velleiano nec ope restitutionis, vel alio auxilio subleuantur ad textum in *l. 2. C. ad Senat. consult. velleian.* ibi *quoniam principaliter ipsa debitrix fuisti*, facit etiam text. *in l. si aduersarius tuus 10. & l. si fenebris 13. C. eod.* Rim. Iun. *super §. fin. numer. 58. instit. quibus alienar. lic. vel non* Lambert. *de contract. mulier. gloss. 24. numer. 5.* Rota coram Litta *Societatis officij 13. Februar. 1606.* quem refert Stephan. Gratian. *disceptat. 750. numer. 1. tom. 4.* Guttier. *de Iuram. confirmat. par. 1. cap. 53.* Thesaur. *decis. 223.*

Secundo quia hæc donatio respicit fauorem nurus, & securitatem dotis per eam apportatæ, & sustentationem matrimonij, cuius fauore mulier donans non potest refricare dotis suæ præiudicium; quia præiudicari potest vni doti propter aliam, hinc mulier donando non iuuatur velleiano *l. si dotare 12. C. eod. tit.* cum multis alijs per nos cumulatis *dicta particula 2. huius discursus* in donatione propter nuptias loquentibus; ea ratione, quia sicut hoc est introductum fauore dotis constituendæ, ita, & in restituenda, vt per allatos ibi videri potest, quos non repeto, quia non longè distant.

Tertio stante præiudicio nurus, quæ aliter non con-
22 traxisset, pacta efficiuntur, † irreuocabilia, sicut matrimonium, cui adijciuntur Berengar. *de filijs natis ex matrim. ad morgan. controuers. capit. 7. num. 7. & 8. vers. contraria opinio* Peguera *decis. 31. num. 5. tom. 2.* Ioseph Ramon. *consil. 100. num. 523.* vbi refert decisum Dec. *consil. 31. numer. 66. cum sequent. lib. 1.* Molin. *de ritu nupt. lib. 3. quæstion. 2. numer. 20.* & mille quos adducemus quando de retrodonationibus agetur in specialibus.

24 Quarto quia fauere potius debemus † matrimonio contracto, quam contrahendo, vt in terminis dictae textus in *l. vltim. C. ad velleian.* ibi *neque enim ferendum est quasi casu fortuito interueniente mulierem fieri indotatam, & sic à viro forsitan repelli, & distrahi matrimonium*, quia vnum altare non est discoperiendum, vt alterum cooperiatur *l. verum. 5. §. penultim. D. de minor.*

Et tenendo hanc vltimam, non obstant contraria, in quibus tota vis consistere videtur quia ad primum respondetur illa iura procedere, vbi ante contractum
24 † matrimonium vel in ipsis dotalibus tabulis aliquod pactitatur inter virum, & vxorem, vel dotantem, per quod exactio dotis vel minuitur, vel differtur, in casu soluti matrimonij per mortem viri; cæterum non prohibent quin mulier etiam de tota dote disponat, donado vel vendendo, dummodo id non fiat interecedendo vel in vtilitatem viri conuertendo; mulier enim vti diximus statim, non prohibetur donare, nec se obligare pro causa ad ipsam spectante, vel ad suum placitum, vel ex causa, quæ ipsam naturali vel ciuili vinculo adstringit, ut supra probatum est ex textu *in leg. si ego 4. versic. sed, & si sibi D. ad Velleian.* Mantic. *de tacit. & ambig. lib. 13. tit. 17. num. 2.* Gratia. *disceptat. 669. num. 15. tom. 4. fol. 167.* qui de donatione loquuntur nec ulla lex prohibet matrem filijs donare constante matrimonio, etiam res dotales, si maritus consentiat, & ei ex persona filiorum non quæratur commodum, imò sub prætextu absentiæ uiri donationem filijs factam reuocari non posse; statuit. Imperator *in l. velles 6. C. de reuoc. donat.*

Ideoque mulier non ex hoc reuocat illud, quod pro filia dotauit genero, ex quo impar efficitur ad secundo nuben-

25 nubeneum; sufficit enim quod actus † ab initio fuerit validus, vt non possit ex ijsque postea contingunt irritari: *cap. factum legitimè de reg. iur.* vbi plura exempla adducit Petr. Pecc. *l. in ambiguis 86. §. non est nouum D. eod. tit.* Surd. *consil.* 18 *numer.* 11. *& consil.* 145. *num.* 18. Gratian. *eius assecla discept.* 745. *numer.* 85. *tom.* 4.

26 Ad secundum respondetur metum † esse quid facti, ideoque non præsumi *l. 2. C. de ijs quæ vi met. caus. fiunt* Menoch. *præsumpt.* 126. *num.* 2. *lib.* 3. vbi aliam rationem adducit, videlicet quod tamquam delictum ex parte ineutientis non præsumatur.

Vnde non negando prædicta in dicto secundo fundamento, casus, qui proponitur, debet intelligi circum-
27 scripta sponanea voluntate; nam dato † metu existimarem aliter quæstionem definiendam, & rescissionem concederem, non ex eo quod impediatur nubere, sed quia metus excludit consensum, quod donatio perficitur, & sufficit læuis in donatione, vt ex prædictis colligitur, quibus adhæreo licèt hoc casu cum agatur de rescindenda venditione filio facta perspicuæ desiderari deberent probationes, præsumptio enim vrget in contrarium, quod imò sponte donauerit.

Quod si constet de metu, non ideo neganda est rescissio, quia filio donatum est, & habebit locum *l. vltima in medio C. ad velleian.*

Verum tamen si non allegaretur nisi metus reuerētialis, non puto quod proficeret ad rescindendam donationem alteri factam, quia conclusiones supra allegatæ de metu reuerentiali cum læsione non militant in donationibus, in quibus læsio semper est in totum; quia non est actus correspectiuus, ideo requiritur concussiuus, vel saltim quod libere donatum non fuerit, item procedunt vbi ei donatur qui timetur, vel eius importunis suasionibus.

Ad tertium respondetur, quod non ex hoc donatio erit nulla, quia filius posset adstringi ad dotādam matrem inopem, quia ratio prædicta aliter tendit; poterit enim mater, quæ maiorem partem dotis filio donauit illum compellere, vt ipsam dotem; tanto fatilius quanto habet eum, etiam naturaliter ad antidora obligatum; dum præcessit beneficium, sed hoc non oritur ex nullitate donationis; in tantum quod ex hoc capite filius non cogetur omnia, quæ habuit retrodonare, sed aliter commensuranda est dos danda, tantummodo non fiat præiudicium nurui circa dotis eius hypothecam, & securitatem.

Ad quartum de velleiano, dic satis patere responsionem ex dictis in primo fundamento opinionis negatiuæ; & si dicatur, quid dicendum si pater qui re vera tenebatur donare, tunc temporis erat soluendo, & idoneus ad donandum? responderem, quod posset repetere ab hæredibus mariti, si eo animo dederit vt mariti obligationi satisfaceret, quasi pro eo intercedendo, non autem donandi intentione, sicut dicunt Doctores
28 in terminis matris † dotantis patre dintie existente, repetet enim à marito quod soluit genero; ex dicta causa, ita Bart. *in l. reos D. de duob. reis* Castrens. *consil.* 96. *ad finem lib.* 2. Corneus *consil.* 124. *lib.* 1. *& consil.* 316. *lib.* 4. Crauett. *consil.* 77. *numer.* 3. *& consil.* 91. *num.* 2. Roland. *consil.* 64. *num.* 5. *lib.* 1. Surd. *de aliment. tit.* 6. *quæstio.* 8. Riminald. Iun. *consil.* 132. Gratian. *discept.* 769. *à numer.* 72. vsque finem vbi refert decisum in Rota, imò decisionem inserit Surd. *consil.* 488. *num.* 21. qui alios adducit, cum qua tānquam veriori transijt Senatus Sebusianus vti tradit Anton. Fab. *in C. lib.* 5. *tit.* 6. *definit.* 7. Cancer. *variar. resolut. cap.* 15. *num.* ... *libr.* 3. Bimius *consil.* 276. *numer.* 4. ex nostris Giurb. *ad consuet. cap.* 3. *glos.* 1. *numer.* 10. *& glos.* 2. *num.* 6. *& glos.* 3. *num.* 47. *& glos.* 6. *num.* 1. Mastrill. *decis.* 186. *numer.* 8. Amat. *resolut.* 23. *num.* 12. Castill. *decis.* 203. *num.* 4. *& seq. lib.* 3. & contra eius bona fideicommisso subiecta, vt diximus in terminis fideiussoris hoc *discursu* 3. *part.* 1. quibus licet obstet text. *in l. vnica §. accedit C. de rei vxor. action.* per quem textum lex inducit præsumptionem donandi in extraneo, & fortius in matre; ex qua præsumptione repetitio cessat, vt tenuerunt idem Castrens. *consil.* 372. *lib.* 1. Socc. *consil.* 291. *lib.* 2. *& cons.* 5. *à num.* 15. *lib.* 4. Ruin. *in l.* 1. *à numer.* 158. *D. solut. matrim. & consil.* 101. *numer.* 15 *lib.* 1. Anton. Gomez. *in l.* 50. *Tauri num.* 25. Baez. *de meliorand. filiab. cap.* 10. *numer.* 37. *& numer.* 44. & in Hispanijs lege particulari cautum esse tradit Palat. Rubeus *in rubr. de donat. inter vir. & vxor. §.* 49. *num.* 5. Mattiens. *in l.* 3. *tit.* 9. *lib.* 5. *ordina. glos.* 7. *num.* 7. Azebed. *in l.* 8. *titul.* 9. *lib.* 5. & defendit Barbos. *in d. l.* 1. *par.* 4 *à numer.* 101. *vsque* 106. vbi respondet omnibus prædictis auctoribus, quos ipse vidit, attamen dato quod procederet hæc secunda opinio, prout non subsistit, vt alias per me traditum est, certè non procedet in casu, de quo agimus, vbi non de dote, sed de donatione propter nuptias, seu contemplatione matrimonij agitur, ad quam dicti textus dispositio non porrigitur.

Ad vltimum de doctrina Marquilij, dic quod casus de quo ipse loquitur, est diuersus, in eo enim, ex hoc pactum reijcitur, quia impeditur dotis restitutio facienda ab hæredibus, & videtur quodammodo alteri stipu-
29 lata, at quia omnis stipulatio † censetur facta sub conditione si mulier prędecesserit, ideo si è conuerso vir præcedat, stipulatio euanescit. Surd. *consil.* 78. Mastril. *decis.* 74. Fontanell. Canc. & Molin. *locis citatis in d. vltimo fundamento* Giurb. *ad consuetud. Messan. cap.* 8. *gl.* 1. *part.* 1. *numer.* 15. Gratian. *discept.* 796. *numer.* 17. *lib.* 4. item, & omnia vincula Castill. *decis.* 239. *num.* 5. vbi alios allegat, & nos in resp. pro Ioanna Litciardello contra Apolloniam de Lao, & Bolano & si ibi contra tenuerimus, vbi extraneus dotasset, & expressè pactus fuisset sibi dotem restitui in casu soluti matrimonij per mortem viri, secundum quod fuit decisum de anno 1627. in M. C. vt infra dicetur in particula, vbi de donatione facta ab extraneo agemus Amat. *resolut.* 28. optimè per totam.

30 Si tamen mulier † transeat ad secundas nuptias, & reuocet pactum, quæ duo copulatiuè concurrere debēt vt post Cancer. *lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 204. & Fontanell. *de pact. nupt. claus.* 4. *glos.* 9. *par.* 5. *num.* 183. *& seq.* firmat Amat. *d. resolut.* 28. *num.* 7. quem secuti fuimus in responso pro D. Cæsare Tornainbene contra Margaritā Gaetano super dote Margaritellę, Iuuenis in causa vertentente in S. Officio, & ita intelligendus est Castill. *dict. decis.* 239. *post num.* 6. dum dicit esse ipso iure nullum allegando pro se Fontanellam loco allegato.

Et secundum quas fuit decisum pro vxore Francisci Bertolo mercatoris Catalani contra illos de Albergo, & pro Donna Beatrice del Boscho contra Ducem Misilmerij, & pro illa de Bernardo contra illos de Fima Panormitas.

Sed

hoc enim dixisse videtur dum facultatem liberam ei tradidit. vt in puncto, de quo agitur decidit Guid. Pap. *decis*. 505. *factum est pactum* Dec. *cons*. 578. *num*. 11. Tiraquell. *de primog. quæst*. 65. *num*. 3. *&* 4. quos refert & sequitur Card. Mantic. *d. lib*. 2. *tit*. 1. *num*. 22.

Augebatur ratio in casu, de quo quærebatur dum vir vxori superuixit, cui dum viuebat, integrum erat declarare atque ea quæ facienda erāt perficere, quo in casu non solum defectu potestatis, sed etiam voluntatis dicendum erat, hoc ius declarandi translatum non fuisse inter alia iura cessa, quæ alio tendebant quam ad includendum hoc Ius, cum potius de iuribus doti cohærentibus ibi actum fuerit, hæc autem extra dotem erant tanquam ab alienata.

Non obstant contraria, quia Doctores allegati loquuntur in electione facienda, quæ ex pacto descendit, reseruata ipsi contrahenti; ac idem dicunt, ad hæredes
transire; quia Ius eligendi transit tanquam quoddam
37 exercitium rei, iam in esse deductæ, ideo † eligens nil
confert, sed electus habet à mandante electionem fieri *l. vnum ex familia* 97. §. 1. *de delegat*. 2. ibi *quid enim de suo videtur reliquisse, qui quicquid reliquit omnino reddere debuit?* iuncto principio ibi *perinde omnia seruabuntur, ac si nominatim ei, qui postea electus est, primo testamento fideicommissum fuisset relictum, non enim facultas necessariæ electionis propria liberalitatis beneficium est*.

Dicitur enim habere nudum ministerium, & nil de suo præstare *d. l. vnum ex familia* 67. §. *sed si fundum* vbi Segura *num*. 184. Caldas Pereir. *de emph. part*. 3. *de potest. eligend. cap*. 4. *&* *cap*. 16. *num*. 3. & Fusar. qui mille allegat *quæst*. 51. 1. *à numer*. 5. *tract. de fideicomm*. qui secus affirmat vbi eligens grauatur eligere, quem ipse malit, nam tunc electus habet ab eligente; vnde & super bonis ei obuentis grauari potest, vti dicam alibi latius, addo tantummodo Anton. Faber. *de error. decad*. 53. *error*. 6. *tom*. 3. Ferrer. *ad constit. hac nostra temp*. 3. *declarat*. 2. *numer*. 58.

Sed in casu isto declaratio illa erat collata in arbitriū
tertij, qui poterat non solum vno modo declarare, &
alio non, sed etiam non declarare; ideoque dicitur ius
38 † merè personale, in quo erat collatum non exercitium solum, sed substantia dispositionis, vt tenet Stephan. Gratia. *discept*. 444. Rimin. Iun. *cons*. 591. *num*. 12. nec negant contrarij; dum vtuntur Iasonis distinctione iam relata.

39 Iura enim † merè personalia nec transmissibilia nec cessibilia sunt Marta *de success. par*. 3. *quæst*. 1. *art*. 2. *nu*. 21. sicuti est declarandi facultas, quæ morte declarare debentis soluitur gloss. *in l. idem Pomponius §. fin. D. de rei vendic*. Ias. *ibi num*. 26. Dec. *numer*. 50. *cum num*. 60. Tusch. *lit. D. conclus*. 101. *&* *lit. H. conclus*. 69. Dec. *in l. hæredem numer*. 7. *vbi* Cagnol. *D. de regul. iur*. Plot. *de in litem iurando* §. 29. *limit*. 2. *num*. 5. Medices *in tractat. mors omnia soluit conclus*. 61. *numer*. 9. *par*. 3. Gonzal. *ad regul. cancellar. gloss*. 56. *num*. 53. Verall. *decis*. 155. *num*. 4. *par*. 1. ex nostris Intrigliol. *singular*. 102. *numer*. 13. *lib*. 1. Giurb. *ad consuet. cap*. 2. *gloss*. 7. *num*. 21. *fol*. 209. vbi quamplures alios citat, & extendit etiam quod agatur de declaranda voluntate defuncti dubia, & ad Thesaur. Fontanellam, & alios optimè respondet, multis cumulatis auctoribus ac iuribus doctus sanè Ilerdensis Ferrer. *in constitut. hac nostra temp*. 3. *decl*. 1. *à nu*. 73. *vsque* 88. *fol*. 424. *cum sequent*.

TRA-

TRACTATIONES PRIMÆ

D SCVRSVS TERTIVS

PARTICVLA QVINTA.

ARGVMENTVM.

DIſpoſitio *l. hac edictali* an procedat in donatione, de qua eſt tractatus diſcutitur, & in alijs quam pluribus caſibus, vbi ceſſat ſecundi viri, vel vxoris intereſſe; & quid in dote, & quid vbi alias mulier non inueniret virum; niſi melioraret filios naſcituros ex ſecundo matrimonio: & de ſtatuto derogante dictæ legi: & quomodo practicetur in æqualatione filiorum cum Vitrico.

SVMMARIVM.

1 *L. Hac edictali Codic. de ſecundis nuptijs an extendatur ad donationes factas contemplatione matrimonij.*

2 *Procedit etiam in relictis, & donationibus factis filijs ſecundi matrimonij, ſed vide numer. 14. & ante l. uc.*

3 *Pactum factum inter mulierem, & ſecundum virum quod filij ſecundi matrimonij plus habeant, quam filij primi non valet.*

4 *Statutum poteſt derogare leg. hac edictali C. de ſecund. nupt.*

5 *Hæreditamentum factum per mulierem ad fauorem filiorum ſecundi matrimonij non tenet in fraudem l. hac edictali etiam ſi alias non nupſiſſet ſed vide numer. 16.*

6 *Donatio contemplatione matrimonij facta vni ex filijs, in fraudem l. hac edictali non ſuſtinetur, ſicuti neque illa ex cauſa dotis ſecundum aliquos, ſed vide infra numer. 13.*

7 *Ob cauſam non ſubiacet leg. hac edictali Codic. de ſecund. nupt.*

8 *Remuneratoria non ligatur diſpoſitione l. hac edictali C. de ſecund. nupt.*

9 *Mulier ex lege hac edictali non prohibetur donare filijs ſecundi matrimonij, quando non donat contemplatione viri, puta quia ſit mortuus, vel ei nil quæratur.*

10 *Pater in dote filij nullum habet participium; nec eſt legitimus adminiſtrator.*

11 *Filius vbi ex matrimonio efficitur ſui iuris, dos ipſi, & non patri numeranda eſt, ſicuti quando emancipatur à patre.*

13 *Diſpoſitio textus l. hac edictali de ſecund. nupt. non procedit, quoties alia poteſt dari cauſa quæ parentem ad donandum impulerit iuxta multa exemplaria adducta.*

14 *Matrem diſponere poſſe in filios ex ſecundo coniugio habitos qui dixerint.*

15 *Maritalis affectionis præſumptio tollitur per amoris filialis inductionem.*

Mulier

16 *Mulier si alias virum non inueniret, nisi meliorando filios nascituros ex secundo matrimonio, posset illos meliorare.*

17 *Lex cauere voluit quantum fieri potest ne mulieres innupte remaneant.*

18 *Vsusfructus prohibitio patri facta ne participet de bonis donatis filio an tollat dispositionem l. hac edictali C. de secund. nupt.*

19 *Patri interest ex pluribus causis filium locupletiorem habere.*

20 *Attendendum non est quod venit in consequentiam, sed quod principaliter agitur.*

21 *Diuisio inter vitricum & filios primi matrimonij quomodo debeat fieri, & an ipsis detur legitima præcipua.*

QVæritur tandem, an hæc donatio per matrem
1 facta, subiaceat prohibitioni † *l. hac edictali 6. C. de secund. nupt.* & an tanquam in officiosa reuocari possit, si per eam legitimæ aliorum filiorum minuantur.

Et deueniendo ad primum videtur affirmatiuè respondendum; Primò quia certum est, huius legis di-
2 spositionem, ad donationes vel relicta facta † filijs secundi, vel vlterioris matrimonii extendi vt post decisionem illam Riccardi de Saliceto percelebris, & noti iuris consulti per omnes Fere mundi Rotas, & Iudices receptum fuit, testantur (decisiones solum referam) Bald. qui se in contrarium cõsulente ita decisum refert *cons.* 161 *num.* 2. *lib.* 1. Boer. *decis.* 201. Thesaur. *decis.* 170. *num.* 24. Vincen. de Franch. *decis.* 435. Athoro *in compend. verb. donat. tit.* 1. Alex. Trentacinq; *var. resolut. lib.* 3. *tit. de matrim. resolut.* 5. *num.* 34. Raudens. *variar. cap.* 55. Molfes. *ad consuetud. tit. de success. ex testam. q.* 11. Addens ad Camill. de Medicis qui aliam decisionem refert *cons.* 163 *in fin.* & prope infiniti, quos si velis videre inuenient apud Bardellon. *cons.* 4. *à numer.* 31. *vsq; fin.* qui nil intactum reliquit & apud Fontanell. tradẽtem decisum pluries *claus.* 5. *glos.* 8. *par.* 5. *per tot.* Matt. *decis.* 67. Ioan. de Vandal. *lib.* 1. *var. resol. q.* 27. Magon. *decis.* 107. *in florent.* ex nostris Mastrill. *decis.* 175. quæ etiam fuit confirmata vt mihi relatum fuit, licet non viderim, & fuit etiam decisum pro quodam de Scozari contra V. I. Dom. Baldassarem Victoria, & pro Marchione Roccæ contra D. Ludouicum Spatafora, sub die 15. Aprilis 1628. & licet ex inde reuocata fuerit, ex quo agebat Cessionarius, & non filius, nec eius descendentes ex Cancer. Var. *lib.* 3. *cap.* 21 *numer.* 351. Noal. *de transmiss. casu* 13. In quo contra tenet Bertrand. *in d. l. hac edictali numer. 9. in vers. si vero plus.* attamen de hoc nõ fuit actum in primo iudicio coram Spet. de Macagnone & Blasio, & ego vidi allegationes ideo minimè videtur dubitandum, quin titulus huiusmodi donationis in aliquo non immutet dispositionẽ prædictam; cum generaliter habeat locũ in omni donatione inter viuos, per quam filii primi ad imparia tractentur cum filiis secundi matrimonij iuxta sensum omnium prædictorum & expressius Fontanell. *d. glos.* 8. *part.* 4. *numer.* 3.

Et ratio est, quia omnia præsumuntur facta quæsito colore vt maritus habeat, vel saltem ex suasionibus viri, & ex insidiis contra filios primi, ad quæ vitanda lex prædicta fuit edita.

3 Secundò quia neque valet † pactum expressum in contractu dotali inter mulierem, & secundum virum, vt filii secundi matrimonii plus habeãt quam filii primi, etiam sub prætextu quod aliàs secundus vir non contraxisset, vt aiunt *glos. in dicta l. hæc edictali in verbo diuidi vers. item nota* Bald. Angel. Salic. Paul. de Castro *in l.* 1. *C. de inoffic. testam.* Roland. *de lucro dot quæst.* 24. *num.* 1. & *n.* 8. Gabr. *tit. de secund. nupt. lib.* 3. *conclus.* 4. *n.* 9. Dec. *consil.* 25. *num.* 36. *lib.* 1. & licet statuto hoc
4 fieri possit, † non obstante *l. hac edictali* secundũ Bald. & Salicet. ibi Ruin. *consil.* 94. *numer.* 2. *lib.* 3. Roland. *cons.* 161. Curt. sen. *consil.* 78. *col.* 2. Surd. *cons.* 401. *n.* 18. Matt. *de success. par.* 3. *quæst.* 11. *art.* 2. *n.* 1. & *seq.* vbi latè Beltram. ad Ludouis. *decis.* 173. *n.* 14. pacto tamen etiam iurato fieri nequit, nisi filii primi matrimonii maiores effecti consentiant, & cum iuramento dictæ legis beneficio renuncient: Molin. latè *de ritu nupt. lib.* 3. *cap.* 47. *per tot.* Maceratens. *var. lib.* 2. *resolut. fin. cap.* 5. Laderch. *cons.* 147. Surd. *cons.* 255. *numer.* 13. Cutta *de rata portione, quæst.* 85. Marta *de iurisdict. part.* 4. *cent.* 2. *casu.* 181. Giurb. *ad consuet. capit.* 8 *glos.* 1. vbi firmat; stipulationem ad fauorem filiorum secundi matrimonii in contractu factam, non valere, Præses Anellus Amatus latè *consil.* 56. *a num.* 15. vbi de legitima hoc intelligi debere affirmat, vnde sequitur quod sicuti pacto tolli non potest, ita nec dispositione inter viuos
5 facta, & in puncto de hæreditamento † facto filiis secundi matrimonii, etiam sub prætextu quod alias impediretur secundo nubere, si tale pactum non præcederet, quod non per hoc sustineatur Thesaur. Iun. in *addit. ad patrem decis.* 170. *ad numer.* 29. & decisum Franch. *decis.* 435. *ad finem* Fontanella *de pactis clausula* 4. *glossa* 9. *parte* 5. *numer.* 197. dicens satis sufficere debere mulieri, quod fauore secundarum nuptiarum reuocare possit hæreditamenta facta filiis primi, de quo supra dictum est *in particula proxima præcedenti.*

6 Tertio quia in puncto † donationis, de qua agimus, factæ vni ex filiis contemplatione matrimonii pro inualiditate tenet Fontanell. *tom.* 2. *clausula* 5. *glos.* 8. *par.* 4. mouetur quia hæc prohibitio comprehendit etiam causam priuilegiatam, vtpura donationem ex causa dotis allegat Trentacinq; *var. resolut. lib.* 3. *resol.* 5. *à numer.* 34. & respondet Cancerio contrarium sentienti.

Negatiua tamen opinio tenenda est ex pluribus, &
7 primo quia certum est donationem † ob causam huius legis dispositioni non subiacere, quia illa dicitur potius debiti solutio quam lucratiua alienatio, vt tenet in puncto Fontanell. *de pact. nuptial. clausula* 5. *glossa* 8. *parte* 5. *num.* 6. allegans Franch. *decis.* 632. licet nil tale dicat, loquitur enim in terminis *l. feminæ* 3. *C. de secund. nupt.* dicens quod non habeat locum in donatione ob causam, quod & nos firmauimus supra; in *particula tertia huius discursus, in principio,* & in
8 donatione † remuneratoria loquuntur Surd. *consil.* 164. Hippolitus Montanet. ad Oliban. *de act. par.* 2. *lib.* 1. *capit.* 47. *numer.* 37. Ferr. *ad const. hac nostra temp.* 2. *decl.* 1. *numer.* 170. ex causa verò donationem hanc dici, satis probatũ est hoc discursu in pluribus locis, etiã respectu matris, in subsidiũ loquendo; quoties autẽ cõstat de vera causa donandi, nõ est recurrendũ ad præsumptam, quæ oritur ex ardore maritalis affectus.

Secundo quia dicta lex expresse non prohibet do-
9 nari filijs secundi matrimonij, sed in † consequentiam, quatenus ex tali donatione patri quæratur aliquod commodum, vnde si secundus vir sit mortuus, vel ei nil quæratur prohibitio cessabit, quasi cessante prohibitionis causa, ita Thesaur. *d. decis.* 170. *num.* 32. Surd. *cons.* 250. *numer.* 26. 29. Rimin. Iun. *cons.* 771. *num.* 39. Costa *de ratione ratæ q.* 85. Mastrill. *decis.* 175. *n.* 16. *&* 26. qui de vtroque casu loquuntur, mortis videlicet secundi viri, & vbi secundo viro nil quæritur; sequitur Fontanell. *de pact. claus.* 5. *glos.* 8. *p.* 5. *à n.* 3. qui in id allegat etiam Facchin. *controuers. lib.* 3. *cap.* 66. *vers. sic & ipse statuo*, quem defendit ab impugnationibus Molfesij.

At mater donando filio nubenti contemplatione matrimonij, donata illi acquiruntur, non solum quo ad proprietatem, sed etiam quo ad vsumfructum, qui seruire debet pro matrimonij sustentatione, & dotis securitate, ergo nullum potest considerari commodum patris; probatur assumptum, ex eo quod cum hæc donatio sit quasi altera dos filij; in
10 dote † pater nullum habet participium docet Bald. *in l. si cum dotem §. transgrediamur in fin. D. solut. matrimon.* Anch. *cons.* 238. Cepolla *caut.* 115. Franc. Becc. *consil.* 43. *volum. primo*, ac ideo non est legitimus administrator Cardin. Tusch. *concl.* 125. *numer.* 17. *lib.* 1. facit etiam Barbos. *in l. si cum dotem §. transgrediamur num.* 25. *&* 26. *&* Fontanell. *de pactis nuptial. clausul.* 6. *glos.* 1. *par.* 1. *num.* 45.

Quod maximè procedit in locis illis, vbi filius pro-
11 pter matrimonium contractum † soluitur à vinculis patriæ potestatis, suique iuris efficitur; in quibus locis non cadunt disputationes, de quibus latè Barbos. loco citato discurrit, an dos sit soluenda patri, vel ne, quando filius secum moratur, & quid quando seorsim, & quando dicatur habere iustam causam diuertendi, & de tacito consensu patris, quia stante filij emancipatione dos ipsi & non patri consignanda est, ipseq; fructus suos facit & pari modo bonorum sibi contemplatione matrimonij donatorum, ita vt nec commoditatem possit pater prætendere, quam fructus fructuum vocamus vt in puncto tradit Fontanell. *claus.* 4. *glos.* 1. *ante num.* 29. & Milan. *decis.* 19. *in fin. lib.* 1. de quo latius loco suo discutiemus.

Tertio quia indubitati iuris est, & sæpius per nos inculcatum hanc donationem habere permistam nurus vtilitatem quæ alias non nupsisset nisi illa accessisset vt sæpius ad plures effectus repetitum est, & modernè non negat Rouit. *cons.* 15. *ante num.* 8. *par.* 2. ideoque quoties ex vno capite non valeret, stante persona filij de medio; deberet saltem sustineri respectu nurus, ne prætestu vnius, alteri iniqua conditio afferretur ad textum *in l. si quis in suo* 23. *§.* 1. *Cod. de inofficios. testament. regula non debet* vbi Pecch. *de regul. Iuris*; & sicu-
12 ti quando † alia causa donandi adducitur, quæ moueri potuit matrem ad donandum, vt puta propter malos mores filiorum primi matrimonij, vel quia filius secundi sit matri festiuus, magisque gratus filij primi, ita vt sit maiori liberalitate dignus, vel demum quia ex primo matrimonio non remanserint nisi fœminæ, & ex secundo adsit masculus; nunquam præsumitur animus fraudandi, aut aliqua circumuentio, vt omnes prædictos casus complectitur Gaspar. Thesaur. ad patrem *decis.* 170. *ad numer.* 3. Costa *de portione rat. dicta quæstion.* 81. *numer.* 8. Alexand. Raudens. *cap.* 55. *n.* 18. *var. resol.* Mastrill. noster *decis.* 175. *num.* 27. Fontanella *dicta clausul.* 5. *gloss.* 8. *parte* 5. *à num.* 14. vbi in terminis vltimi exempli adducit Cafanat. *consil.* 35. *num.* 87. & Alexand. Raudens. *consil.* 35. *num.* 8. *lib.* 1. Rota coram Cardin. Ludouis. *decis.* 443. ita dum adest alia persona, quæ potuit contemplari; ex cuius interuentu, considerataque causa, deprehenditur parentes optimorum arbitrorum officio functos fuisse, non est dubium quod cesset dictæ legis prohibitio, vt post Laderch. *consil.* 147. concludit Fontanell. *dicto loco citato num.* 17. Cancer. var. *lib.* 3. *capit.* 2. *num.* 197. referens ita senatum illum seruare, quod & in hoc Regno etiam teneri sæpius vidi, inter disceptandum in publico auditorio, audiuique a maioribus nostris.

13 Demum quia in his ferè proprijs † terminis ita tenuit Cancer. *lib.* 3. *var. resolut. cap.* 2. *nu.* 197. *& cap.* 15. *nu.* 344. vbi dicit dictam opinionem placuisse senatui, loquitur in hæreditamento seu donatione, quæ fit per secundo nubentem filijs nupturis, nascituris ex illo matrimonio, quæ quidem doctrina licet habeat in se non modicam difficultatem in casu prędicto est indubitata in casu de quo agimus, ipsique mei contrarij hoc tenere videntur, dum ex eo dicunt prædicta hæreditamenta non valere, quia dum fiunt filijs non ortis, neque in rerum natura existentibus, in quibus nulla potest considerari affectio, consequi videtur quod maritorum intuitu factæ videantur, ac ideo nullius esse roboris; contrarium dicturi si casus proponeretur, vbi donatio, esse facta filio non solum nato, sed nubenti vt ditiorem coniugem inueniat, vel nobiliorem, & pulchriorem, ad quod firmandum aduoco eundem Fontanella *in clausul.* 4. *gloss.* 9. *part.* 5. *num.* 197 ibi (quia inquiunt magis tunc de fraude dubitandum est, quoniam ita temporaneæ spoliantur filij primi) temporaneam spoliationem vocat illam, quę filijs ex secundo non adhuc conceptis nec natis fit & in *dicta claus.* 5. *gloss.* 8. *part.* 4. *num.* 5. ibi (& certe in eo casu vbi filij non erant nati, & per consequens non poterat ad eos haberi affectio, nulla alia ratio quam ob rem hæreditamentum fiat considerari potest, quam secundi coniugis contemplatio & interesse) quoties ergo hęc cessent non est dubium quod Doctores contradicentes Cancerio potius pro nobis allegari possunt.

His ita positis ita ad contrarios responderem, & primo ad primum, affirmando veram esse suppositionem illam; sed ita demum procedere si constaret de fraude, vel de contemplatione personæ viri, & ratio est euidens dum dicimus per dictam legem prohibitam non esse de directo dispositionem, quæ in filios secundi coniugis fiat, sed si quatenus tenderet in vtilitatem viri, ex quo filij haberentur tamquam à patre suppositæ personæ, ideo quoties hoc abest toties lex illa quæ odium continet extendenda non est ad alios.

14 Ad quod adduci possent † tot Doctores, quos Mastrillus *allegat in dicta decis.* 175. *à principio vsque ad medium* & per Fontanellam *dicta claus.* 5. *gloss.* 8. *p.* 5. *n.* 2. tenentes vllo modo dictam legem ad filios exten-
15 di, & quod cessare debeat † maritalis affectionis præsumptio, vbi amoris filialis concurrit inductio, quibus acce-

accedit Ferrer. *in constit. hac nostra temp. 3. declarat. 13. num. 44. cum plurib. seq. fol. 716.* affirmans contrariorum sententiam sibi displicere, ex quo non parum violar contexturam prædicti textus, potius enim tener ipse ferendum, est vt patri hoc casu censeatur prohibitus vsusfructus, quã quod dispositio annulletur, quod est subtilè; quos non ideo allego quia verum simpliciter dixisse intelligam, licet testui inhæreant, sed vt videatur ex hoc, quam distet donationis huius casus, ab omnibus illis, qui possunt in medium adduci pro extensione dictæ legis.

Ad secundum dic, quod Doctores ita demum pactũ non valere dicunt, per quod efficitur deterior conditio filiorum primi matrimonij, quia præsumitur factũ ex insidijs, & propter secundi mariti præces cæterum vbi aliter res se habeat cessant doctrinæ prædictæ, imo in terminis conclusione positæ per dictos Doctores, adest alia communis in cõtrarium, quæ se habet quod
16 liceat in dotis † constitutione præiudicare filijs primi matrimonij, si aliter mulier maritum non inueniret nisi pacisceret secum de dote lucranda, quam tenuit Cin. *in l. santimus C. de secund nupt.* Castr. *in l. 1. num. 4. de inoffic. testam.* Roland. *de lucr. dot.* qui antiquiores allegat. *quæstion. 24. numer. 9.* Surd. *consil. 91. numer. 24.* Gratian. *discept. 300. num. 2.* Menoch. *cons. 4. numer. 41.* Cancer. *var. resol. lib. 3. capit. 2. num. 197.* Molfes. *ad consuet. par. 3. quæst. 21. & quæst. 22. num. 16. tom. 2.* Dec. *cons. 6. n. 13. vol. 1.* Giurb. *ad consuet. Messan. cap. 8. glos. prim.* Milan. *decis. 13. num. 81. lib. 2.* quos secutus sum in responso pro Antonio Cigala contra Ferdinandum
17 Spinò, lex † enim quantum fieri potest cauere voluit, ne fęminę impediatur nubere, ita vt verum fateár contraria mihi videatur dura.

Ad tertium, patet responsió ex positis in vltimo fundamento, negatiuæ, quam tuemur, dum Fontanellæ doctrinam pro nobis stipulati fuimus, Cancerij & aliorum.

Cæterum si tibi magis placeret prima opinio, essesque rigidus dictæ legis seruator, ad hæc fundamenta respondere posses, quod licet patri nullum quæratur commodum ex donatione ex hac occasione filio facta: quia integra filio acquiratur, & sic cesset eius interesse bursale, vt ita dicam, non per hoc cessat altera ratio, quæ oritur ex secũdi mariti insidijs, cuius est omnibus vijs quærere depressionem filiorũ primi, vt Molfes. post multos, quos allegat probare conatur, in *tertia parte ad consuet. Neapolit. quæst. 11. nu. 5. tit. de success. ex testam.* vbi quamplures adducit, ideo
18 prohibitionem vsusfructus patri factam † non sufficere affirmauit Thesaur. *d. decis. 170. num. 22. & 23.* omnes enim dispositiones viuente viro factæ, semper ex eius instigationibus procedere dicunt Lancellot. Gall. *cons. 18. num. 50.* Mastrill. *d. decision. 175. nu. 19.* & consentit Fontanell. *d. claus. 5. glos. 8. par. 5. num. 10.* maximè
19 quia patri † interest filium locupletiorem habere, nõ solum propter magnam affectionem, quam erga filiũ gerit; sed etiam quia non rectè datur separatio patrimoniorum, inter patrem, & filium, nec fieri vnquam poterit, quin pater non participet ex bonis, dum personæ sunt ita coniunctæ; item quando commoditas; siue fructus fructuum quærerentur.

Et ad personam nurus responderi potest, quod tan-
20 quam veniens † in consequentiam non est attendenda sed respiciendum ad principale matris donantis intentum; maximè, quia sæpius, taliter, quod, raró regula fallax sit, socrus, patum inclinent cum nuru eorum.

Et hæc secunda posset fortè teneri, si mater omne patrimonium donasset huic filio ex secundo matrimonio, inclusis legitimis aliorum, quia ex hoc malus animus detegeretur, qui excluderet causas prædictas: vna enim præsumptio aliam elidit.

Sequeretur modò videre, quid inter hos vtriusq; matrimonij, filios seruandum esset in diuisione bonorum, an forsan sicuti & in coniuge instituto in maiori suma, vel in pari, debeat minus datum filijs primi, assignari filijs secũdi? vel si in pari diuidi præcepta per filius primi legitima? nõ equidem, sed equalis fiet diuisio vt in dicta nostri Regni *decisione* apud Mastrill. 175. seruatum fuit, quidquid esset in terminis victrici, tunc enim si inæqualitas seruata fuisset, adeo vt etiã legitima defraudatus sit filius, id minus deberet ei assignari; diuiso remanente inter filios primi iuxta rigorem *dictæ l. hac edictali,* & sensum litteralem, quem elicit Salic. in *7. quæst.* Trentacinq. *var. resol. cap. 5. num. 34. tit. de matrim. lib. 3.* Molfes. *ad consuet. Neap. par. 3. quæst. 17.* Fontanell. *claus. 5. glos. 8. par. 4. num. 23.* vbi alios refert, sed nõ sequitur, quem tamen multi benè æquidem moderarunt ad integram legitimam, quæ semper habetur pro relicta ad filiorum fauorem. Anton. Gabr. *de secund. nupt. conclus. 4. num. 30.* Cancer. Var. *lib. 3. capit. 2. num. 193.* Fachineus *controuers. lib. 3. cap. 67.* Mainard. *decis. 74. lib. 3. & decisum in Rota* Mohed. *decis. 4. de testam.* Put. *decis. 1. lib. 2.* Fontanell. *qui alias decisiones refert d. loco n. 24 & seq. & num. 30.* fuitque decisum per Sacr. Consil. vt per Theodor. *alleg. 11. in fin.* exclusis in reliquo Victrico eiusq; filijs, vt ne quidem ad portionẽ aliquam admittantur, ita in Victrico Sfort. *cons. 3. vol. 1.* Suid. *cons. 401. num. 7.* Rota *decis. 756. lib. 3. diuers.* Molfes. *d. par. 3. quæst. 15. num. 8.* Fachin. *d. lib. 3. cap. 69.* Fontanella *ibid. num. 81.*

Et in filijs post Marc. Crauet. Oliban. Roland. Pappon. & Molfes. ibidem Fontanel. *ibid. num. 20.* & tunc legitimam prius detrahi affirmat Rouit. *cons. 87. lib. 2.* sin verò æqualiter essent instituti, in hoc sibi nostrates aduersantur egregiè, adeo vt eorum argumentis attentis, qui libet suspensus remaneat quo seuertat.

1 Etenim glossa accursiana in §. *optimè* verbo quippe, Auth. *de nupt.* tenet quod filij primi debeant præcapere legitimam, sibi naturæ iure debitam, & reliquum æque diuidere, iuxta dispositionem legalem inductam odio secundarum nuptiarum.

2 Angel. in d. Authen. *num. 34.* dicens notandam esse hanc Gloss.

3 Bart. in *l. 1. numer. 2. D. de inoffic. dot.* affirmans non imputari in legitimam id quod ex hac lege datur.

4 Castr. ibidem *num. 4.* concludens non imputari, idem *cons. 462. & cons. 348. lib. 2.*

5 Bald. *in d. l. hac edictali, & cons. 22. in fin. & cons. 401 libro 2.*

6 Ancharan. *consil. 291. dub. 2.* dicens non esse ab hac opinione in iudicando recedendum.

7 Raffael Fulgos. *consil. 110. num. 4.* vbi hanc esse magis communem affirmat.

8 Socc. Sen. *cons. 35. numer. 19. libro 4.* vbi de ma-

gis communi testatur.
9 Dec. *cons.245. num.2. vers. vlterius* dicens equalitatem deducta legitima seruandam.
10 Grauett. *consil.142. num.3. & cons.294.*
11 Corn. *cons.118. vol. 1.*
12 Neuizanus *consil.84. num. 20. vers. intantum.*
13 Marcus *decis.23. lib.2.*
14 Roland. *de lucro dotis quæst. 27. per totam*, affirmans non esse ab ea recedendum, tamquam a magis communi, imo ei ad hæredum vti carrocio.
15 Cephal. *cons.412. num.6.* de magis communi.
16 Rimin.Iun. *cons.321. numer.15. & cons. 333. num.3.* vbi dat exemplum vt facilius id percipiatur.
17 Fanuc. *de lucr. dot. §.3. num.43. vers. postremo.* vbi decisum.
18 Sforz. *cons.3. num.32.*
19 Gabr. *tit. de secund. nupt. concl. 5. num.61.*
20 Rota *decis.756. lib.3.*
21 Thesaur. *decis.184. num. 3. & seq.*
22 Mainard. *decis.79. lib.3.*
23 Surd. *decision.169. num.6.*
24 Zuccard. *cons.43. numer.22.*
25 Molfes. *ad consuetud. par.3. quæst.20. num.2.*
26 Merlin. *de legitima lib.2. tit. 2. quæst.18.*
27 Mangil. *de imputat. quæst.7. numer.52.* vbi alios addit pro hac opinione, *& num.56.* vers. at opinionem fol. 44.
28 Facchineus *controuers. lib. 3. cap. 70.* dicens non imputari.

In contrariam sententiam quam plures abiere, ex indefinita locutione dictæ legis moti, quod imo satis ei factum sit per æqualem patrimonij in filios, & virum distributionem, hanc ergo tenere.

1 Bertrand. *in d. l. hac edictali num.26. vers. ista tamen.*
2 Crauetta sibi contrarius *cons.524. num.3.*
3 Addens ad Alex *cons. 158. lib.5.*
4 Cucch. *de legitima, verbo ex substantia numer. 2.*
5 Surd. *cons.422.* quo loci reprehendit Zuccard. & Thesaur.
6 Laderch. *consil.27.*
7 Bursat. *cons.211. num.4. & 5. & cons.212. numer.13.*
8 Capra *cons.74. ad fin.*
9 Alciat. *in l. in quartam ad finem D. d. l. falcid.*
10 Gratian. *disceptat.300. num. 38.*
11 Anton.Fab. *in Cod. lib.5. tit.5. de secund. nupt. definit.6.*
12 Fontanella qui nil resoluit licet hanc postremo referat *clausul.5. glos.8. par.5. n.60. & 61. fol. mihi 130.*
13 Grammat. *cons. 153. in Ciuib.*
14 Theodor. *allegat.11. per totam & num.16.* vbi pluries allegat qui erunt videndi.
15 Scipio Rouit: qui in eodem casu consuluit, & enumerat Doctores *cons. 87. per totum lib. 2.* qui benè discurrit.
16 Caualcan. *decisio.25. numer.59. par.3.*

Horum quam plures loquuntur in terminis statuti cui vt aliquid tribuatur, censeri debet legitimæ derogasse, quod facere potest, dando recompensam Surd. *cons.401.* per tot, & nos alibi in hoc tractatu, & ita se explicat idem Surd. *præcitato cons. 422.*

Fateor quæstionem esse dubiam, ita vt vtraque teneri posset, maximè dum pro secunda stant Faber, & Alciatus quibus multum tribuo, sed durum est in iudicijs contra primam obtinere, quæ habet pro se numerum DD. & pondus rerum iudicatarum pro liberis, & naturali stimulo. Ideo tenendo primam, respondebis ad prædictos, leges citatas nil de debito naturæ disposuisse, ideo semper censeri debet exclusum, quod scimus specialem prouisionem desiderate, cætera vero habes apud Zuccardum, & hęc satis quo ad hanc quęstionem.

Sed quia ex particula *13. nu. fin. antecedentis discursus* huc me remisi super quæstione an in huiusmodi causis, vbi de huius legis dispositione agitur, debeat procedi per viam effectus, vel visione scripturarum libris vt aiunt apertis, tanquam de articulo iuris agatur, an vero intret dissensus ex articulis, seu probationum capitulis oblatis, ideo parum subsisto, existimãs intrare, nec denegari posse probationes, pro qua scio iudicatum pro D. Lugdouico Spatafora contra Marchionem Roccæ.

Quod tamen temperandum puto prout seruatum vidi sępius, vt non ex quibuscumque capitulis, seu articulis hoc conceedatur, sed ex illis tantum, quæ videbit prudens iudex profutura, puta si maritus qui diu in matrimonio vixit, intendat probare ingentia seruitia, extra coniugalem obligationem præstita, per quæ se remuneratione dignum putat, quo casu hæc lex cessaret, vt Fontanell. *clausul.5. glos.8. par.5. nu. 67.* quidquid esset si hæc deficerent puta quia breue tempus intercessisset inter coniugium & mortem, non quod tempus hoc opèretur, sed quia deratò hæc inter coniuges fundari possunt, vt modernè Ferr. affirmat in *constit. hac nostra temp.3. declar.1. numer.263. fol.469.* & alij quos ne alicui molestus sim reticeo alibi tamen habes *in specialibus*.

Expeditus de prædictis deberem quærere, quid dicendum, si vti in officiosa talis donatio ab alijs filijs rescindi peteretur, quam quæstionem, ex quo eam posui in terminis Patris in *secundo speciali sequentis tractationis* non repetam hoc loco, ibi habes omnia, quæ ad vtrumque casum applicari possunt; neque enim commodam diuisionem recipiunt.

TRA-

TRACTATIONES PRIMÆ
DISCVRSVS TERTIVS
PARTICVLA SEXTA.

ARGVMENTVM.

EXTRANEVS donans pro causa matrimonij, an dicatur ob causam donare, & quæ dicatur causa finalis, vel impulsiua in donatione; Dos respectu Patris dotantis, quandoque est lucratiua, Clausulæ ex nunc pro tunc, & constituti effectus traditur: Insinuatio an in donatione pro matrimonio aliquando requiratur: Conditio casualis, quando retrotrahatur quo ad dominium, vel hypothecam: Possessor reuocabilis, quando rem alienat: l. si vnquam C. de reuocand. donat. aliqua traduntur. Extraneus dotans, an possit pauisci de dote reddenda in omni casu? vxor quando possit occupare bona mariti pro dote eo mortuo; & quæ retinere; Causa dotis alienatio an possit per extraneum prohiberi; vel per transuersalem? & quid pro restitutione dotis filij naturalis; Dos data filiæ spuriæ an ad fideicommissum reuertatur; & quid si pro alimentis filij fuisset assignatum prædium: Dos ex perpetuo fideicommisso, quando debeatur. Augmentum dotium, an possit per hæredem extraneum, vel cessionarium peti legatum vnicæ summæ pluribus relictum an debeat diuidi, vel omnibus integrum assignari; legatum pro maritagio an debeatur moniali manenti in domo; Pactum de hæreditate viuentis, quando teneat; & quando iuuet: Extraneus dotans an gaudeat beneficio deducto ne egeat & quo iure.

S V M M A R I V M.

1 *Donatio facta extraneo nubenti occasione matrimonij, an sit ob causam, vel simplex latè discutitur per sequentes.*

2 *Causa impulsiua, & finalis, quæ sint discutitur curiosè, & num. 12.*

3 *Finalis vltima in executione, est tamen prima intentione.*

4 *Causa matrimonij semper dicitur finalis, quando agitur de certo matrimonio.*

5 *Donatio quoties vltra donatarij personam contemplatur beneficium tertij, dicitur ob causam.*

6 *Est ob causam quoties matrimonium, & non aliud fuit illius causa motiua.*

7 *Ob causam dicitur illa, cuius causa obligat donantem, vel eius commodum respicit.*

8 *Dos respectu extranei dotantis est donatio lucratiua, licet respectu recipientis semper sit onerosa.*

9 *Respectu patris, quando sit donatio lucratiua.*

10 *Extraneus donans contemplatione matrimonij, dicitur ex causa lucratiua donare.*

11 *Dos ab extraneo data, penes mulierem dicitur stare titulo lucratiuo, & penes maritum oneroso.*

12 *Causa alia est finalis respectu intentionis, alia respectu actus.*

13 *Exceptio possessionis ex causa anteriori, & pariter priuilegiata admittitur contra executionem pro censu.*

14 *Clausula ex nunc, pro tunc, & constitutum, an transferant dominium in contractu conditionali, & numero 24.*

15 *Insinuatione deficiente donatio est ad eo inualida, vt bona possint à donatore alteri obligari.*

16 *Possessio, vel dominium ex actu nullo non trasfertur, quando lex resistit, nisi ad traditionem sit deuentum, quod limita, vt statim.*

17 *Insinuatio non requiritur in donatione contemplatione matrimonij intellige vt statim.*

18 *Requiritur in donatione ob causam, in eo quod est vltra causam, ideo in donatione extranei necesse est: vt interueniat.*

19 *Dominium ex actu conditionali non transfertur.*

20 *Conditio casualis impleta retrotrahitur ad tempus contractus, intellige, quo ad hypothecam, non quo ad dominium.*

21 *Constituti, ex nunc pro tunc clausulæ non operantur in contractu conditionalr.*

22 *Ludouici de Blaschis Regij Consiliarij in allegationibus martiuorum mentio.*

23 *Dominium in contractu conditionali purè transferri potest ex partium conuentione, & exemplum adducitur.*

24 *Donatio conditionalis an ex clausula ex nunc, pro tunc efficiatur, pura, quo ad dominium.*

25 *Donans potest obligare bona donata ex causa antecedente actum donationis, quando sibi reseruauit in vita administrationem.*

26 *Debitori satis est fauorabile assignare censum pro eo, quod debet, ne eius bona distrahantur.*

27 *Possessor reuocabilis sub pacto de reuendendo potest agnoscere credita super re legitimè debita, & pro eis subiugare.*

28 *Census dicitur quandoque anterius altero respectu causæ, licet in data sit posterior.*

29 *Donatarius, & creditor posterior ex causa onerosa, quando præferatur anteriori ex lucratiua.*

30 *Donatio ob matrimonium ab extraneo facta subest l. si vnquam C. de reuocand. don. sicuti, & illa ex causa dotis, & quid matrimonio durante vide numero 34.*

31 *Videtur non posse reuocari ex d. l. quia videtur de liberis cogitatum, sed intellige, vt num. 33.*

32 *Dispositio l. si vnquam non habet locum, vbi verisimiliter fuit cogitatum de liberis.*

33 *Cogitatio de liberis, quomodo intelligatur, an de proprijs, an verò de alienis.*

35 *Culpam dicitur committere, qui non reparat damnum, quod videt posse euenire.*

36 *Extraneus donans legem dicit, quam vult liberalitati sua, dummodo antequam perficiatur id faciat.*

37 *Dotator potest sibi in quocunque casu dotem expresse stipulare.*

38 *Stipulatio dotis reddendæ, semper restringitur ad casum mortis mulieris, quod limita, vt ibi.*

39 *Dominium rerum dotalium, quomodo dicatur penes virum, & penes mulierem, vide bonam distinctionem.*

40 *Text. in l. in rebus 30. Cod. de iure dotium, non habet locum vbi adest dotator extraneus, & numer. 50.*

41 *Pactum vel onus in dote impeditiuum secundarum nuptiarum non tenet.*

42 *Retentionis titulus sufficit ad impediendam creditorum executionem ex parte vxoris.*

43 *Vxor non potest ingredi res dotales mortuo viro, stante statuto possessionis continuatiuo.*

44 *Possessio de consensu hæredis dicitur capta sine vitio.*

45 *Tertius excipiens de dominio, & possessione, deeisque docens in continenti, quando executionem impediat.*

46 *Dos confessa in contractu assecurationis, non nocet creditoribus, nec fideicommisso, sed tantum confitenti eiusque hæredibus.*

47 *Possessio probatur per instrumenta locationum cum perceptione fructuum.*

48 *Creditor iudicium executiuum tenetur dirigere contra possessorem non attento, an iustè possideat intellige, vt statim.*

49 *Exceptio, quæ agentem non releuat, non debet admitti.*

51 *Dominium dotis profectitiæ an vnquam mulieri quæratur, & quis agat reiuendicatoria pater an filia.*

52 *Extraneus potest expressè paciscendo, dotem sibi in quolibet casu stipulare, sed non vt remaneat penes virum, & num. 59.*

53 *Consuetudo martini non procedit, ubi morte Viri fuerit solutum matrimonium.*

Non

54 *Non habet locum stante pacto expresso, quod non remaneat penes patrem, vel quando ex pacto potest mulier disponere.*

55 *Retentio cessat, vbi nullum ius adest retinendi, puta deficiente dominio, vel hypotheca.*

56 *Non conceditur mulieri nisi respectu rerum in domo existentium tempore mortis viri, in quibus insistit.*

57 *Vxor opponens se vt tertia contra creditores viri debet docere de actuali possessione, vel de hypotheca, & constituto.*

58 *Dotis restitutio plenaria potest iterum peti soluto matrimonio, quando in vita mulier fuit assecurata computatis habitis, quae extant.*

60 *Alienationis prohibitio in causam dotis, an indistinctè ab extraneo vinculante fieri possit.*

61 *Transuersalis consentiens in matrimonium sui transuersalis, censetur permisisse alienationem pro eius dote, quod intellige, vt infra.*

62 *Alienatio ex causa dotis de bonis fideicommisso subiectis permittitur ex causa publicae vtilitatis secundum aliquos.*

63 *Libertas disponendi de rebus proprijs ad libitum ex naturali iure procedit.*

64 *Fauorabilior est causa dotis.*

65 *Alienatio fideicommissorum ob dotes, procedit ex obligatione dotandi, & non ex publica vtilitate.*

65 *Auth. res. C. com. deleg. an aeque procedat in constitutione, & restitutione dotis.*

66 *Non procedit in fideicommisso instituto à transuersali, vel à penitus extraneo.*

67 *An procedat supra portione legitimae filijs debitam, & quid si illam sibi filius consumpsisset.*

68 *Non habet locum, quando legitima non debetur.*

69 *Prohibitio alienationis ex causa dotis, an teneat in cõtractu facta; distinguitur inter eam, quae fit à patre, & quae ab extraneo latè.*

70 *Fideicommissum, & alienationis prohibitio continent expressam voluntatem disponentis contra alienationem, quae tacitè proponenda est.*

71 *Petrus Luna, & Mastrill. in praeposita specie reprobantur.*

72 *Feudalia an possint pro dotibus transuersalium alienari, distingue vt ibi.*

73 *Collateralis in Regno habet successoret in feudo.*

74 *Bona fideicommisso subiecta, an possint alienari pro dote recepta à filio naturali, latè examinatur.*

75 *Possunt alienari pro dote filiae spuriae ad modum alimentorum, & pro alimentis filij naturalis.*

76 *Dos data filiae spuriae ea mortua, an redeat ad fideicommissum pro, & contra num. 88.*

77 *Fideicommissum alienatur pro ex expensis factis in studio, tam filij legitimi, quam naturalis.*

78 *Filius naturalis extraneus quod omnia habetur, vltra alimenta de iure canonico indulta.*

79 *Extraneus, quis dicatur de iure.*

80 *Naturales filij deterioris conditionis sunt respectu parentis, quam extranei.*

81 *Filius quoties ex aliquo accidenti extraneus fit, non habet respectu ipsius locum Auth. resque Cod. com. deleg.*

82 *Auth. res. an procedat ad fauorem legitimatorum, tam in constituenda, quam in restituenda affirmatiuè resoluitur.*

83 *Legitimatus tamquam effectus, quo ad omnia legitimus, in omnibus ad paria iudicatur cum legitimis.*

84 *Naturales, quare non possint iuuari dispositione Auth. resque.*

85 *Pater quidquid relinquit filio naturali est voluntarium supra alimenta, ac ideo potest onerari in huiusmodi relictis.*

86 *Dos danda filiae spuriae, quomodo arbitrari possit.*

87 *Bona fideicommisso subiecta pro causa alimentorum, alienantur in defectum fructuum ad alendum non sufficientium, quod amplia, vt statim.*

89 *Filio spurio potest assignari praedium pro alimentis, sed an eo mortuo redeat ad haeredes patris.*

90 *Auus naturalis an indistinctè ad alimenta teneatur.*

91 *Patris obligatio alendi filios est primaria, postea aui.*

92 *Alendi obligatio est subsidiaria alimentario non habente aliunde.*

93 *P. Molfes. sententia in cons. 29. n. 6. post 2. p. ad consuet. refellitur.*

94 *Vita militia, vel alimenta, an competant filio naturali, super feudo ex pacto.*

95 *Testator permittens alienationem pro dote constituenda, an censeatur, etiam permisisse pro restituenda.*

96 *Exceptio firmat regulam in non exceptis.*

97 *Omissum habetur pro omisso, vbi agitur de supplendo aliquid contra id quod expressum est, & post numero 104.*

98 *Alienatione prohibita ex causa pia censetur prohibita etiam dos.*

99 *Alienandi permissio facta Titio nominatim, in fideicõmisso dilaturo censetur personalis.*

100 *Interpretatio testamenti elicitur ex lastra totius.*

101 *Vna pars testamenti dubia declaratur ex alia clara, in specie de qua est quaestio.*

102 *Interpretatio, quę colligitur ex scripturis vicinis est magis certa.*

103 *Particula in medio posita explicatur ex duabus extremis.*

104 *Dispositio relata ad tempus mortis instituti sufficit, quod habeat tunc effectum, quidquid postea contingat.*

105 *Conditionum initia prima existentiae spectantur.*

106 *Dos ex perpetuo fideicommisso ab extraneo constituto, quomodo debeatur filijs grauati, latè discutitur.*

107 *Augmentum dotium ex fideicommisso debitarum, non potest peti per haeredes extraneos, vel cessionarios mulieris, & nu. seq.*

108 *Sententia lata ad fauorem mulieris contra fideicommissum pro dote, an possit exequi per haeredem extraneum.*

109 *Dos mutua filia, vel alia, sine filijs an redeat ad fideicommissum, si illud sit perpetuum in fauorem familiae.*

110 *Consuetudo familiarũ circa dotes dandas attendenda est & circa successionem.*

111 *Legatum factam pluribus de vnica re, vel summa, intelligitur factum in viriles, non vt quilibet haberet eandem summam.*

Fru-

112 *Fructus dicuntur deductis expensis, & oneribus.*
113 *Alimenta hæredis grauati, veniunt appellatione onerum super fideicommisso debitorum.*
114 *Legatum factum pro maritagio, non debetur eligentibus, moniales fieri tertij ordinis S. Francisci.*
115 *Est conditionale si nubat, quando relinquitur per eum, qui non tenetur ad legitimam.*
116 *Bona fideicommisso subiecta pro dote, ita demum alienantur pro dote, si mulier maritetur cum effectu.*
117 *Mulier cui assignata fuit dos ex fideicommisso subiectis, si decedat ante nuptias, hæredes tenentur dotis occasione habita restituere.*
118 *Pactum de hæreditate viuentis affirmatiuum, non validatur iuramento.*
119 *Matrimonij fauor roborat pactum negatiuum super hæreditate viuentis non affirmatiuum.*
120 *Pacto potest quis aliena successione se priuare.*
121 *Hæreditas, quæ non est in statu adeundi non potest renunciari, quod intellige, vt statim.*
122 *Potest renunciari, stanta conditione subintellecta, si, & quatenus deuoluatur.*
123 *Renunciata, delata quod erit, censetur adita, & cessa donatario, vel renunciatario.*
124 *Pactum generale de hæreditatibus viuẽtium sustinetur propter incertitudinem.*
125 *Hæreditas certi hominis potest in pactum deduci, in necessitatem præcedentis contractus, & datur exemplum in matrimonio.*
126 *Consensus eius, de cuius hæreditate agitur præsentiam.*
127 *Renunciatio quando sit reales, vel personales.*
128 *Donans extraneus gaudet beneficio ne egeat.*
129 *Exceptio beneficij ne egeat impedit ritus executionem.*

CLaudendo demum hanc primam tractationem, quæ ius personarum continet vltimo loco de donationibus, quæ inter extraneos huius occasione fiunt perquirendum est, in quibus terminis sequentes, occurrunt, quæstiones. Primo an simplex sit, an uerò ob causam indeque, an debeat insinuari; an reuoce per *l. si vnquam C. de reuocand. donat.*

Secundo an possit ab extraneo opponi pactum, ut pro dotis causa non alienentur, & quid pro dot ipsius mulieris nubentis, & de alijs pactis ad præiudicium donatarij.

Tertio, an frater occasione matrimonij alterius fratris possit ei renunciare portionem hæreditatis patris eo uiuente.

quo ad primum uidetur, quod donatio facta ab
1 extraneo alicui nubenti occasione † matrimonij sit
ob causam, primo, quia cum † causa alia sit finalis,
2 alia impulsiua, & finalis illa sit ad quam actus geritur, impulsiua uerò, per quam, donatio hæc ex eo apparet causam finalem habere, quia eius est finis matrimonij contractus, quæ quidem causa dicitur finalis, & prima omnium causarum, ut ait D. Thom. *part. 5. quest. 1. art. 2.* Nauar. *in cap. inter verbæ n. quæst. 3. corollar. 4. fol. 84.* Couarr. *variar. resol. cap. 20. num. 2. lib.*
3 2. licet enim † sit ultima in executione, unde finalis dicitur, est tamen prima in intentione ut in inquit D. Thomas *ibi in dicta quest. 1. art. 1. ad primum, & art. 4. & quest. 18. artic. 6. ad secundum, & quest. 20. art. 1. ad secundum* Rodulphus Agricola *lib. 1. dialectica inuent.*
4 *cap. 14.* quod causa matrimonij semper † sit finalis tenuerunt Becc. *consi. 20. num. 18.* Neuizan. *consil. 45. num. 26. & sequentibus* Bombin. *cons. 61. numer. 16. & sequent.* Bertazol *consil. 28. num. 52. & 53. in ciuilibus* Surd. *consil. 164. num. 30. & consil. 196. num. 15.* Milan. *decis. 1. num. 164. lib. 1.* Castill. *decis. 106. numer. 13.* Fontaneil. *claus. 4. gloss. 1. num. 14.* post Cancer. *libr. 1. cap. 8. num. 61.* & Monter. *decis. 10. num. 14.* qui indistinctè hoc affirmant in omni persona donante, dummodo fiat pro certo, & determinato matrimonio, & non in genere pro omni matrimonio, vt conatur conciliare contrarios Fontanella ibi late, quem alibi secuti sumus Molin. de *ritu nupt. lib. 3. quæst. 12.* quam plures quæ alij per me adducti in responso pro meo nepote contra Franciscum Sismundo Michaelis, addo Gratian. *disceptat. 984. numer. 23. & sequentibus folio 543. tom. 5.* post hæc visum qui prædictos sequitur.

5 Secundo, quia quoties donatio † fit in vtilitatem alicuius tertij, dicitur ob causam, etiam quod respectu donatarij esset simplex propter commodum, quod inde tertio resultat, vt per textum *in l. 2. §. finali D. de donat.* & alios firmat Tiraquell. in *tractat. cessante causa numer. 52.* Natta in terminis *consil. 609. num. 13.* Roland. Aualle *consil. 44. num. 21.* Francis. de Albergot. *consil. 52.* incipit Albertus *inter consil. vlt. volunt. vol. 1.* Onofrius Bartolinus *consilio 82. num. 5. eodem volum.* Barbos. *in leg. 1. num. 41. in 7. part. D. solut. matrim.* quos sequitur Fontanella *claus. 4. glos. 1. num. 32.* Molinus, & ceteri supra citati, & vltra in specie Surd. *consil. 143. num. 33. & 34.* Stephan. Gratianus *disceptat. 924. num. 14. fol. 350. tom. 5.*

9 Tertio quando alia causa † non potuit impellere donantem, nisi vt donatarius matrimonium cum certa aliqua persona contraheret tunc matrimonium diceretur causa finalis, vt ait Decius *consil. 238. primò non videtur numer. 2. versicul. quia in casu isto col. 2.* vbi declarat consilium Oldradi Becc. *dicto loco numer. 20. & seq.* Surd. *consil. 361. in fine* Viu. *decis. 257.* Menoch. *consil. 261. num. 14.* Franch. *decis. 436. numer. 4.* Cardin. Mantica *de tacit. & ambig. lib. 13. tit. 4. num. 1.* Regens de Ponte *cons. 80. numer. 13. lib. 1.* & punctualiter Grat. vt dixi supra post hæc visus *discept. 924. nu. 30. fol. 351.* Molin. *de ritu nupt. lib. 3. dicta quæst. 12. num. 14.* at nulla causa potest mouere extraneum ut donet, nisi illa matrimonij ad differentiam patris, quem affectio paternalis potuit impellere, ergo donatio hæc ob causam respectu extranei dicenda est.

Et ita in terminis donationis factæ per fratrem cõtemplatione matrimonij, quem inter extraneos numerari, nemo negat, firmat Staiban. *consil. 54. num. 1. & 4. in fi.*

Contrà uerò quod imò simplex sit donatio respectu extranei donantis, facit primo regula illa, quam inconcussam nostrates appellant, ad cognoscendum
7 donationem sit ne ob causam † vel simplex an videlicet causa concernat commodum donantis, an donatarij, vt prima sit ob causam, secunda vero simplex, quæ elicitur ex textu *in l. titio centum 70. in principi D. de condit. & demonstrat. & lib. 2. §. fin. de donat. & in l. si*

mulier

mulier 25. C. de iure dot. vbi hoc Bart. adnotauit Cravetta consil. 85. num. 2. & 136. numer. 1. & 301. num. 1. Dec. in auth. ex testamento C. de collat. Tiraquellus in l. si vnquam verbo donatione largitus 124. C. de reuocand. donat. & in tract. cessant. caus. limit. 1. num. 52. alij allati per Roland. consil. 44. num. 2. vol. 4. Catoc. decis. 86. nu. 21. Fontanell. dicta claus. 4. glos. 1. num. 26. dicens hoc fortiter obstare prædictis, quibus addendi sunt alij per me adducti hac ead. tract. discurs. 2. partic. 16. numer. 16.

Secundo quia, tunc dicitur quis ex causa donare, quando causa est necessaria, obligans donantem aliquo naturali vel ciuili vinculo, vt ait Angelus in l. sed & hoc D. de re iudicata Iason in leg. inter eos eodem titulo Io. Faber, & Ioannes de Plat. in §. præterea instit. de action. Dec. in auth. ex testamento C. de collat. Tiraquell. in d. l. si vnquam dicto verbo donatione largitus nu. 124. Decianus respons. 3. nu. 13. vol. 1. Fontanella ibid. nu. 27. & nos alibi pluries, at nulla causa potest obligare extraneum, vt donet ex hac causa extraneo, vt nubat ergo, &c.

8 Tertio quia in terminis dotis † certum est donationem ex dicta causa factam respectu extranei simplicem esse, quidquid sit respectu mariti, dotem percipientis vt distingunt Alex. consil. 71. col. 1. lib. 4. Ias. consil. 171. col. 2. & 5. lib. 4. Baeza de dote c. 34. numer. 4. Grat. discept. 504. n. 8. Azeb. in l. 3. n. 8. & seq. tit. 8. de las herencias lib. 5. fol. 252. Gomez in l. 22. Thauri num. 12. Ceuall. com. contr. commun. quæst. 73. nu. 3. Gratian. disceptat. 53. num. 12. vbi reprobat Pinellum contra sententiem, quod imo dicatur donatio lucratiua respectu filiæ, habentis dotem à patre, quem sequitur idemmet Gratian. in tom. 3. disceptation. 472. numer. 12. fol. 178. vbi ex hoc firmat, quod quatenus dotis datio à patre

9 facta excedit causam, dicitur simplex donatio, causam verò intelligit illam quæ ad legitimam regulatur, idem etiam post hæc scripta inueni tenere Fontanella claus. 5. gloss. 8. part. 3. num. 7. & gloss. 10. par. p. num. 3. allegat Natt. consil. 90. Barbos. in l. 2. part. 1. in principio num. 168. vers. sed pro vera, & nos discurs. 2. partic. 10. num. 53. vers. imò etiam.

Cum enim non possit prætendi istam donationem dote fauorabiliorem esse, vt notat Tiraquell. in leg. si vnquam, verbo donatione largitus nu. 244. in fine C. de reuocand. donation. sequitur quod eodem modo dici debeat simplex, sicuti dos ipsa, quando ab extraneo datur.

10 Vnde in terminis quod respectu † extranei, qui dotare, non tenetur, hæc donatio sit simplex, tenuerunt Cranetta consil. 85. Tiraquell. in dict. verbo donatione largitus nu. 145. Ripa quæstion. 13. quos sequitur Decian. respons. 72. num. 29. Bardellon. consil. 110. num. 32. & decisum in Rota pænes Pieum ad statuta Vrbis decis. 22. & decis. 114. pænes Pacificum de Saluiano interdicto, & in alia Romana rescissionis contractus nono Decembris 1608. & 17. Iunij 1609. coram Coccino sequitur addictio ad Ludouis. decis. 491. num. 13. Grat. discept. 474. num. 29. vbi ter decisum testatur in Rota: quos cum alijs aliquando secutus sum pro Hectore Ansalone contra D. Franciscum Ioenio, & Platamone V. I. D. & iuxta quos in dicta causa vidi in pluribus instantijs decisum in terminis insinuationis, vt infra trademus.

His ità constitutis, ità refelli possent contraria ad primum videlicet, quod illa procedant respectus actus, & non personarum, licet enim matrimonium sit causa finalis donationis, quatenus ad illum finem fit; attamen respectu personarum, idest donantis, non est finalis, quia sua intentio principaliter est donationem perficere, idest vt bona fiant donatarij; licet illa subsequenter seruire habeant pro contrahendo per donatarium matrimonio, respectu cuius potest esse finalis, prout dicimus, quod dos data ab ex-

11 traneo, † penes mulierem stet titulo lucratiuo, & penes maritum titulo oneroso, l. pro oneribus D. de iure dot. Lupus in cap. per vestras §. 22. not. 3. num. 7. Ruin. consil. 104. num. 2. col. 4. post med. vers. hinc est quod apud maritum lib. 1. Ias. in §. item si quis in fraudem n. 30. inst. de act. Dec. consil. 259. queritur breuiter col. 1. idem consil. 67. circa propositam col. 2. vbi ampliat ad lucrum dotis Ceuall. d. q. 73. num. 5. Gratian. d. disc. 53. nu. 12. potest enim esse, quod causa respectu vnius sit finalis, respectu alterius minime sit talis, & subsequenter quod respectu vnius sit simplex, respectu verò alterius ob causam.

Secundo respondetur quod in terminis donationis, an simplex sit, an ob eausam non respicimus, an

12 causa sit finalis † respectu intentionis, sed inspicimus an donans aliqua ratione vel causa tenebatur, & sic eausam efficientem, respicientem donantis personam, & non causam finalem respectu actus an propter aliquem finem factum fuerit, vt in terminis fratris donantis loquitur Gabriel consil. 57. num. 10. libr. 2.

Ad secundam conclusionem respondetur, quod est in se vera, eo sensu nè possit reuocari, vel in aliquo ei derogari, ex quo habet implicitum interesse tertij, sed non sequitur quod sit causa necessaria respectu donantis, ex quo alia persona interuenit, quia illius interuentus non alterat donationem, nisi ad illum effectum reuocationis, esto mille personæ interuenirent, ea ratione quod non augent, nec minuunt causam in donante.

Ad tertium patet responsum ex prædictis dum firmatum est hoc inspici debere, an causa sit finalis respectu donantis, vt ab aliquo vinculo, vel obligatione se soluat; hinc omnes doctores supra relati, qui tenēt hanc donationem ob eausam esse, expresè loquuntur in terminis patris respectu filij, vel matris, quando pater non habebat in bonis, quid verò dicendum sit respectu extranei non aperiunt, vt est videre per Bec. dicto consil. 20. ex cuius lectura satis patet hanc opinionem respectu extranei veriorem esse & contrariam sustentari non posse, & sic ex lectura aliorum nec facit Staibanus d. consil. 58. quia ipse ibi non intendit firmare donationem illam esse ex causa, ex eo quod est facta ex causa matrimonij, sed quia erat etiam remuneratoria, non debebat insinuari, & ad hoc citat Gabrielem idèm tenentem in omni donatione ex causa; ea ratione quod est quædam species compensationis, vt diximus in responso pro Capitaneo Alonso de Heredia nobili Hispano contra Don Ioannem Ratteo, & tractat Octau. Corset. consil. 29. & Peregr. consil. 76. num. 33. lib. 1.

Porrò si magis placeret prima, quam reuera nec iudicando, nec consulendo vidi nunquam receptam: posset respenderi ad fundamenta secundæ opinionis, hoc

Sed nos ſumus in caſu, vbi tempore licito fit donatio, & dos non efficitur deterioris conditionis, ſed in alium alienatur, qui eſt ſatis diuerſus vt dixi.

Ideo omnes allegati per Molinum in dictis locis, loquuntur in pacto de lucranda dote, & in ſtipulatione de dote reddenda facta alteri, qui ſunt eaſus ſatis diuerſi à noſtro quem præpoſuimus, vt oſtenſum eſt pluribus argumentis.

Tenendo hanc ſecundam, ampliarem eam primo; ſi fuerit donatum dodarium vel alia lucra nuptialia quia in his ceſſat omnis ſcrupulus, cum indubitati iuris ſit
31 mulierem † poſſe eorum cōditionem deteriorem reddere, imo ſe illis in totum priuare, vt probat Theſaur. *deciſion.* 223. *numer.* 14. de augmento loquens facto a marito, quod dodario correſpondet, ſecundum quam bis deciſum refert Fontanell. *de pact. clauſ.* 7. *gloſ.* 1. *par.* 2. *a num.* 15. ea ratione quia mulier hoc caſu ageret de lucro, & filius vel eredītor de damno Ioſeph Ramon. *conſ.* 96. *numer.* 11. *verſ. diſputans, & numer.* 14. idem Fontanell. *dict. clauſ.* 7. *gloſ.* 2. *par.* 6. *num.* 41. inferentes mulierem neque ſub prætextu læſionis, poſſe reſcindere alienationem, vel obligationem de lucris nuptialibus factam, quia ex eorum defectu non dicitur remanere indotata, facit Gratian *diſceptat.* 224. *numer.* 59. & 95.

Neque obſtat quod contrarium ex multis firmet Giurba *ad conſuetud. Meſſan. cap.* 13. *gloſ.* 2. *num.* 21. *fol.* 690. quia intelligi debet iuxta doctores, quos allegat, qui loquuntur quando in contractu dotali datur dilatio viro ad ſoluendum dotem, & dodarium, nam tunc non valebit quo ad vtrumque non quia reſpectu dotarij nulla ſit, neque enim lex aliqua adhoc induci poteſt, ex toto titulo de pactis dotalibus, ſed quia vt ait Molfeſ. *ad conſuet. Neapol. tit.* 8. *quæſt.* 7. *num.* 2. *tom.* 2. hæc pacta nunquam ſunt voluntariè facta, ſed ſemper eum metu vel ſaltem ob timorem, ne ob hæc pacta neganda matrimonia impedirentur, quod mulieribus grauius eſt omni alio tormento, appetunt enim ardentet viros ſicuti pondus centrum, & materia formam.

Declaranda tamen eſt hæc opinio, ne procedat,
32 quando mater † omnia donaſſet; nam tunc forſan reuocaretur ad condecens bonorum ſubſidium, neque enim putant aliqui hanc donationem adeo fauorabilem eſſe, vt eius gratia poſſint omnia bona donari abſque quo incurratur in nullitatem vt colligitur ex *l. ſtipulatio hoc modo concepta, vbi Doctores D. de verb. oblig.* de quo an verum ſit latè habes *in tractatione ſequenti partic.* 1. vbi diſcutitur an illa donatio ſicut, & reliquę ſubiaceant diſpoſitioni prædictæ, adeo, vt reuocetur in totum, vel quo ad bona futura tantum, vel quo ad iura, & actiones.

Iuxta hæc non eſt omittenda quæſtio, quam vidi de facto agitari, mater donauerat filio nubenti per verba de futuro magnam partem ſuarum dotium ex die contracti matrimonij, ex nunc pro tunc; pacto quod maritus poſſet apponere vincula, & ſubſtitutiones, ſibi beneuiſas ſuper ſucceſſione bonorum donatorum inter poſteros ipſius donatarij, quod pactum validum eſt, ac ſi donans diſponeret ex ijs quæ tradit Surd. *conſil.* 29. *num.* 3. & Ferrer. *ad conſtit. impub. gloſ.* 1. *nu.* 359. Grat. *diſceptat.* 553. Caſtill. *deciſ.* 239. *ante num.* 1. & *num.* 2. vbi allegat Giurba *ad conſuet. Meſſ. cap.* 2. *gloſ.* 12. *num.* 32 euenit quod ante contractum matrimonium per verba de præſenti, vir cæpit vergere ad inopiam, & fuit locus reſtitutioni dotis, qua propter mulier obtinuit, vt cogeretur maritus dotes ei reſtituere; prout de fa-
33 cto fuerunt ei reſtituta, cum † clauſulis translatiuis dominij, & cum omnibus iuribus ſuis, prout eſſe de ſtilo huius Regni teſtatur Marius Giurba *deciſ.* 24. & 26. & *ad conſuetud. cap.* 15. *gloſ.* 2. *num.* 4. & *cap* 13. *gloſ.* 3. *fol.* 697. mortuo marito nulla facta diſpoſitione, vel declaratione iuxta poteſtatem ei attributam, quęrebatur, an vxor cui dotes reſtitutæ fuerant cum iuri-
34 bus ſuis, † potuiſſet vincula prædicta apponere, & declarare modum ſuccedendi iam dictum, quaſi cum aliis iuribus redijſſet ad eam facultas illa, quam conceſſerat viro.

35 Et primo aſpectu videbatur dicendum † facultatem illam, quæ ex pacto competebat, veniſſe in generali iurium ceſſione, cum etiam in hæredem tranſiiſſet vt deducit Lupus *in cap. per veſtras* §. 62. *de donat. inter vir.* & *vxor.* qui diuerſificat inter facultatem deſcendentē ex pacto, & illam, quæ venit iure hæreditario, vel vniuerſali, ex pacto autem videbatur competere, dum hæc reſeruatio erat facta in contractu inter viuos ad inſtar cuiuſcumque reſeruationis quantitatis, quæ ad hæredes donantis tranſit, abſque noua diſpoſitione, vt meminimus dixiſſe *in ſecundo diſcurſu primæ tractationis particula* 2. *à num.* 21.

36 Fortius dum ſola executio † ſeu exercitium viro fuit commiſſum, quod ad hæredes tranſit iuxta diſtinctionem Iaſ. *in l. poſt dotem num.* 49. & 50. *D. ſolut. matrim.* adducentis text. *in l. fin. D. qui ſine manumiſſ. ad libert. peruen.* quæ conſiderantur in caſu pęne ſimili per Theſaur. Iun. *in lib.* 1. *quæſt. forenſ. quæſt.* 49. quem ſequuntur Deſpuiol. ad Mieres *in conſtitut. hac noſtra num.* 180. Molin. *de ritu nupt. lib.* 3. *quæſt.* 64. *numer.* 9. quę opinio placet etiam Fontanel. *de pact. nuptialib. clauſ.* 7. *gloſſ.* 1. *part.* 1. *numer.* 45. addo Card. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 2. *tit.* 1. *nu.* 42. vbi dat rationem ſatis fundatam; quod cum contractus tali caſu cenſeatur factus ſub conditione, nil impedit, quin talis conditio ad hęredes tranſeat, & quod poſtmodo impleatur *S. ex conditionali inſtit. de verb. obligat. gloſ. in l. is cui in verbo creditorē D. de verbor. obligat.* nec mirum eſt hanc facultatem ex cōditionali contractu deſcendentem ad hęredes tranſire, cum etiam ad ſingularem ſucceſſorem tranſeat, ſi ad fauorem rei adiecta eſt; caſus eſt, & ibi poſt Iacobum Aren. notat Bald. *in l. ſi ſic legatum* §. *vltimo de legat.* 1. quem extollit Roman. *in l. ſi filiofamilias* §. *ſi vir numer.* 33. *D. ſolut. matrim.*

Contra verò quod facultas illa ſeu arbitrium conceſſum viro, non tranſierit in vxorem cum dotis reſtitutione; verius exiſtimaui, ea motus ratione, quia ius illud perſonale erat, fuerat enim perſonæ induſtria electa, quæ ad hęredes non tranſmittitur, & fortius non venit in generali ceſſione iurium, dum neque in ſpecie potuiſſet alteri committi, vel cedi, donatio enim reſpectu filij fuit puta, & reſpectu deſcendentium, quos pariter donatarios ſæpius vocanimus ex Gratian. *diſcept.* 554. Giurb. *deciſion.* 108. *num.* 19. & mille vulgaribus, fuit conditionalis ſi maritus voluiſſet eos inuitare, & in quibus portionibus, quos non prohibeatur præterire, etiam omninò, neque enim vxor voluit vt omni caſu vincula, & vocationes adijceret, ſed ſi ei videbitur, hoc

hoc enim dixisse videtur dum facultatem liberam ei tradidit, vt in puncto, de quo agitur decidit Guid. Pap. *decis.* 505, *factum est pactum* Dec. *cons.* 578. *num.* 11. Tiraquell. *de primog. quæst.* 65. *num.* 3. *&* 4. quos refert & sequitur Card. Mantic. *d. lib.* 2. *tit.* 1. *num.* 22.

Augebatur ratio in casu, de quo quærebatur dum vir vxori superuixit, cui dum viuebat, integrum erat declarare atque ea quæ facienda erãt perficere, quo in casu non solum defectu potestatis, sed etiam voluntatis dicendum erat, hoc ius declarandi translatum non fuisse inter alia iura cessa, quæ alio tendebant quam ad includendum hoc Ius, cum potius de iuribus doti cohærentibus ibi actum fuerit, hæc autem extra dotem erant tanquam ab alienata.

Non obstant contraria, quia Doctores allegati loquuntur in electione facienda, quæ ex pacto descendit, reseruata ipsi contrahenti; ac ideo dicunt, ad hæredes
transire; quia Ius eligendi transit tamquam quoddam
37 exercitium rei, iam in esse deductæ, ideo † eligens nil
confert, sed electus habet à mandante electionem fieri *l. vnum ex familia* 97. §. 1. *de delegat.* 2. ibi *quid enim de suo videtur reliquisse, qui quicquid reliquit omnino reddere debuit?* iuncto principio ibi *perinde omnia seruabuntur, ac si nominatim ei, qui postea electus est, primo testamento fideicommissum fuisset relictum, non enim facultas necessaria electionis propria liberalitatis beneficium est.*

Dicitur enim habere nudum ministerium, & nil de suo præstare *d. l. vnum ex familia* 67. §. *sed si fundum*, vbi Segura *num.* 184. Caldas Pereir. *de emph. part.* 3. *de potest. eligend. cap.* 4. *&* *cap.* 16. *num.* 3. & Fusar. qui mille allegat *quæst.* 5. 1. 1. *à numer.* 5. *tract. de fideicomm.* qui secus affirmat vbi eligens grauatur eligere, quem ipse malit, nam tunc electus habet ab eligente; vnde & super bonis ei obuentis grauari potest, vti dicam alibi latius, addo tantummodo Anton. Faber. *de error. decad.* 53. *error.* 6. *tom.* 3. Ferrer. *ad constit. hac nostra temp.* 3. *declarat.* 2. *numer.* 58.

Sed in casu isto declaratio illa erat collata in arbitriũ
tertij, qui poterat non solum vno modo declarare, &
alio non, sed etiam non declarare; ideoque dicitur ius
38 † merè personale, in quo erat collatum non exerci-
tium solum, sed substantia dispositionis, vt tenet Ste-
phan. Gratia. *discept.* 444. Rimin. Iun. *cons.* 591. *num.*
12. nec negant contrarij; dum vtuntur Iasonis distin-
ctione iam relata.
39 Iura enim † merè personalia nec transmissibilia nec
cessibilia sunt Marta *de success. par.* 3. *quæst.* 1. *art.* 2. *nu.* 21. sicuti est declarandi facultas, quæ morte declarare debentis soluitur glos. *in l. idem Pomponius* §. *fin. D. de rei vendic.* Ias. *ibi num.* 26. Dec. *numer.* 50. *cum num.* 60. Tusch. *lit. D. conclus.* 101. *&* *lit. H. conclus.* 69. Dec. *in l. hæredem numer.* 7. *vbi* Cagnol. *D. de regul. iur.* Plot. *de in litem iurando* §. 29. *limit.* 2. *num.* 5. Medices *in tractat. mors omnia soluit conclus.* 61. *numer.* 9. *par.* 3. Gonzal. *ad regul. cancellar. gloss.* 56. *num.* 53. Verall. *decis.* 155. *num.* 4. *par.* 1. ex nostris Intrigliol. *singular.* 102. *numer.* 13. *lib.* 1. Giurb. *ad consuet. cap.* 2. *gloss.* 7. *num.* 21. *fol.* 209. vbi quamplures alios citat, & extendit etiam quod agatur de declaranda voluntate defuncti dubia, & ad Thesaur. Fontanellam, & alios optimè respondet, multis cumulatis auctoribus ac iuribus doctus sanè Ilerdensis Ferrer. *in constitut. hac nostra temp.* 3. *decl.* 1. *à nu.* 73. *vsque* 88. *fol.* 424. *cum sequent.*

TRA-

TRACTATIONES PRIMÆ

D SCVRSVS TERTIVS

PARTICVLA QVINTA.

ARGVMENTVM.

Dispositio *l. hac edictali* an procedat in donatione, de qua est tractatus discutitur, & in alijs quam pluribus casibus, vbi cessat secundi viri, vel vxoris interesse; & quid in dote, & quid vbi alias mulier non inueniret virum; nisi melioraret filios nascituros ex secundo matrimonio: & de statuto derogante dictæ legi: & quomodo practicetur in æqualatione filiorum cum Vitrico.

SVMMARIVM.

1 *L. Hac edictali Codic. de secundis nuptijs an extendatur ad donationes factas contemplatione matrimonij.*

2 *Procedit etiam in relictis, & donationibus factis filijs secundi matrimonij, sed vide numer. 14. & antilate.*

3 *Pactum factum inter mulierem, & secundum virum quod filij secundi matrimonij plus habeant, quam filij primi non valet.*

4 *Statutum potest derogare leg. hac edictali C. de secund. nupt.*

5 *Hæreditamentum factum per mulierem ad fauorem filiorum secundi matrimonij non tenet in fraudem l. hac edictali etiam si alias non nupsisset sed vide numer. 16.*

6 *Donatio contemplatione matrimonij facta vni ex filijs, in fraudem l. hac edictali non sustinetur, sicuti neque illa ex causa dotis secundum aliquos, sed vide infra numer. 13.*

7 *Ob causam non subiacet leg. hac edictali Codic. de secund. nupt.*

8 *Remuneratoria non ligatur dispositione l. hac edictali C. de secund. nupt.*

9 *Mulier ex lege hac ædictali non prohibetur donare filijs secundi matrimonij, quando non donat contemplatione viri, puta quia sit mortuus, vel ei nil quæratur.*

10 *Pater in dote filij nullum habet participium; nec est legitimus administrator.*

11 *Filius vbi ex matrimonio efficitur sui iuris, dos ipsi, & non patri numeranda est, sicuti quando emancipatur à patre.*

13 *Dispositio textus l. hac edictali de secund. nupt. non procedit, quoties alia potest dari causa quæ parentem ad donandum impulerit iuxta multa exemplaria adducta.*

14 *Matrem disponere posse in filios ex secundo coniugio habitos qui dixerint.*

15 *Maritalis affectionis præsumptio tollitur per amoris filialis inductionem.*

Mulier

16 *Mulier si alias virum non inueniret, nisi meliorando filios nascituros ex secundo matrimonio, posset illos meliorare.*
17 *Lex cauere voluit quantum fieri potest ne mulieres innupte remaneant.*
18 *Vsusfructus prohibitio patri facta ne participet de bonis donatis filio an tollat dispositionem l. hac edictali C. de secund. nupt.*
19 *Patri interest ex pluribus causis filium locupletiorem habere.*
20 *Attendendum non est quod venit in consequentiam, sed quod principaliter agitur.*
21 *Diuisio inter vitricum & filios primi matrimonij quomodo debeat fieri, & an ipsis detur legitima præcipua.*

Quæritur tandem, an hæc donatio per matrem facta, subiaceat prohibitioni † *l. hac edictali 6. C. de secund. nupt.* & an tanquam inofficiosa reuocari possit, si per eam legitimæ aliorum filiorum minuantur.

Et deueniendo ad primum videtur affirmatiuè respondendum; Primò quia certum est, huius legis dispositionem, ad donationes vel relicta facta † filijs secundi, vel vlterioris matrimonii extendi vt post decisionem illam Riccardi de Saliceto percelebris, & noti iuris consulti per omnes Fere mundi Rotas, & Iudices receptum fuit, testantur (decisiones solum referam) Bald. qui se in contrarium eò fulcente ita decisum refert *cons. 16 1. num. 2. lib. 1.* Boer. *decis. 201.* Thesaur. *decis. 170. num. 24.* Vincen. de Franch. *decis. 435.* Athoro *in compend. verb. donat. tit. 1.* Alex. Trentacinq; *var. resolut. lib. 3. tit. de matrim. resolut. 5. num. 34.* Raudens. *variar. cap. 55.* Molfes. *ad consuetud. tit. de success. ex testam. q. 11.* Addens ad Camill. de Medicis qui aliam decisionem refert *cons. 163. in fin.* & prope infiniti, quos si velis videre inuenies apud Bardellon. *cons. 4. à numer. 31. vsq; fin.* qui nil intactum reliquit & apud Fontanell. tradentem decisum pluries *claus. 5. glos. 8. par. 5. per tot.* Mart. *decis. 67.* Ioan. de Vandal. *lib. 1. var. resol. q. 27.* Magon. *decis. 107. in florent.* ex nostris Mastrill. *decis. 175.* quæ etiam fuit confirmata vt mihi relatum fuit, licet non viderim, & fuit etiam decisum pro quodam de Scozari contra V. I. Dom. Baldassarem Victoria, & pro Marchione Roccæ contra D. Ludouicum Sparafora sub die 15. Aprilis 1628. & licet ex inde reuocata fuerit, ex quo agebat Cessionarius, & non filius, nec eius descendentes ex Cancer. Var. *lib. 3. cap. 21. numer. 351.* Noal. *de transmiss. casu 13.* In quo contra tenet Bertrand. *in d. l. hac edictali numer. 9. in vers. si vero plus*, attamen de hoc nō fuit actum in primo iudicio coram Spet. de Macagnone & Blasio, & ego vidi allegationes ideo minimè videtur dubitandum, quin titulus huiusmodi donationis in aliquo non immutet dispositionē prædictam; cum generaliter habeat locū in omni donatione inter viuos, per quam filii primi ad imparia tractentur cum filiis secundi matrimonij iuxta sensum omnium prædictorum & expressius Fontanell. *d. glos. 8. part. 4. numer. 3.*

Et ratio est, quia omnia præsumuntur facta quæsito colore vt maritus habeat, vel saltem ex suasionibus viri, & ex insidiis contra filios primi, ad quæ vitanda lex prædicta fuit edita.

3 Secundò quia neque valet † pactum expressum in contractu dotali inter mulierem, & secundum virum, vt filii secundi matrimonii plus habeāt quam filii primi, etiam sub prætextu quod aliàs secundus vir non contraxisset, vt aiunt *glos. in dictis l. hac edictali in verbo diuidi vers. item nota* Bald. Angel. Salic. Paul. de Castro *in l. 1. C. de inoffic. testam.* Roland. *de lucro dot. quæst. 14. num. 1. & n. 8.* Gabr. *tit. de secund. nupt. lib. 3. conclus. 4. n. 9.* Dec. *consil. 25. num. 36. lib. 1.* & licet statuto hoc
4 fieri possit, † non obstante *l. hac edictali* secundū Bald. & Salicet. ibi Ruin. *consil. 94. numer. 2. lib. 3.* Roland. *cons. 161.* Curt. sen. *consil. 78. col. 2.* Surd. *cons. 401. n. 18.* Mart. *de success. par. 3. quæst. 11. art. 2. n. 1. & seq.* vbi latè Beltram. ad Ludouis. *decis. 173. n. 14.* pacto tamen etiam iurato fieri nequit, nisi filii primi matrimonii maiores effecti consentiant, & cum iuramento dictæ legis beneficio renuncient: Molin. latè *de ritu nupt. lib. 3. cap. 47. per tot.* Maceratens. *var. lib. 2. resolut. fin. cap. 5.* Laderch. *cons. 147.* Surd. *cons. 255. numer. 13.* Colla *de rata portione, quæst. 85.* Marta *de iurisdict. part. 4. cent. 2. casu. 181.* Giurb. *ad consuet. capit. 8 glos. 1.* vbi firmat stipulationem ad fauorem filiorum secundi matrimonii in contractu factam, non valere, Præses Anellus Amatus latè *consil. 56. à num. 15.* vbi de legitima hoc intelligi debere affirmat, vnde sequitur quod sicuti pacto tolli non potest, ita nec dispositione inter viuos
5 facta, & in puncto de hæreditamento † facto filiis secundi matrimonii, etiam sub prætextu quod aliàs impediretur secundo nubere, si tale pactum non præcederet, quod non per hoc sustineatur Thesaur. Iun. *in addit. ad patrem decis. 170. ad numer. 29.* & decision. Franch. *decis. 435. ad finem* Fontanella *de pactis clausula 4. glossa 9. parte 5. numer. 197.* dicens satis sufficere debere mulieri, quod fauore secundarum nuptiarum reuocare possit hæreditamenta facta filiis primi, de quo supra dictum est *in particula proxima præcedenti.*
6 Tertio quia in puncto † donationis, de qua agimus, factæ vni ex filiis contemplatione matrimonii pro inualiditate tenet Fontanell. *tom. 2. clausula 5. glos. 8. par. 4.* mouetur quia hæc prohibitio comprehendit etiam causam priuilegiatam, vtputa donationem ex causa dotis allegat Trentacinq; *var. resolut. lib. 3. resol. 5. à numer. 34.* & respondet Cancerio contrarium sentienti.

Negatiua tamen opinio tenenda est ex pluribus, &
7 primo quia certum est donationem † ob causam huius legis dispositioni non subiacere, quia illa dicitur potius debiti solutio quam lucratiua alienatio, vt tenet *in* puncto Fontanell. *de pact. nuptial. clausula 5. glossa 8. parte 5. num. 6.* allegans Franch. *decis. 632.* licet nil tale dicat, loquitur enim in terminis *l. fœminæ 3. C. de secund. nupt.* dicens quod non habeat locum in donatione ob causam, quod & nos firmauimus supra; in *particula tertia huius discursus, in principio*, & in
8 donatione † remuneratoria loquuntur Surd. *consil. 164.* Hippolitus Montaner. ad Oliban. *de act. par. 2. lib. 1. capit. 47. numer. 37.* Fett. *ad const. hac nostra temp. 2. decl. 1. numer. 170.* ex causa verò donationem hanc dici, satis probatū est hoc discursu in pluribus locis, etia respectu matris, in subsidiū loquendo; quoties autem cō stat de vera causa donandi, nō est recurrendū ad præsumptam, quæ oritur ex ardore maritalis affectus.

Secundo quia dicta lex expresse non prohibet do-
9 nari filijs secundi matrimonij, sed in † consequentiam, quatenus ex tali donatione patri quæratur aliquod commodum, vnde si secundus vir sit mortuus, vel ei nil quæratur prohibitio cessabit, quasi cessante prohibitionis causa, ita Thesaur. d. decis. 170. num. 32. Surd. cons. 250. numer. 26. 29. Rumin. Iun. cons. 771. num. 39. Costa de ratione rata q. 85. Mastrill. decis. 175. n. 16. & 26. qui de vtroque casu loquuntur, mortis videlicet secundi viri, & vbi secundo viro nil quæritur; sequitur Fontanell. de pact. claus. 5. glos. 8. p. 5. à n. 3. qui in id allegat etiam Facchin. controuers. lib. 3. cap. 66. vers. sic & ipse statuo, quem defendit ab impugnationibus Molfesij.

At mater donando filio nubenti contemplatione matrimonij, donata illi acquiruntur, non solum quo ad proprietatem, sed etiam quo ad vsumfructum, qui seruire debet pro matrimonij sustentatione, & dotis securitate, ergo nullum potest considerari commodum patris; probatur assumptum, ex eo quod cum hæc donatio sit quasi altera dos filij; in
10 dote † pater nullum habet participium docet Bald. in l. si cum dotem §. transgrediamur in fin. D. solut. matrimon. Anch. cons. 238. Cepolla caut. 115. Frauc. Becc. consil. 43. volum. primo, ac ideo non est legitimus administrator Cardin. Tusch. concl. 125. numer. 17. lib. 1. facit etiam Barbos. in l. si cum dotem §. transgrediamur num. 25. & 26. & Fontanell. de pactis nuptial. clausul. 6. glos. 1. par. 1. num. 45.

Quod maximè procedit in locis illis, vbi filius pro-
11 pter matrimonium contractum † soluitur à vinculis patriæ potestatis, suique iuris efficitur; in quibus locis non cadunt disputationes, de quibus latè Barbos. loco citato discurrit, an dos sit soluenda patri, vel ne quando filius secum moratur, & quid quando seorsim, & quando dicatur habere iustam causam diuertendi, & de tacito consensu patris, quia stante filij emancipatione dos ipsi & non patri consignanda est, ipseq; fructus suos facit & pari modo bonorum filio contemplatione matrimonij donatorum, ita vt nec commoditatem possit pater prætendere, quam fructus fructuum vocamus vt in puncto tradit Fontanell. claus. 4. glos. 1. ante num. 19. & Milan. decis. 19. in fin. lib. 1. de quo latius loco suo discutiemus.

Tertio quia indubitati iuris est, & sæpius per nos inculcatum hanc donationem habere permistam nurus vtilitatem quæ alias non nupsisset nisi illa accessisset vt sæpius ad plures effectus repetitum est, & modernè non negat Rouit. cons. 15. ante num. 8. par. 2. ideoque quoties ex vno capite non valeret, stante persona filij de medio; deberet saltem sustineri respectu nurus, ne prætextu vnius, alteri iniqua conditio afferretur ad textum in l. si quis in suo 23. §. 1. Cod. de inofficios. testament. regula non debet vbi Pecch. de regul. Iuris; & sicu-
12 ti quando † alia causa donandi adducitur, quæ moueri potuit matrem ad donandum, vt puta propter malos mores filiorum primi matrimonij, vel quia filius secundi sit matri festiuus, magisque gratus filij primi, ita vt sit maiori liberalitate dignus, vel demum quia ex primo matrimonio non remanserint nisi fœminæ, & ex secundo adsit masculus; nunquam præsumitur animus fraudandi, aut aliqua circumuentio, vt omnes prædictos casus complectitur Gaspar. Thesaur. ad patrem decis. 170. ad numer. 3. Costa de portione rat. dicta quæstion. 81. numer. 8. Alexand. Raudens. cap. 55. n. 18. var. resol. Mastrill. noster decis. 175. num. 27. Fontanella dicta clausul. 5. gloss. 8. parte 5. à num. 14. vbi in terminis vltimi exempli adducit Calanar. consil. 35. num. 87. & Alexand. Raudens. consil. 35. num. 8. lib. 1. Rota coram Cardin. Ludouis. decis. 443. ita dum adest alia persona, quæ potuit contemplari; ex cuius interuentu, considerataque causa, deprehenditur parentes optimorum arbitrorum officio functos fuisse, non est dubium quod cesset dictæ legis prohibitio, vt post Laderch. consil. 147. concludit Fontanell. dicto loco citato num. 17. Cancer. var. lib. 3. capit. 2. num. 197. referens ita senatum illum seruare, quod & in hoc Regno etiam teneri sæpius vidi, inter disceptandum in publico auditorio, audiuique a maioribus nostris.

13 Demum quia in bis ferè proprijs † terminis ita tenuit Cancer. lib. 3. var. resolut. cap. 2. nu. 197. & cap. 15. nu. 344. vbi dicit dictam opinionem placuisse senatui, loquitur in hæreditamento seu donatione, quæ fit per secundo nubentem filijs nupturis, nascituris ex illo matrimonio, quæ quidem doctrina licet habeat in se non modicam difficultatem in casu prædicto est indubitata in casu de quo agimus, ipsique met contrarij hoc tenere videntur, dum ex eo dicunt prædicta hæreditamenta non valere, quia dum fiunt filijs non ortis, neque in rerum natura existentibus, in quibus nulla potest considerari affectio, consequi videtur quod maritorum intuitu factæ videantur, ac ideo nullius esse roboris; contrarium dicturi si casus proponeretur, vbi donatio, esse facta filio non solum nato, sed nubenti vt ditiorem coniugem inueniat, vel nobiliorem, & pulchriorem, ad quod firmandum adduco eundem Fontanella in claus. 4. gloss. 9. part. 5. num. 197 ibi (quia inquiunt magis tunc de fraude dubitandum est, quoniam ita temporaneæ spoliantur filij primi) temporaneam spoliationem vocat illam, quę filijs ex secundo non adhuc conceptis nec natis fit & in dicta claus. 5. gloss. 8. part. 4. num. 5. ibi (& certe in eo casu vbi filij non erant nati, & per consequens non poterat ad eos haberi affectio, nulla alia ratio qua a m ob rem hæreditamentum fiat considerari potest, quam secundi coniugis contemplatio & interesse) quoties ergo hęc cessent non est dubium quod Doctores contradicentes Cancerio potius pro nobis allegari possunt.

His ita positis ita ad contrarios responderem, & primo ad primum, affirmando veram esse suppositionem illam; sed ita demum procedere si constaret de fraude, vel de contemplatione personæ viri, & ratio est euidens dum dicimus per dictam legem prohibitam non esse de directo dispositionem, quæ in filios secundi coniugis fiat, sed si quatenus tenderet in vtilitatem viri, ex quo filij haberentur tamquam à patre suppositæ personæ, ideo quoties hoc abest toties lex illa quæ odium continet extendenda non est ad alios.

14 Ad quod adduci possent † tot Doctores, quos Mastrillus allegat in dicta decis. 175. à principio vsque ad medium & per Fontanellam dicta claus. 5. gloss. 8. p. 5. n. 2. tenentes vllo modo dictam legem ad filios exten-
15 di, & quod cessare debeat † maritalis affectionis præsumptio, vbi amoris filialis concurrit inductio, quibus acce-

accedit Ferrer. *in consilt. hac nostra temp. 3. declarat. 13. num. 44. cum plurib. seq. fol. 716.* affirmans contrariorum sententiam sibi displicere, ex quo non parum violae contexturam prædicti textus, potius enim tenet ipse ferendum, est vt patri hoc casu censeatur prohibitus vsusfructus, quã quod dispositio annulletur, quod est subtilè; quos non ideo allego quia verum simpliciter dixisse intelligam, licet testui inhæreant, sed vt videatur ex hoc, quam distet donationis huius casus, ab omnibus illis, qui possunt in medium adduci pro extensione dictæ legis.

Ad secundum dic, quod Doctores ita demum pactũ non valere dicunt, per quod efficitur deterior conditio filiorum primi matrimonij, quia præsumitur factũ ex insidijs, & propter secundi mariti preces cæterum vbi aliter res se habeat cessant doctrinæ prædictæ, imo in terminis conclusione positæ per dictos Doctores, adest alia communis in cõtrarium, quæ se habet quod

16 liceat in dotis † constitutione præiudicare filijs primi matrimonij, si aliter mulier maritum non inueniret nisi pacisceret secum de dote lucranda, quam tenuit Cin. *in l. fantimus C. de secund nupt.* Castr. *in l. 1. num. 4. de inoffic. testam.* Roland. *de lucr. dot.* qui antiquiores allegat. *quæstion. 24.* *numer. 9.* Sord. *consil. 91. numer. 24.* Gratian. *discept. 300. num. 2.* Menoch. *cons. 4. numer. 41.* Cancer. *var. resol. lib. 3. capit. 2. num. 197.* Molfes. *ad consuet. par. 3. quæst. 21. & quæst. 22. num. 16. tom. 2.* Dec. *cons. 6. n. 13. vol. 1.* Giurb. *ad consuet. Messan. cap. 8. glos. prim.* Milan. *decis. 13. num. 81. lib. 2.* quos secutus sum in responso pro Antonio Cigala contra Ferdinandum

17 Spinõ, lex † enim quantum fieri potest cauere voluit, ne fœminę impediatur nubere, ita vt verum fateár contraria mihi videatur dura.

Ad tertium, patet responsiõ ex positis in vltimo fundamento, negatiuæ, quam tuemur, dum Fontanellæ doctrinam pro nobis stipulati fuimus, Cancerij & aliorum.

Cæterum si tibi magis placeret prima opinio, essesque rigidus dictæ legis seruator, ad hæc fundamenta ita respondere posses, quod licet patri nullum quæratur commodum ex donatione ex hac occasione filio facta: quia integra filio acquiratur, & sic cesset eius interesse bursale, vi ita dicam, non per hoc cessat altera ratio, quæ oritur ex secũdi mariti insidijs, cuius est omnibus vijs quærerere depressionem filiorũ primi, vt Molfes. post multos, quos allegat probare conatur, in *tertia parte ad consuet. Neapolit. quæst. 11. nu. 5. tit. de success. ex testam.* vbi quamplures adducit, ideo

18 prohibitionem vsusfructus patri factam † non sufficere affirmauit Thesaur. *d. decis. 170. num. 22. & 23.* omnes enim dispositiones viuente viro factæ, semper ex eius instigationibus procedere dicunt Lancellot. Gall. *cons. 18. num. 50.* Mastrill. *d. decision. 175. nu. 19.* & consentit Fontanell. *d. claus. 5. glos. 8. par. 5. num. 10.* maximè

19 quia patri † interest filium locupletiorem habere, nõ solum propter magnam affectionem, quam erga filiũ gerit; sed etiam quia non rectè oritur separatio patrimoniorum, inter patrem, & filium, nec fieri vnquam poterit, quin pater non participet ex bonis, dum personæ sunt ita coniunctæ; item quando commoditas; siue fructus fructuum quærerentur.

Et ad personam nurus responderi potest, quod tan-

20 quam veniens † in consequentiam non est attendenda sed respiciendum ad principale matris donantis intentum; maximè, quia sæpius, taliter, quod, tarò regula fallax sit, socrus, parum inclinent cum nurũ eorum.

Et hæc secunda posset fortè teneri, si mater omne patrimonium donasset huic filio ex secundo matrimonio, inclusis legitimis aliorum, quia ex hoc malus animus detegeretur, qui excluderet causas prædictas: vna enim præsumptio aliam elidit.

Sequeretur modò videre, quid inter hos vtriusq; matrimonij, filios seruandum esset in diuisione bonorum, an forsan sicuti & in coniuge instituto in maiori summa, vel in pari, debeat minus datum filijs primi, assignari filijs secũdi? vel si in pari diuidi præcepta per filios primi legitima? nõ equidem, sed equalis fiet diuisio vt in dicta nostri Regni *decisione* apud Mastrill. 175. seruatum fuit, quidquid esset in terminis vitrici, tunc enim si inæqualitas seruata fuisset, adeo vt etiã legitima defraudatus sit filius, id minus deberet ei assignari; diuiso remanente inter filios primi iuxta rigorem *dictæ l. hac edictali,* & sensum litteralem, quem elicit Salic. in *7. quæst.* Trentacinq. *var. resol. cap. 5. num. 34. tit. de matrim. lib. 3.* Molfes. *ad consuet. Neap. par. 3. quæst. 17.* Fontanell. *claus. 5. glos. 8. par. 4. num. 23.* vbi alios refert, sed nõ sequitur, quem tamen multi benè æquidem moderarunt ad integram legitimam, quæ semper habetur pro relicta ad filiorum fauorem. Anton. Gabr. *de secund. nupt. conclus. 4. num. 30.* Cancer. Var. *lib. 3. capit. 2. num. 193.* Fachineus *controuers. lib. 3. cap. 67.* Mainard. *decis. 74. lib. 3. & decisum in Rota* Mohed. *decis. 4. de testam.* Put. *decis. 1. lib. 2.* Fontanell. *qui alias decisiones refert d. loco n. 24 & seq. & num. 30.* fuitque decisum per Sacr. Consil. vt per Theodor. *alleg. 11. in fin.* exclusis in reliquo Vitrico eiusq; filijs, vt ne quidem ad portionẽ aliquam admittantur, ita in Vitrico Sfort. *cons. 3. vol. 1.* Sord. *cons. 401. num. 7.* Rota *decis. 756. lib. 3. diuers.* Molfes. *d. par. 3. quæst. 15. num. 8.* Fachin. *d. lib. 3. cap. 69.* Fontanella *ibid. num. 81.*

Et in filijs post Marc. Crauet. Oliban. Roland. Papon. & Molfes. ibidem Fontanel. *ibid. num. 20.* & tunc legitimam prius detrahi affirmat Rouit. *cons. 87. lib. 2.* sin verò æqualiter essent instituti, in hoc sibi nostrates aduersantur egregiè, adeo vt eorum argumentis attẽtis, qui libet suspensus remaneat quo senertat.

1 Etenim glossa accursiana in §. *optimè* verbo quippe, Auth. *de nupt.* tenet quod filij primi debeant præcapere legitimam, sibi naturæ iure debitam, & reliquum æque diuidere, iuxta dispositionem legalem inductam odio secundarum nuptiarum.

2 Angel. in d. Authen. *num. 34.* dicens notandam esse hanc Gloss.

3 Bart. *in l. 1. numer. 2. D. de inoffic. dot.* affirmans non imputari in legitimam id quod ex hac lege datur.

4 Castr. ibidem *num. 4.* concludens non imputari, idem *cons. 462. & cons. 348. lib. 2.*

5 Bald. *in d. l. hac edictali, & cons. 22. in fin. & cons. 401 libro 2.*

6 Ancharan. *consil. 291. dub. 2.* dicens non esse ab hac opinione in iudicando recedendum.

7 Raffael Fulgos. *consil. 110. num. 4.* vbi hanc esse magis communem affirmat.

8 Socc. Sen. *cons. 35. numer. 19. libro 4.* vbi de magis

gis communi testatur.

9 Dec. *cons.* 245. *num.* 2. *vers. vlterius*, dicens equalitatem deducta legitima seruandam.

10 Grauett. *consil.* 142. *num.* 3. *& cons.* 294.

11 Corn. *cons.* 118. *vol.* 1.

12 Neuizanus *consil.* 84. *num.* 20. *vers. intantum*.

13 Marcus *decis.* 23. *lib.* 2.

14 Roland. *de lucro dotis quæst.* 27. *per totam*, affirmans non esse ab ea recedendum, tamquam à magis communi, imo ei ad hæredum vti carrocio.

15 Cephal. *cons.* 412. *num.* 6. de magis communi.

16 Rimin. Iun. *cons.* 321. *numer.* 15. *& cons.* 333. *num.* 3. vbi dat exemplum vt facilius id percipiatur.

17 Fanuc. *de lucr. dot.* §. 3. *num.* 43. *vers. postremo.* vbi decisum.

18 Sforz. *cons.* 3. *num.* 32.

19 Gabr. *tit. de secund. nupt. concl.* 5. *num.* 61.

20 Rota *decis.* 756. *lib.* 3.

21 Thesaur. *decis.* 184. *num.* 3. *& seq.*

22 Mainard. *decis.* 79. *lib.* 3.

13 Surd. *decision.* 169. *num.* 6.

24 Zuccard. *cons.* 43. *numer.* 22.

25 Molfes. *ad consuetud. par.* 3. *quæst.* 20. *num.* 2.

25 Merlin. *de legitima lib.* 2. *tit.* 2. *quæst.* 18.

27 Mangil. *de imputat. quæst.* 7. *numer.* 52. vbi alios addit pro hac opinione, *& num.* 56. vers. at opinionem fol. 44.

28 Facchineus *controuers. lib.* 3. *cap.* 70. dicens non imputari.

In contrariam sententiam quam plures abiere, ex indefinita locutione dictæ legis moti, quod imo satis ei factum sit per æqualem patrimonij in filios, & virum distributionem, hanc ergo tenuere.

1 Bertrand. *in d. l. hac edictali num.* 26. *vers. ista tamen.*

2 Crauetta sibi contrarius *cons.* 524. *num.* 3.

3 Addens ad Alex *cons.* 158. *lib.* 5.

4 Cucch. *de legitima, verbo ex substantia numer.* 2.

5 Surd. *cons.* 422. quo loci reprehendit Zuccard. & Thesaur.

6 Laderch. *consil.* 27.

7 Bursat. *cons.* 211. *num.* 4. *&* 5. *& cons.* 212. *numer.* 13.

8 Capra *cons.* 74. *ad fin.*

9 Aleiat. *in l. in quartam ad finem D. d. l. falcid.*

10 Gratian. *disceptat.* 300. *num.* 38.

11 Anton. Fab. *in Cod. lib.* 5. *tit.* 5. *de secund. nupt. definit.* 6.

12 Fontanella qui nil resoluit licet hanc postremo referat *clausul.* 5. *glos.* 8. *par.* 5. *n.* 60. *&* 61. *fol. mihi* 130.

13 Grammat. *cons.* 153. *in Ciuib.*

14 Theodor. *allegat.* 11. *per totam & num.* 16. vbi pluries allegat qui erunt videndi.

15 Scipio Rouit: qui in eodem casu consuluit, & enumerat Doctores *cons.* 87. *per totum lib.* 2. qui benè discurrit.

16 Caualcan. *decisio.* 25. *numer.* 59. *par.* 3.

Hotum quam plures loquuntur in terminis statuti cui vt aliquid tribuatur, censeri debet legitimæ derogasse, quod facere potest, dando recompensam Surd. *cons.* 401. per tot, & nos alibi in hoc tractatu, & ita se explicat idem Surd. *præcitato cons.* 422.

Fateor quæstionem esse dubiam, ita vt vtraque teneri posset, maximè dum pro secunda stant Faber, & Aleiatus quibus multum tribuo, sed durum est in iudicijs contra primam obtinere, quæ habet pro se numerum DD. & pondus rerum iudicatarum pro liberis, & naturali stimulo. Ideo tenendo primam, respondebis ad prædictos, leges citatas nil de debito naturæ disposuisse, ideo semper censeri debet exclusum, quod scimus specialem prouisionem desiderare, cætera vero habes apud Zuccardum, & hęc satis quo ad hanc quęstionem.

Sed quia ex particula 13. *nu. fin. antecedentis discursus* huc me remisi super quæstione an in huiusmodi causis, vbi de huius legis dispositione agitur, debeat procedi per viam effectus, vel visione scripturarum libris vt aiunt apertis, tanquam de articulo iuris agatur, an vero intret dissensus ex articulis, seu probationum capitulis oblatis, ideo parum subsisto, existimãs intrare, nec denegari posse probationes, pro qua scio iudicatum pro D. Lugdouico Spatafora contra Marchionem Roccæ.

Quod tamen temperandum puto prout seruatum vidi sępius, vt non ex quibuscumque capitulis, seu articulis hoc concedatur, sed ex illis tantum, quæ videbit prudens iudex profutura, puta si maritus qui diu in matrimonio vixit, intendat probare ingentia seruitia extra coniugalem obligationem præstita, per quæ se remuneratione dignum putat, quo casu hæc lex cessaret, vt Fontanell. *clausul.* 5. *glos.* 8. *par.* 5. *nu.* 67. quidquid esset si hæc deficerent puta quia breue tempus intercessisset inter coniugium & mortem, non quod tempus hoc operetur, sed quia derarò hæc inter coniuges fundari possunt, vt modernè Ferr. affirmat in *constit. hac nostra temp.* 3. *declar.* 1. *numer.* 263. *fol.* 469. & alij quos ne alicui molestus sim reticeo alibi tamen habes *in specialibus*.

Expeditus de prædictis deberem quærere, quid dicendum, si vti in officiosa talis donatio ab alijs filijs rescindi peteretur, quam quæstionem, ex quo eam posui in terminis Patris in *secundo speciali sequentis tractationis* non repetam hoc loco, ibi habes omnia, quæ ad vtrumque casum applicari possunt; neque enim commodam diuisionem recipiunt.

TRA-

TRACTATIONES PRIMÆ

DISCVRSVS TERTIVS

PARTICVLA SEXTA.

ARGVMENTVM.

EXTRANEVS donans pro causa matrimonij, an dicatur ob causam donare, & quæ dicatur causa finalis, vel impulsiua in donatione; Dos respectu Patris dotantis, quandoque est lucratiua, Clausulæ ex nunc pro tunc, & constituti effectus traditur: Insinuatio an in donatione pro matrimonio aliquando requiratur: Conditio casualis, quando retrotrahatur quo ad dominium, vel hypothecam: Possessor reuocabilis, quando rem alienat: l. si vnquam C. de reuocand. donat. aliqua traduntur. Extraneus dotans, an possit pauisci de dote reddenda in omni casu? vxor quando possit occupare bona mariti pro dote eo mortuo; & quæ retinere; Causa dotis alienatio an possit per extraneum prohiberi; vel per transuersalem? & quid pro restitutione dotis filij naturalis; Dos data filiæ spuriæ an ad fideicommissum reuertatur; & quid si pro alimentis filij fuisset assignatum prædium: Dos ex perpetuo fideicommisso, quando debeatur. Augmentum dotium, an possit per hæredem extraneum, vel cessionarium peti legatum vnicæ summæ pluribus relictum an debeat diuidi, vel omnibus integrum assignari; legatum pro maritagio an debeatur moniali manenti in domo; Pactum de hæreditate viuentis, quando teneat; & quando iuuet: Extraneus dotans an gaudeat beneficio deductione egeat & quo iure.

SVMMARIVM.

1 Donatio facta extraneae nubenti occasione matrimonij, an sit ob causam, vel simplex latè discutitur per sequentes.

2 Causa impulsiua, & finalis, quæ sint discutitur curiosè, & num. 12.

3 Finalis vltima in executione, est tamen prima in intentione.

4 Causa matrimonij semper dicitur finalis, quando agitur de certo matrimonio.

5 Donatio quoties vltra donatarij personam contemplatur beneficium tertij, dicitur ob causam.

6 Est ob causam quoties matrimonium, & non aliud fuit illius causa motiua.

7 Ob causam dicitur illa, cuius causa obligat donantem, vel eius commodum respicit.

8 Dos respectu extranei dotantis est donatio lucratiua, licet respectu recipientis semper sit onerosa.

9 Respectu patris, quando sit donatio lucratiua.

10 Extraneus donans contemplatione matrimonij, dicitur ex causa lucratiua donare.

11 Dos ab extraneo data, penes mulierem dicitur stare titulo lucratiuo, & penes maritum oneroso.

12 Causa alia est finalis respectu intentionis, alia respectu actus.

13 Exceptio possessionis ex causa anteriori, & pariter priuilegiata admittitur contra executionem pro censu.

14 Clausula ex nunc, pro tunc, & constitutum, an transferant dominium in contractu conditionali, & numero 24.

15 Insinuatione deficiente donatio est ad ea inualida, vt bona possint à donatore alteri obligari.

16 Possessio, vel dominium ex actu nulla non trasfertur, quando lex resistit, nisi ad traditionem sit deuentum, quod limita, vt statim.

17 Insinuatio non requiritur in donatione contemplatione matrimonij intellige vt statim.

18 Requiritur in donatione ob causam, in eo quod est vltra causam, ideo in donatione extranei necesse est: vt interueniat.

19 Dominium ex actu conditionali non transfertur.

20 Conditio casualis impleta retrotrahitur ad tempus contractus, intellige, quo ad hypothecam, non quo ad dominium.

21 Constituti, ex nunc pro tunc clausulæ non operantur in contractu conditionali.

22 Ludouici de Blasibus Regij Consiliarij in allegationibus martinarum mentio.

23 Dominium in contractu conditionali purè transferri potest ex partium conuentione, & exemplum adducitur.

24 Donatio conditionalis an ex clausula ex nunc, pro tunc efficiatur, pura, quo ad dominium.

25 Donans potest obligare bona donata ex causa antecedente actum donationis, quando sibi reseruauit in vita administrationem.

26 Debitori satis est fauorabile assignare censum pro eo, quod debet, ne eius bona distrahantur.

27 Possessor reuocabilis sub pacto de reuendendo potest agnascere credita super re legitimè debita, & pro eis subingare.

28 Census dicitur quandoque anterius altero respectu causæ, licet in data sit posterior.

29 Donatarius, & creditor posterior ex causa antiqua, quando præfiratur anteriori ex lucratiua.

30 Donatio ob matrimonium ab extraneo facta subest l. si vnquam C. de reuocand. don. sicuti, & illa ex causa dotis, & quid matrimonio durante vide numero 34.

31 Videtur non posse reuocari ex d. l. quia videtur de liberis cogitatum, sed intellige, vt num. 33.

32 Dispositio l. si vnquam non habet locum, vbi verisimiliter fuit cogitatum de liberis.

33 Cogitatio de liberis, quomodo intelligatur, an de proprijs, an verò de alienis.

35 Culpam dicitur committere, qui non reparat damnum, quod videt posse euenire.

36 Extraneus donans legem dicere, quàm vult liberalitati suæ, dummodo antequam perficiatur id faciat.

37 Dotator potest sibi in quocunque casu dotem expressè stipulare.

38 Stipulatio dotis reddendæ, semper restringitur ad casum mortis mulieris, quod limita, vt ibi.

39 Dominium rerum dotalium, quomodo dicatur penes virum, & penes mulierem, vide bonam distinctionem.

40 Text. in l. in rebus 30. Cod. de iure dotium, non habet locum vbi adest dotator extraneus, & numer. 50.

41 Pactum vel onus in dote impeditiuum secundarum nuptiarum non tenet.

42 Retentionis titulus sufficit ad impediendam creditorum executionem ex parte vxoris.

43 Vxor non potest ingredi res dotales mortuo viro, stante statuto possessionis continuatiuo.

44 Possessio de consensu hæredis dicitur capta sine vitio.

45 Tertius excipiens de dominio, & possessione, de eisque docens in continenti, quando executionem impediat.

46 Dos confessa in contractu assecurationis, non nocet creditoribus, nec fideicommisso, sed tantum confitenti eiusque hæredibus.

47 Possessio probatur per instrumenta locationum cum perceptione fructuum.

48 Creditor iudicium executiuum tenetur dirigere contra possessorem non attenta, an iustè possideat intellige, vt statim.

49 Exceptio, quæ agentem non releuat, non debet admitti.

51 Dominium dotis profectitiæ an vnquam mulieri quæratur, & quis agat reiuendicatoria pater an filia.

52 Extraneus potest expressè paciscendo, dotem sibi in quolibet casu stipulare, sed non vt remaneat penes virum, & num. 59.

53 Consuetudo martini non procedit, vbi morte Viri fuerit solutum matrimonium.

Non

54 *Non habet locum stante pacto expresso, quod non remaneat penes patrem, vel quando ex pacto potest mulier disponere.*

55 *Retentio cessat, vbi nullum ius adest retinendi, puta deficiente dominio, vel hypotheca.*

56 *Non conceditur mulieri nisi respectu rerum in domo existentium tempore mortis viri, in quibus insistit.*

57 *Vxor opponens se vt tertia contra creditores viri debet docere de actuali possessione, vel de hypotheca, & constituto.*

58 *Dotis restitutio plenaria potest iterum peti soluto matrimonio, quando in vita mulier fuit assecuruta computatis habitis, quæ extant.*

60 *Alienationis prohibitio in causum dotis, an indistinctè ab extraneo vinculante fieri possit.*

61 *Transuersalis consentiens in matrimonium sui transuersalis, censetur permisisse alienationem pro eius dote, quod intellige, vt infra.*

62 *Alienatio ex causa dotis de bonis fideicommisso subiectis permittitur ex causa publicæ vtilitatis secundum aliquos.*

63 *Libertas disponendi de rebus proprijs ad libitum ex naturali iure procedit.*

64 *Fauorabilior est causa dotis.*

65 *Alienatio fideicommissorum ob dotes, procedit ex obligatione dotandi, & non ex publica vtilitate.*

65 *Auth. resq. C. com. deleg. an æque procedat in constitutione, & restitutione dotis.*

66 *Non procedit in fideicommisso instituto à transuersali, vel à penitus extraneo.*

67 *An procedat supra portione legitimæ filijs debitam, & quid si illam sibi filius consumpsisset.*

68 *Non habet locum, quando legitima non debetur.*

69 *Prohibitio alienationis ex causa dotis, an teneat in cõtractu facta; distinguitur inter eam, quæ fit à patre, & quæ ab extraneo latè.*

70 *Fideicommissum, & alienationis prohibitio continent expressam voluntatem disponentis contra alienationem, quæ tacitè proponenda est.*

71 *Petrus Luna, & Mastrill. in præposita specie reprobantur.*

72 *Feudalia an possint pro dotibus transuersalium alienari, distingue vt ibi.*

73 *Collateralis in Regno habet successores in feudo.*

74 *Bona fideicommisso subiecta, an possint alienari pro dote recepta à filio naturali, latè examinatur.*

75 *Possunt alienari pro dote filiæ spuriæ ad modum alimentorum, & pro alimentis filij naturalis.*

76 *Dos data filiæ spuria ea mortua, an redeat ad fideicommissum pro, & contra num.* 88.

77 *Fideicommissum alienatur pro ex expensis factis in studio, tam filij legitimi, quam naturalis.*

78 *Filius naturalis extraneus quod omnia habetur, vltra alimenta de iure canonico indultu.*

79 *Extraneus, quis dicatur de iure.*

80 *Naturales filij deterioris conditionis sunt respectu parentis, quam extranei.*

81 *Filius quoties ex aliquo accidenti extraneus fit, non habet respectu ipsius locum Auth. resque Cod. com. deleg.*

82 *Auth. resq. an procedat ad fauorem legitimatorum, tam in constituenda, quam in restituenda affirmatiuè resoluitur.*

83 *Legitimatus tamquam effectus, quo ad omnia legitimus, in omnibus ad paria iudicatur cum legitimis.*

84 *Naturales, quare non possint iuuari dispositione Auth. resque.*

85 *Pater quidquid relinquit filio naturali est voluntarium supra alimenta, ac ideo potest onerari in huiusmodi relictis.*

86 *Dos danda filiæ spuriæ, quomodo arbitrari possit.*

87 *Bona fideicommisso subiecta pro causa alimentorum, alienantur in defectum fructuum ad alendum non sufficientium, quod amplia, vt statim.*

89 *Filio spurio potest assignari prædium pro alimentis, sed an eo mortuo redeat ad hæredes patris.*

90 *Auus naturalis an indistinctè ad alimenta teneatur.*

91 *Patris obligatio alendi filios est primaria, postea aui.*

92 *Alendi obligatio est subsidiaria alimentario non habente aliunde.*

93 *P. Moles. sententia in cons. 29. n. 6. post 2. p. ad consuet. refellitur.*

94 *Vita militia, vel alimenta, an competant filio naturali, super feudo ex pacto.*

95 *Testator permittens alienationem pro dote constituenda, an censeatur, etiam permisisse pro restituenda.*

96 *Exceptio firmat regulam in non exceptis.*

97 *Omissum habetur pro omisso, vbi agitur de supplendo aliquid contra id quod expressum est, & post numero* 104.

98 *Alienatione prohibita ex causa pia censetur prohibita etiam dos.*

99 *Alienandi permissio facta Titio nominatim, in fideicõmisso ditaturo censetur personalis.*

100 *Interpretatio testamenti elicitur ex lustru totius.*

101 *Vna pars testamenti dubia declaratur ex alia clara, in specie de qua est quæstio.*

102 *Interpretatio, quę colligitur ex scripturis vicinis est magis certa.*

103 *Particula in medio posita explicatur ex duabus extremis.*

104 *Dispositio relata ad tempus mortis instituti sufficit, quod habeat tunc effectum, quidquid postea contingat.*

105 *Conditionum initia prima existentiæ spectantur.*

106 *Dos ex perpetuo fideicommisso ab extraneo constituto, quomodo debeatur filijs grauati, latè discutitur.*

107 *Augmentum dotium ex fideicommisso debitarum, non potest peti per hæredes extraneos, vel cessionarios mulieris, & nu. seq.*

108 *Sententia lata ad fauorem mulieris contra fideicommissum pro dote, an possit exequi per hæredem extraneum.*

109 *Dos mutua filia, vel alia, sine filijs an redeat ad fideicommissum, si illud sit perpetuum ad fauorem familiæ.*

110 *Consuetudo familiarũ circa dotes dandas attendendu est & circa successionem.*

111 *Legatum factum pluribus de vnica re, vel summa, intelligitur factum in viriles, non vt quilibet haberet eandem summam.*

Fru-

mulier 25. C. de iure dot. 1. vbi hoc Bart. adnotauit Crauetta consil. 85. num. 2. & 136. numer. 1. & 301. num. 1. Dec. in auth. ex testamento C. de collat. Tiraquellus in l. si vnquam verbo donatione largitus 124. C. de reuocand. donat. & in tract. cessant. caus. limit. 1. num. 52. alij allati per Roland. consil. 44. num. 2. vol. 4. Caroc. decis. 86. nu. 21. Fontanell. dicta claus. 4. glos. 1. num. 26. dicens hoc fortiter obstare prædictis, quibus addendi sunt alij per me adducti hac ead. tract. discurs. 2. partic. 16. numer. 16.

Secundo quia, tunc dicitur quis ex causa donare, quando causa est necessaria, obligans donantem aliquo naturali vel ciuili vinculo, vt ait Angelus in l. sed & hoc D. de re iudicata Iason in leg. inter eos eodem titulo Io. Faber, & Ioannes de Plat. in §. præterea instit. de action. Dec. in auth. ex testamento C. de collat. Tiraquell. in d. l. si vnquam dicto verbo donatione largitus nu. 124. Decianus respons. 3. nu. 13. vol. 1. Fontanella ibid. nu. 27. & nos alibi pluries, at nulla causa potest obligare extraneum, vt donet ex hac causa extraneo, vt nubat ergo, &c.

8 Tertio quia in terminis dotis † certum est donationem ex dicta causa factam respectu extranei simplicem esse, quidquid sit respectu mariti, donem percipientis vt distinguunt Alex. consil. 71. col. 1. lib. 4. Ias. consil. 171. col. 2. & 5. lib. 4. Baeza de dote c. 34. numer. 4. Grat. discept. 504. n. 8. Azeb. in l. 3. n. 8. & seq. tit. 8. de las herencias lib. 5. fol. 252. Gomez in l. 22. Thauri num. 12. Ceuall. com. contr. commun. quæst. 73. nu. 3. Gratian. disceptat. 53. num. 12. vbi reptobat Pinellum contra sententiem, quod imo dicatur donatio lucratiua respectu filiæ, habentis dotem à patre, quem sequitur idemmet Gratian. in tom. 3. disceptation. 472. numer. 12. fol. 178. vbi ex hoc firmat, quod quatenus dotis datio à patre

9 facta excedit causam, dicitur simplex donatio, causam verò intelligit illam quæ ad legitimam regulatur, idem etiam post hæc scripta inueni tenere Fontanella clausul. 5. gloss. 8. part. 3. num. 7. & gloss. 10. par. p. num. 3. allegat Natt. consil. 90. Barbos. in l. 2. part. 1. in principio num. 168. vers. sed pro vera, & nos discurs. 2. partic. 10. num. 53. vers. imò etiam.

Cum enim non possit prætendi istam donationem dote fauorabiliorem esse, vt notat Tiraquell. in leg. si vnquam, verbo donatione largitus nu. 244. in fine C. de reuocand. donation. sequitur quod eodem modo dici debeat simplex, sicuti dos ipsa, quando ab extraneo datur.

10 Vnde in terminis quod respectu † extranei, qui dotare, non tenetur, hæc donatio sit simplex, tenuerunt Crauetta consil. 85. Tiraquell. in dict. verbo donatione largitus nu. 145. Ripa quæstion. 13. quos sequitur Decian. respons. 72. num. 29. Bardellon. consil. 110. num. 32. & decisum in Rota pænes Picum ad statuta Vrbis decis. 22. & decis. 114. pænes Pacificum de Saluiano interdicto, & in alia Romana resessionis contractus nono Decembris 1608. & 17. Iunij 1609. coram Coccino sequitur addictio ad Ludouis. decis. 491. num. 13. Grat. discept. 474. num. 29. vbi ter decisum testatur in Rota: quos cum alijs aliquando secutus sum pro Hectore Ansalone contra D. Franciscum Ioenio, & Platamone V. I. D. & iuxta quos in dicta causa vidi in pluribus instantijs decisum in terminis insinuationis, vt infra trademus.

His ità constitutis, ità refelli possent contraria ad primum videlicet, quod illa procedant respectus actus, & non personarum, licet enim matrimonium sit causa finalis donationis, quatenus ad illum finem fit; attamen respectu personarum, idest donantis, non est finalis, quia sua intentio principaliter est, donationem perficere, idest vt bona fiant donatarij, licet illa subsequenter seruire habeant pro contrahēdo per donatarium matrimonio, respectu cuius potest esse finalis, prout dicimus, quod dos data ab ex-

11 traneo, † penes mulierem stet titulo lucratiuo, & penes maritum titulo oneroso, l. pro oneribus D. de iure dot. Lupus in cap. per vestras §. 22. not. 3. num. 7. Ruin. consil. 104. num. 2. col. 4. post med. vers. hinc est quod apud maritum lib. 1. Ias. in §. item si quis in fraudem n. 30. inst. de act. Dec. cons. 259. queritur breuiter col. 1. idem consil. 67. circa propositam col. 2. vbi ampliat ad lucrum dotis Ceuall. d. q. 73. num. 5. Gratian. d. disc. 53. nu. 12. potest enim esse, quod causa respectu vnius sit finalis, respectu alterius minime sit talis, & subsequenter quod respectu vnius sit simplex, respectu verò alterius ob causam.

Secundo respondetur quod in terminis donationis, an simplex sit, an ob causam non respicimus, an

12 causa sit finalis † respectu intentionis, sed inspicimus an donans aliqua ratione vel causa tenebatur, & sic causam efficientem, respicientem donantis personam, & non causam finalem respectu actus an propter aliquem finem factum fuerit, vt in terminis fratris donantis loquitur Gabriel consil. 57. num. 10. libr. 2.

Ad secundam conclusionem respondetur, quod est in se vera, eo sensu nè possit reuocari, vel in aliquo ei derogari, ex quo habet implicitum interesse tertij, sed non sequitur quod sit causa nècessaria respectu donantis, ex quo alia persona interuenit, quia illius interuentus non alterat donationem, nisi ad illum effectum reuocationis, esto mille personæ interuenirent, ea ratione quod non augent, nec minuunt causam in donante.

Ad tertium patet responsum ex prædictis dum firmatum est hoc inspici debere, an causa sit finalis respectu donantis, vt ab aliquo vinculo, vel obligatione se soluat; hinc omnes doctores supra relati, qui tenēt hanc donationem ob causam esse, expressè loquuntur in terminis patris respectu filij, vel matris, quando pater non habebat in bonis, quid verò dicendum sit respectu extranei non aperiunt, vt est videre per Bec. dicto consil. 20. ex cuius lectura satis patet hanc opinionem respectu extranei veriorem esse & contrariam sustentari non posse, & sic ex lectura aliorum nec facit Staibanus d. consil. 58. quia ipse ibi non intendit firmare donationem illam esse ex causa, ex eo quod est facta ex causa matrimonij, sed quia erat etiam remuneratoria, non debebat insinuari, & ad hoc citat Gabrielem idem tenentem in omni donatione ex causa; ea ratione quod est quædam species compensationis, vt diximus in responso pro Capitaneo Alonso de Heredia nobili Hispano contra Don Ioannem Ratteo, & tractat Octau. Corset. consil. 29. & Peregr. consil. 76. num. 33. lib. 1.

Porrò si magis placeret prima, quam reuera nec iudicando, nec consulendo vidi nunquam receptam: posset respenderi ad fundamenta secundæ opinionis, hoc

Sed si forte per constitutum prætendatur facta traditio, tunc quia actus nullus est inmediata causa traditionis fictæ non sequitur dominij acquisitio. Osasc. *ibidem num*.8. Tiraquell. *de constit.limit*. 7. *num*. 40. Scradee. *de feud.p*.9. *cap*. 1. *numer*. 35. Sesse *decis*. 29. *num*.23. Honded. *ibidem. numer*.25. Petr. de Gregor. Siculus *de concess. feud. quæstion*. 18. *numer*.9. quos habui à Giurb. *decis*.24. *num*.6.& 31. satis egregiè loquente, & concinne.

17 Nec refragatur, quod hæc donatio † non debeat insinuari, tamquam illa, quæ successit loco donationis propter nuptias, ac quæ sibi vendicauerit ius, vt insinuatione non egeat, tamquam donatio ob causã, vt probat post multos Menoch. *consil*. 261. *numer*. 9. Sued *decis*. 214. *numer*. 16. *versic. idem est* Rota pee Card. Ludouis. *decis*. 563. *num*. 12. vbi additio *liter*. *D*. Montier. *decis*. 10. *numer*. 7. Molin. *in repertor. verbo insinuatio vbi* Portoles *numer*.2. Cancer. *var. lib*. 1. *cap*. 8. *numer*. 3. Anton. Faber *dicta definit*. 2. *C. de insin. donat*. Fontanella *claus*. 4. *glos*.29. vbi hoc firmat in donatione, quæ fit ob certum matrimonium, cum alijs per multis, quos secutus sum in secunda tractatione huius operis inter alia specialia *in* 4. *speciali vers. demum in terminis*.

Quia respondetur, Doctores prædictos aliósque, qui sunt, loqui in donatione prædicta tamquam ob causam, idest de ea, quæ inter patrem, & filium fit, quasi omnis fraus absit, vbi quis donet ex causa necessaria, nec ex hoc creditores fraudentur quibus notum esse debet quando cum donatore contrahunt, eum filium habere vel filiam nuptam, & subsequenter dote, vel donatione opus fuisse, ad quæ pater iure cogebatur.

Sed in terminis huius donationis factæ ab extraneo, hæ considerationes cessant, tam quia hæc donationon est ob causam respectu extranei; quam quia nullo modo cogitari potuit per creditorem, quod contrahens donauerit alteri nubenti, & eius respectu, hæc donatio est ità aliena, sicut illa, quæ sine vlla penitus causa fit, ideo si per quisitis Curiæ registris simplices donationes non inuenirent falleretur vtique sub prætextu huius quæsiti coloris matrimonij.

Et ideo Doctores illi, qui tenent donationem hanc 18 insinuationem non desiderare idemmet limitant † hoc procedere quatenus correspondeat causæ, ideò vbi causa omnino deficit, vti in extraneo, concludunt insinuari debere, isti sunt Decian. *consil*. 72. *numer*.29. *tom*.5. Bardell. *consil*. 110. *num*.32. addens ad Ludouis. *decis*. 491. *numer*. 13. vbi multoties refert in Rota decisum, Stephan. Gratian. *disceptat*.474. *num*. 29. vbi ter decisum testatur, facit Gabr. *consil*.57. *num*. 13. & 19. *lib*. 2.

Non curamus itaque de doctoribus loquentibus indefinitè de hac donatione, vel in specie de ea, quæ fit per patrem filio, quia magis attendendi sunt prædicti, tamquam sublimitantes, & percutientes punctum.

Secundò dicimus dominium minimè translatum per constitutum, & clausulam ex nunc pro tunc, dùm donatio est facta sub duplici conditione, mortis videlicet, & non existentiæ filiorum, mortis tempore in-19 specto, quibus stantibus † conditionalis redditur, nec dominium transfertur. Oldrad. *consil*. 139. Decius *consil*.246. *in causa magnifici numer*. 2. *versic. nec obstat huic conclusioni*, Honded. *consil. secundo num*. 56. *libr. secundo*, Rota Romana *diuers. decis*.381. *num*. 1. *part*. 1. & *coram* Verospio *Romana de mazatostis* 28. *Aprilis* 1617.

Nec facit illud, quod obijci posset conditionem 20 hanc esse casualem, † ac ideo retrotrahi ad tempus contractus, iuxta doctrinam Bart. *in leg. sub conditione num*. 15. *vers. quæro vtrum hoc principium D. de solut*. vbi ità declarat textum *in leg. qui balneum* 9. §. *titia D. qui pot. in pign. habeant*. Idem Bart. *in l. quoties in fine, D. de nouat*. Castr. *in l. quidam cum filium* 131. *in fine, D. de verbor. oblig*. Negusant. *de pignor. part*. 5. *numer secundo, numer*. 41. & *par. secunda. membr. secundo numer*.6. & *part*.5. *membr. secundo, num*. 10. *vers. decimosexto* Gabr. *consil*. 141. *num*. 8. *lib*. 1. Cardin. Mantic. *de tacit*. & *ambig. lib*. 14. *tit*.46. *num*. 19.

Quia hæc non procedunt, nisi in terminis hypothecæ, secus verò in terminis dominij, quod non trahitur retro etiam in conditione casuali. Alex. *consil*.228. *numer*.4. *lib*. 6. Natta *ibi verbo traheretur* Gabr. *dicto. consil*. 141. *num*. 8. *in fine lib*. 1. Gratian ità distinguens *discept*. 857. *numer*. 28. *ad finem fol*. 157. *tom*. 5.

21 Clausula verò † constituti, & ex nunc, pro tunc certum est non operari retrotractionem dominij, quando actus est sub conditione conceptus, quia tamquam accessoria ad contractum assumit eius naturam, & qualitates: Gig. *consil*. 158. Cassan. *in consuet. Burgund. rubr*.7. *numer*.9. *fol. mihi* 852. Gabr. *in comm. opin. tit. de empt*. & *vendit. conclus. secunda, num*. 20. Tueniola *consil*. 106. *num*. 60. *vers. secundo* Marcabrun. *consil*.31. *nu*.54. & *seq*. & in his secundis allegationibus visus D. Antonius Amatus *resolut*. 26. *nu*. 10. addo pulchrum *consil*. Decij 247. Tell. *in l*. 17. *tauri numer*.29. *vers*. & *hoc modo* Lancell. Gall. *consil*. 13. *num*.

22 18. & per quam latissimè spectabilis Regius † Consiliatius Ludouicus de Blasijs, meritus filius Io. Baptistæ Illustr. Præsidis Magnæ Regiæ Curiæ in primis allegationibus Baroniæ Martinorum impressis *numer*. 88. *cum sequentib*. & *numer*. 114. *vsque* 121. vbi mille allegat maximè Surd. *consil*.396. *numer*. 34. & *consil*. 372. *numer*. 7. & *decis*. 157. *num*. 5. Hondedeum *consil*. 18. *numer*.53. *lib*.2. Raudens. *variar. resolut. capit*. 10. *num*. 19. Marta *decis. Pisan. voto*. 200. *numer*. 14. & demum contrarijs responder, videndus equidem.

Et licet possint contrahentes non obstante quod 23 actus sit conditionalis facere, † vt dominium purè ab initio actus transferatur, tamen hoc procedit quãdo constat de expressa eorum voluntate, & in his terminis loquũtur Caroc. *casu* 3. *num*. 11. & 12. & decis. Perusina inter consilia Turretti. *colum. secunda, in fine*, & Amatus, qui alios adducit *dict. loco num*. 9. puta, si in clausulis translatiuis dominij, quis se constituat possidere nomine, & pro parte donatarij, ab illo die, quo actus geritur ex nunc pro tunc, vt punctualiter considerauere domini de Rota *in decis*. 549. *part*. 1. *in nouissimis*, quam sequitur Marta *de claus. part prima claus*. 20 *ante num*.9. *vers. sed Rota Romana*; sed quando clausula ex nunc pro tunc est apposita in actu do-24 nandi, vt puta quando donator dicit † dono secuta morte ex nunc prout ex tunc, tali casu habent locum omnia

omnia prædicta, quod videlicet non fit retrotractio in præiudicium tertij, qui medio tempore contraxit, vt expresse firmare videntur, Siluan.*cons.97. nu. 20. & per totum* Honded, *cons.18. num. 64. lib.2.* Bolognet.*cons.7.num.22.* Riminal.Iun. *consil.109.num.5. Gabr.cons.109.num.8.& 11.lib.2.* Marcambtun.*ibidem numer.43.* secundum quæ fuit decisum, vt per Guido Pap.*decision.268.* Cornazan.*decis.77.num.5.* Thesaur. *decis.38. num.4.in fine* Caualcan.*decis.42. num. 29. & 30. lib.1.*

Et certè, vt verum fatear, huius clausulæ ex nunc pro tunc vim, & vnquam ità indistinctè capere potui, vt ex ea iudicauerim, posse effici purum cum affectu actum suapte natura conditionale, & conditione casuali, ne sit in potestate debitoris creditorem fallere sub commento vnius clausulæ, dum potissimè cōsisus dispositione legali contraxit, quæ ita se habet, ne ex actu conditionali, conditione casuali, vel mista dominium transferatur, vt me docuit Anton. Faber Prçses doctissimus *de error.pragmat.decad.21. error.4. à num.3. vsque finem*, quem rogo perlegi per dominos iudicantem solemnem enim doctrinam expendit, demum supposito hæc omnia cessarent pro vt apprime militant, adhuc subiugatio prædicta post donationem fieri potuit, non obstante dicto constituto: dum
25 fuit facta pro causa † necessaria, quæ donationem præcesserat, prout erat obligatio restituendi dotes, ab vxore receptas, satis ante donationem conscriptam, ad tradita per Berengar.*in cap.6. prælud. num.2. de filijs natis ex matrimonio ad Morgan.cont.* Cancer.*lib. 1.variar. cap.8.de donat.num. 34.& part.3.cap.7. de pact.nu.87.* Fontan.*clausf.4.gloss.9.part.5 n.18.* dum asfirmant patrem donantem in donatione facta filijs ex causa matrimonij, cum reseruatione vsusfructus resultante ex dilatione effectu donationis ad tempus mortis, posse interim administrare bona donata, tamquam poterat per prius, omnia illa gerendo, quæ quisque diligens paterfamilias gesturus esset, at D. Ferdinandus donans dum subiugauit bona donata, pro oneribus perantea legitimè debitis: fecit id quod facturus esset idem donatarius ergo subiugatio subsistere debet, probatur assumptum, quia cum certum donatarium omnium bonorum vel maioris partis cogi posse etiam executiuè & cum pactis ad discursum, & de non opponendo, ex nota constitutione pragmaticali Marci Antonij Columna, de qua testatur, Giurba *decis. 62. numero 33.* ad euitandam hanc distractionem bonorum nil aliud potuisset ad inuenire
26 remedium, nisi offerendo † censum constituere, soluendo aliud prò alio, quodquidem est satis fauorabile debitori, à quo pro modico credito potest vigore pacti prædicti magnum etiam patrimonium adiudicari.

Et ideo in casu per quam simili, vidimus approba-
27 tam quandam census † impositionem factam per Donnam Ioannam de Aragona, dominam reuocabilem marchionatus Iarratanæ, ad fauorem D.Catoli de Septimo creditoris pro decursis vitæ, & militiæ etiam reluctante Illust. D.Rogerio successore in dicto marchionatu, qui habebat ius illud redimendi: non ex alia rōe, nisi quia dicta interusuria erant legitimè debita, & solutio illo modo facta erat vtilis marchioni: adeò, & taliter quod ipse nil aliud fecisset, si fuisset in possessione Marchionatus, sicuti plenè, & doctè testatur Giurb. *decis.24.per totam* vbi firmat posse dominum reuocabilem subiugare rem pacto redimēdi subiectam pro creditis afficientibus ex multis fundamentis, quæ ibi videri possunt.

Hoc idem sentire visus est Fontanella *de pact. nupt. claus.11.gloss.vnica nu.18. & 23.* vbi firmat posse donato rem alienare, & quod dominium penes eum remansisse dicitur.

Hinc in regno certum est quod causa subiugationis attendatur, & non tempus ipsius conditæ, potest
28 enim quis subiugare † bona sua ad censum pro causa anteriori in primo die Septembris, quæ respectu causæ, pro qua fit, reputetur anterior alterius factæ in mense Ianuarij, pro causa tamen posteriori, eo quia hypotheca retrotrahitur ad suam causam, ita in subiugatione facta ex causa dotis tanquam fructuosa firmauit Milanens. *decis.13. num.23. lib. 1.* Intrigliol. *super bulla quæstion.99. vbi additio* Mastr. *ad Gregor. de censib. q.6. num. 95.* secundum quos pluries vidi decisum, & tamen quæstio eorum est in terminis duorum creditorum, quid dicendum in casu isto, vbi contradictor est donatarius veniens ex causa merè lucratiuà? certè audiendus non est: cum etiam concesso dominium fuisset in eum translatum, imò cum esse
29 creditorem † anteriorem ex personali tamen, partes iudicis deberent esse in præferendo posteriorem venientem ex causa onerosa iuxta decisionem Castill. *decis.72.* cui accedit Pereira *decis.107. num. 2.* Antoni. Faber *C.de pet.hæred.lib.3.tit.20.definit.6. num.5. in allegatis, & de sacrosanct. Eccles.definit.37.nu.5.* ex quibus dum aliàs pro vna annualitate huius census fuisset actum in M. C. causa commissa Domino de Iopporo obtinui iuxta prædicta causa à pera ad sacculum per eum iuxta morem excussa, vnde pro hac sententia spero futuras partes dominorum, quibus hæc de more subijcio.

D. Marius Cuteli Catinensis. post hæc scripta ita fuit bis concorditer decisum per M. C. de mense Decembris 1629. & Ianuarij 1630. ad fauorem dicti de Ansalono sedentibus Spect. & egregijs viris Don Petro de Blasio Ioseph. Perpiniano, & D. Sanctoro Crisafulli Regijs Consiliarijs meritissimis, & iterum de mense Martij eiusdem anni. Quid dicendum ad terminos *l.si vnquam C. de reuoc.don.* an procedat in hac extranei donatione? & vtitur quod non, per ea quæ posuimus in *2.tract.* in specialibus huius donationis, vbi remitto lectorem, ne idem bis repetam.

Sed contra communiter tenetur, quod imò † in ea
30 locum sibi vendicet, tanquam finius in simplici donatione, ita tenent Ias. *cons.171.viso instrumento dotis col.2.vers. nec prædict.*& iterum *col.5. vers.hinc.est quod extr.* Bertrand.*cons. 76.viso instrum.ad fi. & consil.257. donatio eodem l.br.2.& cons.383. viso casu eodem libro* Tiraq.*in l. si vnquam verbo donatione largitus num. 243. vers. sed in alia donat.C. de reuoc.donat.folio 149.* Molin, *de rit. nupt. lib.3. cap. 6.num. 81. & 82.fol.154.*

Nec mirum, quia idem procedit in dote ab extraneo data, potest namque reuocari, si donans liberos suscipiat post eius constitutionem, *Alex. consil. 71. consideratis lib.4.* mouetur, quia est mera liberalitas, & lu.

& lucratiua donatio, quo ad puellam pertinet allegat textum *in l. si fraudator vltima §. si à socero, & ibi* Bart. *D de his, quæ in fraud.cred. & l. 1. §. accedit C. de rei vxor. act. l. ex morte in fine Cod. de pact. conuent. leg. maxia* 50. §. 1. vbi Doctores *D. sol. matr.* & faciunt aliæ doctrinæ per me allatæ supra in videndo sit nè ob causam donatio hæc; Alex. sequitur Parpalea in *l. 2. in principio col. 11. vers. in eadem glossa ibi. D. soluto matrim.* Tiraquell. *loco citato num.* 239. *vers.* 12. *ista dotis, & 243.* Barbos. *in l. 2. part. 1. in principio nu.* 168. *vers. sed pro vera* Natta *cons.* 90. Fontanella *de pact. cla.* 5. *gloss.* 8. *p.* 3. *fol.* 120. *n.* 78. in impressis vltramontes. Molin. Theolog. *disp.* 282. *nu.* 11. *vers. ratio est in medio tract.* 2. *de contract.*

31 Nec facit quod cum donauerit propter † matrimonium, & filijs ex eo procreandis, censeatur cogitasse de liberis, & ideo iuuari non posse huius legis beneficio, iuxta sensum Doctorum ad dictam legem †

32 communiter receptum, de quo ex modernioribus testantur Tiraquell. *in præfatione à n.* 70. citans omnes antiquiores Guttier. *de iuram. confir. part.* 1. *cap.* 9. *n.* 3. Thesaur. *decis.* 121. *n.* 3. Ludou. Morot. *cons.* 43. *nu.* 6. Anton. Faber *C. de reuocand. don. tit.* 36. *lib.* 8. *definit.* 2. & 7. Fontanell. *loco præcitato n.* 5. Molin. *de rit. nupt. lib.* 3. *cap.* 6. *nu.* 80. *fol.* 154. vbi adhoc citat punctualem doctrinam Ranchini addentis ad Guid. Pap. *decis.* 145. *in fine* cum alijs per Honded. *consil.* 74. *num.* 25. *lib.* 1.

Quia conclusio prædicta procedit, quando quis do-
33 nat pro matrimonio † proprio, vt puta futuræ vxori, non verò quando donatio fit extraneæ personæ, quia non potest hoc casu argui, quod de proprijs liberis cogitauerit, vt requiritur, adhoc vt lex prædicta cesset, ita distinguit Francisc. Molin. *d. loco nu.* 80. & 81. & Molin. Theolog. *d. disp.* 282. *n.* 1.

Maior difficultas stat in videndo, an reuocatio fie-
34 ri possit constante † matrimonio, in præiudicium vxoris, quæ sub intuitu donationis contraxit, vt opulentius in matrimonio viueret, respectu cuius videtur, quod donatio sit onerosa, censent enim aliqui mortè vxoris expectandam esse sed tamen non est recedendum à prædictis, cum imputandum sit mulieri quæ debuit cogitare hanc donationem subiacere reuocationi, ob natiuitatem liberorum, vt in his terminis respondet Tiraquel. *d. loco n.* 243. *in fin. ibi nisi dicas*, & in simili respondet Gratian. *discept.* 854. *num.* 33. *folio*

35 150. *tom.* 5. ex illa regula quod † damnum, quod debuit præuideri tamquam præuisum habetur, & imputatur ei, qui non curauit adhibere remedium *c. dãnum de regul. iur.* cum mille per Surd. *cons.* 640. vnde dicitur in culpa, qui non præuidit id, quod poterat euenire Crauet. *cons.* 179. *nu.* 5. Surd. *cons.* 12. *nu.* 25. quos ibi sequitur Gratianus.

Reliqua verò, quæ circa hanc legem occurrunt, vnà cum responso in eius materia per me edito habebis in *secunda tractatione* vbi de ea, quæ fit filio nubenti per parentem agemus.

Ad secundam an in huiusmodi donationibus ab extraneis factis, possint quæcunque vincula, & substitutiones apponi, tàm imponendo legem reuersionis, quàm gradus substitutionis ordinando, ad fauorem descendentium donatarij; exclusionem, vel inclusionem fœminarum, & earum dotationum, vel mini-

36 mè? sit tibi regula, quod nil horum facere † extraneus donans prohibeatur, dum in eo habet locum regula illa, quod quisque in traditione, quam voluntariè titulo donationis facit de re sua, possit imponere legẽ, quam sibi placuerit; dummodo iure non reprobentur *l. donatio* 25. *C. de donat.* ibi (*vt quas leges indulgẽt actiones, conditiones, pactionesque contineat*) DD. *in leg. traditionibus* 20. *C. de pact. l. legem* 1. *C. de pact. conuẽ.* (*legem*, ait ibi Iurisconsultus, *quam dixisti cum dotem pro alumna dares seruari oportere, nec obesse tibi debet, quod dici solet, ex pacto actionem non nasci, tunc enim hoc dicimus cum pactum nudum est, alioquin cum pecunia datur, & aliquid de reddendo ea conuenit, vtilis est conditio*, quæ est repetita *in tit. de pact. l. legem* 20. & de lege reuersionis ad donantem est textr. *in l. quoties* 3. *C. de donat. quæ sub mod.* & generaliter de omnibus conditionibus sibi beneuisis loquuntur Canale. *decis.* 42. *nu.* 34. *part.* 1. cum alijs quos allegat Castill. Sotomaior *lib.* 3. *controuers. iuris c.* 10. *n.* 54. dummodo post perfectam donationem non fiant, quia tunc conditiones non capit, vt est textus in *l. perfecta* 4. *C. de don. quæ sub modo l. si ad resoluendam* 7. *C. de præd. minor.*

Quod, & in dote receptum est, vt extraneus do-
37 tans possit sibi in quocunque casu † expræsè dotem stipulare, & legem dicere quam velit *leg. ob res* 20. §. 1. *D. de pact. dotal.* ibi (*si extraneus de suo daturus sit dotem quidquid vult pacisci ignorante muliere sicut, & stipulari potest, legem enim suæ rei dicit*) *l. final. §. sancimus C. de iur. dot.* ibi (*nisi ipse qui ab initio dotem dedit, sibi dari in huiusmodi casum stipulatus sit*) quem textum notum quid continere dicit Aretin. ibi facit etiam *lex vnica §. accedit Cod. de rei vxor. act.* ibi (*vt empressim extraneus sibi dotem reddi pactus fuerit* Guido Pap. *decis.* 523. vbi Ranch. addens, nec huic conclusioni ob-
38 stat quod stipulatio dotis reddendę † intelligatur quatenus mulier prius decesserit, vt ait Iuris consultus in *l. 2. D. de pact. dotal. ibi si conuenerit, vt quoque modo dissolutum sit matrimonium liberis interuenientibus, dos apud virum remanere. Papinianus Iuliano Prætori respondet, morte mariti finito matrimonio, neque conuenisse videri dotem remanere, & si conuenisset non esse seruandum pactum contra dotem, cum mariti mortalitas interuenit*, quia textus ille quatenus de extraneo dotante loqueretur, vel est correctus per iura prædicta, vel est intelligendus de pacto illo concepto per verba vniuersalia, non quando speciale pactum legatur, & vbi dos dotanti non est restituenda; sed penes virum esset remansura, & ideò in casu occurrenti inter Ioannam Licciardello, & Apolloniam Lao, sustinui valuisse pactum, & obtinui reuocata sententia lata in partibus cuius causæ occasione scripta, vt perfectè materia absoluatur iuuat hic subnectere.

Allegata pro Ioanna Licciardello
contra Apolloniam
de Lao.

Supposito quod tenuta terrarum vocata de pane, & vino in contrata mascalarum existens, fuerit propria Stephani Bolano Fratris Apolloniæ, quam postea dictæ eius sorori dotauerit, seu in solutum dederit in satisfactionem dotis, promissæ eius viro pacto adhibito, vt teneretur eam restituere, soluto matrimo-

nio per mortem sponsi cum filijs vel sine, videndũ est,
an eueniente casu, quo mortuus fuit vir liberis rema-
nentibus, dominio dictæ tenutæ redierit ad Appollo-
niam, an ad extraneum dotantem, & cui nam eorum
debebat restitui, item quid de possessione, an reman-
serit penes hæredes viri, vel potuerit per mulierem
apprehendi, vel retineri ità vt rectè de vtroque doceat
in hoc judicio ad effectum excipiendi contra execu-
tionem per nos factam super istis bonis tamquam de
bonis Stephani.

Et primo aspectu videtur, quod rectè excipiat,
nàm licet dominium † rerum dotalium constante ma-
trimonio fuerit eius viri *l. doce ancillã 9. C. de rei vend.*
attamen soluto matrimonio, nullo retrotranslatio-
nis actu interueniente, dominium redit ad vxorem
l. in reb. 30. C. de iur. dot. ea ratione, quia dicitur potius
consolidatio, quam noua translatio, ratione natura-
lis dominij, quod penes mulierem remansit, cum ci-
uile tantum in virum transijt, qua propter etiam do-
mina dicitur, & posseditrix matrimonio perdurante
Bald. *in l. traditionibus*, & ibi Alex. & Iason. *nu. 20. C.
de pact.* latè Surd. *cons. 215. n. 15.* quod, & in fundo æ-
stimato, viro soluendo non existente extendit. Ceph.
cons. 159. nu. 14. & Sur d. *ibidem* & ità ex subtilioribus
interpretibus conciliat textum prædictum *in l. in rebus
cum lege traditionibus C. de pact. & §. per traditionem inst.
de rer. diuis.* Cuiac. *lib. 10. obseruat. 32.* vbi ait, quod ini-
tio inspecto, quia dos marito traditur, ipse est domi-
nus, respectu effectus, & sic medij temporis, quia am-
bo de dote viuunt, vterq; est dominus, respectu exitus,
quia dos plerumq. ad mulierẽ redit ipsa est domina.

Nec refragatur, quod dotis restitutio est stipulata
40 dotatori extraneo, & quod ideo non habeat † locum
41 *d. l. in rebus*, quia talem pactum † non valet tamquam
impeditiuum secundarum nuptiarum *l. 1. vbi gloss. in
verbo interuenit D. de dos. prælег. l. 2. D. de pact. dotal.* vbi
Bald. & Castr. Petr. de Gregorio *de dote de parag. q.
35. num. 2. vers. 2. quæro* Mastrill. *decis. 74.* quam deci-
sionem sequuntur Fontanell. de *pact. nupt. claus. 4. gloss.
9. num. 187.* Gratian. *disceptat. 769. num. 17. fol. 474.*
Giurb. *ad consuet. Mess. cap. 8. gl. 1. nu. 20. & 21. p. 1. fol.
546.*

Secundo videtur sufficienter docere de possessione
42 † stante actu retentionis ad Surd. *consil. 221. num. 50.*
de Ponte *cons. 15. n. 12. lib. 1.* Gratian. *decis. 225. in ad-
dit. numer. 2. & disc. 700. n. 34. lib. 4.* qui multos adducit
videndus, nec est disputandum valuerit vel nè, & an
hæredes viri spoliauerit; stante statuto continuan-
te possessione, per quem, cum possessio in hæredes
viri continuetur; videtur quod mulieri non sit per-
43 missum propria † auctoritate ingredi res dotales iux
ta doctrinam Cumiæ ad *rit. 40. 296. ad rit. 189. n. 14.*
Giurb. *ad cons. c. 10. gl. 8. n. 15.* quia stante permissu tu-
toris eius filiorum, inducto ex præsentia in actu re-
tentionis, possessio dicitur capta sine vitio, quia stan-
44 te consensu, † habetur ac si vacasset. Decius *in l. dotis
C. de collat.* cum alijs per Bursat. *cons. 9. nu. 7. lib. 1.* Ant.
Faber. *in C. lib. 7. tit. 7. defin. 18.*

Quibus stantibus, non potest dubitari, quin debeat
eius oppositiones admitti aduersus instrumenta exe-
cutionem, cum sit tertia † & doceat in promptu de
dominio, & possessione, legitimaquè causa possiden-
di quod plus est, ad lata firmata per Giurb. *decis. 62.
num. 2. cum sequent.*

Sed contra est veritas, quod imo nullum horũ ob-
stet, quin executio per istam Ioannam factam pro-
cedere habeat.

Tam ex bono iure agentis, quam ex nullo exci-
pientis, actrix enim fundat sua credita contra Ste-
phanum, cui hoc prædium erat restituendum, vt in-
fra ostendemus, imò fuit restitutum.

Non obstat quod creditum fundatur pro restitu-
tione dotis vxoris Stephani, & tamen de ea non con-
stat nisi per confessionem, in quodam actu assecu-
rationis, seu restitutionis dotis constante matrimo-
nio factæ, quia cessante suspicione, & præiudicio cre-
ditorum, siue successoris ad fideicommissum, quibus
46 † hæc confessio non obstaret, nisi aliundè de recep-
tione dotis constaret legitimis documentis, vel co-
niecturis à lege probatis, vt latè discurrit Menoch. *de
præsumpt. lib. 5. præsump. 3.* Fontanell. *de pact. dotal. claus.
14. & fin. gloss. vnica part. 1. à nu. 31. vsq. fin.* ad præiudi-
cium viri eiusque hæredum sufficit confessio, si præce-
dat constitutio: vt idem Fontanel. post mille affirmat
ibid n. 3. post multos quos allegat, quos in terminis
fideicommissi approbat, & sequitur modernus Fusar.
de *fideic. q. 532. numer. 28.*

Et quod prædium sit penes hæredes Stephani, non
fundatur per nos ex solo pacto restituendi, & stipula-
tione, sed ex possessione de eo capta, & gabellatio-
47 nibus † per eos factis, mediate persona tutoris, & per
perceptiones, quæ sufficienter probant eorũ possessio-
nem; iuxta doctrinam Gabrielis *conclusion. 4. titul. de
locato lib. 3.* cum mille per Giurb. *decisum. 22. in medio.*

Nec obstabit dicere, quod hæredes Stephani sint
inuasores, dum possessio stante statuta transijt in hæ-
redes viri, contra quos debebant prius agere ex stipu-
latu ad dotis restitutionem, argumentando ab vxore,
in quam licet transferatur ciuile dominium dotis so-
luto matrimonio, non tamen transfertur possessio, vt
prædictum est.

Quia respondemus nos rectè egisse contra possesso-
res non attenta validitate, vel non eius possessionis,
quia iudicium executiuum descendens ex hypotheca
48 tamquã reale est † dirigendum contra possessorem,
qui sibi possidet, ex *l. pignoris persecutio 17. D. de pigno-
rib. §. item seruiana instit. de act.* loco enim ipsius succes-
sit, quando ad rei adiudicationem agitur ex primo
decreto: Petr. de Gregor. qui de executione bullalis
contractus loquitur *ad pragm. de cens. q. 6. n. 23.*

Nec interesse habens potest opponere agenti, quod
male agat ad consecutionem crediti contra iniustum
possessorem, quia data veritate, & sufficientia crediti
hæc esset exceptio de apicibus iuris, quæ non releua-
49 ret † exceptionem, ac ideo non admittenda, dum
non adest interesse, quod contra vnum, vel alterum
agat ad textum *c. cum appositiou. friuolis de apell. lib. 6.*

Maximè dum Appollonia fuit in iudicium vocata,
ac etiam tutor eius filiorum, vt iura eorum adduceret
quidquid esset quando iudicium eis inscijs fuit accep-
pisset quia tunc forte vitium litigiosi non effugeretur,
si inter spoliantem, & spoliatum lis fuisset instituta,
prout post hæc scripta in primo iudicio allegaui, & ob
tinui pro secret. Io. Paul. Duranti cõtra Vittoriam la
Caua, & Peregrino, quæ a poste Io. sui viri sibi adiudi-
cauera: bona, quibus eius vir spoliauerat Io. Paulum,
dum

dum, fuit decisum, quod procederetur ad executio-
nem sententiæ latè in causa spolii, non obstante op-
positione vxoris de adiudicatione ex credito anterio-
ri spolio commisso, & afficienti bona spoliata de an-
no 1628. Messanè in Curia Straticotiali.

His suppositis facilè contraria dissoluemus.

50 Nàm primum † de l.in rebus cessat, dum dos fuit
ab extraneo data, & ipsi restitutio stipulata, ea ra-
tione, quia nullum dominium potest mulier præten-
dere, super re, quæ vnquam sua fuit, nec ipsa tradi-
dit, sed alius pro ea: vt dictat idemmet, textus ibi
cum eadem res ab initio vxoris, ex quibus verbis idem
51 firmant DD. in dote profectitia reuersura † ad patrē
Imol.in l.3. & Alex. nu.6. Claud. Seisellus n.9. D.solut.
matrim. Ripa in l.2.§.quod si in patris numer.14. D eod.
ex eo quod eodemmet tempore non potest dominiū
penes duos esse, ideo vendicationem patri dari affir-
mant: sequitur Cephal. cons. 256. numer. 26. The-
saur. filius quæst.72.libr.3. quæ conclusio vbi in patre
sit controuersa, qui ad dotandum tenetur; ac ideo
censetur per prius donasse filiæ, vt viro tradat, est
inconcussa in extraneo, qui voluntarie accedit, hinc
dictam legem non procedere, vbi res à principio in
bonis mulieris non fuit, licet postea conuertatur in
eius dotem discerunt Corneus cons.63.nu.4. volum. 3.
Garzias de expens.& p.15.nu.8. Pereir.de renouat.emp.
quæst.13.num.56.

Nec est dubitandum de viribus huiusmodi stipula-
tionis, quia regula est pro extraneo dotante, quod
52 possit incontinenti quæcumque pacta † & conditio-
nes apponere, dotem sibi stipulando in quocumque
casu: dummodo quod faciat expresse; quod ita con-
stitutum est, vt facilius extranei ad dotandas mulieres
alliciantur l. ob res §. 2. D. de pact. dotal. leg. finalis §.
sancimus C. de iure dotium l.vnica §. accedit C. de rei v-
xor. act. Cardin. Mantic. de tacit. & ambiguit. lib. 12.
tit.33. numer.46. Barbos.in l.2. part.1. in princip.n.146.
in medio vers. sed his non obstantibus Stephan. Gratian.
disceptation.435.n.23. disc.769.n.6.fol.477.tom.4. no-
ster Giurb.ad consuetud.Messan.c.8.gloss.p.1.21.fol.546.
& cap.13.gloss.1.numer.13. vbi alios allegat, quod e-
tiam ad fratrem dotantem extendit Barbos.in l.1.p.4.
numer.136.vers.ex his fol.227. in casu vbi dotare non
cogitur Gratian.disceptat.556.num. 26. vbi dicit ita
fuisse in Rota resolutum. Franc.decis.196.num.12. Co-
sta de remed.subsid.remed.65.numer.10. Giurb. ibid. &
cap.13.gloss.6. numer.12. Fontanella de pact.dotal. cla.
5.glos.10.part.1.num.7.fol.230.

Contrarij verò loquuntur quando pactum est in-
terpositum ad fauorem hæredum mariti, vel alterius
cui velit dotem restitui extraneus, vt dictat textus
prædictus in d.l.2. D. de pact. dotalibus ibi si conuenerit,
vt quo quomodo dissolutum sit matrimoniam liberis inter-
uenientibus dos apud virum remaneret, & ita distinguit
Giurb. d.cap. 13.gloss. p.num.21. & Barbos. in d.leg.2.
part.p. in principio num.146. vers. sed his non obstantibus
ibi (non est recedendum a magis recepta sententia,
pro qua est textus in l.vnica §. accedit C. de rei vxor.
action. vbi extraneo dotanti permittitur, vt in conti-
nenti possit stipulari soluto matrimonio dotem ad
se reuerti ergo, non potest stipulari quod penes ma-
ritum remaneat, & ita sunt intelligendi omnes illi,
quos in contrarium adduximus, & quæ adduci pos-
sent, qui mouentur ex textu prædicto; licet non esset
ponere os in cælum, si quis vellet tenere, quod atten-
to Iure Codicis, liceret extraneo etiam ad tertij fa-
uorem dotem onerare pacto reuersionis, in casu mor-
tis mariti, nulla enim diuersitatis ratio videtur con-
currere, cum vtroque casu mulier carebit dote; vt
contra prædictos per Mastrill. & alios allatos tenue-
runt Socc.in l.2. in principio num.6. & Iason.num. 8. in
fine vers.extraneo D. solut.matr. Crot. num.25. Duaren.
col.p. Roland. de lucro dotis quæst.28.nu.2. Catoc. de cis.
208. num.2. Surd.cons.78.num.5.vers.sed hac non firmo,
& cons.255.num.23. Gratian.discept.769.n.6.tom.4.

Nec potest prætendi, quod remanere debeat dos
53 stantibus filijs ex † consuetudine Martini, quia illa
procedit vbi viri morte matrimonium soluatur. Bart.
in l.post dotem numer.30. D.solut.matrim. Bald.consil. 7.
numer.primo libr. 1. post Anchatan. Fulgos. Alex. Vin-
cent. Riminald. Bolognet. & alios Thesaur. decis.138.
Barbos. in d.l.nu.40. Surd.consil.206.nu.29. referens A-
lexandrum dicentem, quod consilia edita super hoc
per aliquos iuuenes fuerunt reiecta, item etiam † non
54 habet locum stante pacto expresso Gabriel. consil.
116. num.43. lib.primo Thesaur. decis.190. n.7. Barb.
ibi n. 50. prout etiam cessat, quando per pactum da-
tur libera potestas mulieri, vt de dote disponat, vt
ait Bartol.ibi num.28 29. & 41. Barbos. ibid. Honded.
cons.24.lib.1. Menoch.cons. 337. vol.5. Seraph. decis.
815. Fontanell.d.cl.5.gl.10.p.10. n.47.fol.233.

Non obstat secundum, quia dato potuisset retine-
re pro dotibus bona viri ex hypotheca; non ex hoc se-
quitur, quod potuit vti eodem iure, contra bona ex-
tranei dotatoris; cum in eis dominium mulier non ha-
beat, neq; hypothecam, cum sint aliena: quæ dum
55 deficiunt, † cessat Ius retentionis: Cepoll. cons.25.
col.penult. Farinac.decis.287. Mantic.decis.264. Menoc.
cons.768.n.16. Scacc.de appellat.libr.3.cap.2.quæst. 17.
lit.B.membr.4.nu.65. Giurba decis.60.num.29. & loco
statim citando numer.2. Gratian.discep.483.num.7. item
dum non docet de actuali apprehensione, etenim ti-
tulus retentionis non datur nisi de rebus, quæ vno ti-
tulo possidentur, qui dum resoluitur, bene possidens
vt possessio ei non auellatur, potest vti alio titulo,
sed hic omnis cessat titulus ergò, &c. & quod reten-
56 tio non datur mulier nisi de rebus, quæ † possidet, vt
puta de domo, & mobilibus docent Angel. cons. 77.
n.15. Tusch. conclus.744.n.4.verbo dos, quos sequitur
Giurba ad consuet.c.10 gl. 8. nu.15.in fine, qui loquitur
stante statuto de continuāda possessione dicens quod
secus est quo ad alia, & ratio est iam dicta, quod non
detur retentio, nisi de re possessa; Costa de remed.sub-
sid remed.12.num.7. & alij per multi.

Non apparēte ergo de vxoris possessione imo ostē-
so quod debitor noster possidet, cessat interesse istius
57 Apolloniæ, & eius, † oppositio est reijcienda, vt in
terminis considerat Gratian.dis.700.num.65.fol.245.
tom. 4. quæ doctrina satisfacit, motiuo Domini Iudi-
cis, querentis an in effectu possideat.

Demum non obstat dotis restitutio constante ma-
trimonio facta, per Stephanum Franciscæ: qua stan-
te prætenditur Ioannam atricem, ipsius Franciscæ,
cessionariam, nullum habere creditum; quia suppo-
sito etiam quod illa fuisset vera restitutio, quo ad ef-
fectum translationis possessionis, ex clausulis transla-

tiuis apponi consuetis, ex quibus ad id firmandum tenet Giurba *decis.* 24. & Castill. *decis.* 25. *& alij*.

Attamen ad effectum vt mulieri censeatur satisfa-
58 ctum, nemo dicit quod soluto † matrimonio per mortem naturalem mariti non possit plenaria restitutio peti, imo contrarium affirmat Natta *consil.* 552. *num.* 7. quem à nostris maioribus habui, & ex modernis Giurba *ad consuetud. capit.* 15. *gloss.* 2. ex Rebello *de obligat. Iustit. part.* 2. *lib.* 6. *quæstion.* 13. *num.* 11. limitans quando exstaret res restituta, secundum quæ quotidie seruari videmus, & decidi, ea ratione, quia huiusmodi assecurationes persæpe fiunt ad instantiam virorum, vt suos creditores eludant, & repellant, nec ex illis cessant, eodem modo pro vt ante de dote disponere.

Ex quibus satis apparet, quam iuste agat Cliens, & quam bene decisum fuerit in hac causa per M. R.C. & Spett. de Potenxano virum notæ litteraturę cui negotium fuit commissum, & quam fundatè confirmationem expectamus saluo D.

Don Marius Cutelli Catinensis.

Hæc faciunt satis ad confirmationem eorum, quæ sopra per nos firmata sunt, nam si nullum dotis priuilegium id efficere potest, quod pactum in ipsa do-
59 tis traditione factum, † vt dos ad extraneum reuertatur annulletur, etiam quod mulier impar efficiator ad secũdo nubendum, quidquid moderné post hęc allegata sequendo Mastrillum & alios dicat Amat. *resolut.* 28. *in principio* loquens etiam respectu dotantis, minus hoc miraculum potest prætendi, per eum cui contemplatione matrimonij donatum fuit, valebunt ideo quæcumque pacta, quæ forte apponerentur, eum potestas non deficiat, sed totum à voluntate dependeat, dum nulla lex resistat, etiam quod publica vtilitas ante oculos præponatur.

Sed video contra hæc insurgere, quam plures tenentes, prohibitionem alienationis ex causa dotis factam ab extraneo; in fideicommisso per eum instituto fauore alicuius, eiusq; filiorum & descendentium non valere: aiunt, quia non potest Vinculans facere quin leges in suo testamento locum habeant, ac eodem modo circa restitutionem.

Hanc quæstionem in duabus causis habui disputare, in prima pro negatiua fauore dotis pro Don Octauio Buglio contra Baronissam Bitaræ, licet reuera nunquam ibi insteri super impotentia, sed super voluntate, & secundo loco latè tenendo pro affirmatiua ad fauorem Don Vincentij Laliotta contra Franciscum & Belladamam Emanueli, in quibus semper fuit decisum pro opinione affirmante prohibitionem valere.

Ordinatè ergo loquendo, vti opus est in arduis quę-
60 stionibus videtur quod prohibitio † huiusmodi non teneat, ex duplici capite, voluntatis scilicet, & impotentię.

Voluntas dupliciter potest colligi, primo ex eodem testamento; secundo ex legalibus coniecturis; ex eodem testamento colligitur, quando donator disponit ad fauorem filiorum donatarij, vel hæredis, eorumque descendentium cum qualitate legitimitatis, vel expressè eos vocando, vel incõditione ponendo, tunc enim videtur in consequentiam permittere dotis restitutionẽ
61 quia cum consenserit † in matrimonium, quod tatò sine dote contrahitur, videntur in dotis receptionem consentire: & consequenter vt de bonis ipsius restituatur ita subtilis Bald. *cons.* 50. *num.* 5. *libr.* 5. Cannet. *in cap. si aliquem* §. *quæris. num.* 16. *fol.* 321. Surd. *decis.* 62. *num.* 13. & est textus *in l. mulier.* 22. §. *cum proponeretur* ibi *voto patris congruebat D. ad trebellian.* Luna *inter Consil. diuers. sicul. cons.* 40. *num.* 56. vbi alios allegat, de quibus infra mentionem faciemus. Rouitus. *cons.* 54. *num.* 19. *& seq.* Molfes. *cons.* 29. *num.* 12. *post secundam part. ad consuetud. Neapolitan.* Ferr. *in constit. hac nostra temp.* 3. *decl.* 56. *fol.* 563. *& num.* 67. *fol.* 567. *vbi indefinite loquitur.*

Secundo dato voluntas adesset, quæ vel expressa prohibitione, vel ex generali comprehenderetur, ad-
62 huc potestas deficeret, quia dotis † causa alienatio in rebus vinculatis, non ex alio fuit permissa, nisi fauore reipublicæ, ne matrimonia impedirentur, & ciuitatibus homines deficerẽt, vt dictat textus *in* §. *quamobrem Auth. de restit. & ea quæ parit in vnd. mense* ex qua excepta est *Auth. res quæ C. com. delegat.* ibi *ea quæ omnibus cõmuniter prosunt, his, quæ specialiter quibusdam vtilia sunt præponimus* per quem ita in terminis transuersalium & extraneorum tenuerunt Franc. Romul. *de prohib. alienat. ex fideic. num.* 125. Bald. *in Auth. res quæ n. vltim. Corn. col. pen.* Curt. Iun. *n.* 18. *C. com. delegat.* Riminal. Iun. *consil.* 324. *num.* 21. Menoch. *cons.* 33. *numer.* 10. *&* 41. & fere *per tot. & cons.* 107. *numer.* 3. *& præsumpt.* 190. *numer.* 15. *lib.* 4. Sfort. *de fideic. quæstion.* 38. *art. primo num. vltimo,* & ante *& quæst.* 39. *artic. primo num.* 8. Ferrer. *in const. impuber. gloss.* 4. *num.* 127. *cum plur. seq.* Claper. *caus.* 2. *q.* 4. Anton. Faber *in C. comm. delegat. lib.* 6. *tit.* 21. *definit.* 10. *& de error. pragm. ac. dec.* 20. *error.* 3. Mastrill. noster *decisione.* 256. *num.* 15. vbi affirmat quod in terminis restitutionis dotis, indistinctè alienãtur bona fideicommisso subiecta, nullo habito respectu à qua parte illa proueniat, siue a linea paterna siue materna, siue collaterali, siue etiam penitus extraneis; non enim (ait ipse in casu restitutionis dotium consideratur mens fideicommitentis, prout in casu constitutionis, sed solum consideratur persona mulieris, quæ sine culpa sua dotem amittere nõ conuenit, nec debet. Et constitutio Iustiniani Imperatoris non considerat præsumptam mentem fideicõmittentis, sed ne ignara mulier fallatur, secundum magis communem opinionem, de qua post Gozadin. & Alex. testatur Mandell. *cons.* 447. hæc ipse; nouissime luna *d. cons.* 40. *à n.* 40. *vsq. finem* vbi *n.* 57. testatur bis & pluries decisum in regno nostro in M.C, & Consistorio addo à nemine horum allegatum Castill. *de lege regia* §. 30. *num.* 5. vbi testatur decisum, imo ita decidi Solitum Senatum illum Regni Aragoniæ, extra octo familias exceptas per foros regni illius, & Molfes. *d. cons.* 29. vbi dicit ita decisum in regno nostro Siciliæ, in causa quorumdam de Messan. de Anno 1614. in Consistorio.

Quæ procedunt secundum eos, etiam vbi expressis verbis dotis restitutio prohibeatur, Menoch Mastrill. Ferrer, de quibus Luna ibi *num.* 66.

Contrariam opinionem, quam veriorem & receptiorem existimamus melioribus fundamentis fulcitur ab auctoribus eam tenentibus.

Primo dum certum est ex naturali & gentium Iure
63 prouenire libertatem, de rebus † proprijs disponendi

vt

vt quod cuique placeat ita ius sit, excepta liberorum portione, quæ ex eodem iure ortum habet, vel vbi qui res sua abutantur, quod republicæ intereſt, ita colligitur ex textu *in l. in re mandata* 21. *C. mandanti* §. *disponat Auth. de nup.* Zabarell. *in clemen. quia contingit de relig. dom.* Becc. *conſ.* 101. *num.* 25. Peregrin. in puncto *conſ.* 38. *num.* 10. *verſ. quæ quidem prohibitio lib.* 4. Monter. *in l. pactum quod dotali nu.* 22. *Cod. de pact.*

Hoc facit vt iniuſta lex eſſet, quæ liberam diſponendi poteſtatem auferret homini ſanæmentis, & tolleret effectum dominij fundati ſuper iure naturæ, per ius ciuile non derogabile per ea quæ cumulat Tiraquell. *in l. ſi vnquam verbo libertis numer.* 5. *C. de reuocand. donat.* quod eueniret, ſi cogeretur teſtator vel donans, vni potius quam alteri relinquere, & donare ſub iſta, & non ſub illa conditione; ſed ſi eſt quod lex vlla hoc diſponit, ergo fortius hoc firmandum non eſt, dum nec ratio nec lex hoc dictat.

Et quod nulla lex hoc diſponat, latè oſtendemus in reſponſionibus ad ſecundum fundamentum contrariæ opinionis. Hinc dicunt Bald. Salicet. & Iaſ. quod

64 fauorabilior eſt cauſa † libertatis teſtandi, quam dotis *in l. pactum nouiſſima Cod. de pactis* refert Boer. *deciſ.* 204. *num.* 10.

Secundo quia ratio motiua alienationis fideicommiſſorum, nõ eſt mulierum vtilitas, ſed potius neceſ-

65 ſitas dotandi, † & ad dotem ſe obligandi, quę obligat patrem & omnem aſcendentem ſupra eum, reſpectu ſuorum deſcendentium, quæ obligatio morte non extinguitur; ſed cum bonis perpetuatur, ita Surdus *deciſ.* 62. *n.* 15. *verſ. ſecund. princip. ratio & ſeq.* vbi dicit, quod ex hoc non poteſt neq; expreſſe neq; tacite ſe eximere ab hac obligatione; allegat textum *in l. ſicut* 5. *C. de act. & obligat.* Fuſar. *de fideic.* q. 531. *nu.* 71. *verſ. pro hac ſententia facit primo, & num.* 145. quæ ratio aſſignatur per omnes Doctores, quos ipſe ibi citat tenentes, prohibitionem patris ne alienentur bona ex cauſa dotis non valere, quos longum eſſet hic referre, addo tantum Fontanella. *de pact. nupt. cl.* 5. *gloſſ. p. par.* 2. *nu.* 72. *verſ. accedit ſecundo* & Petram *q.* 8. *n.* 369. & *num.* 350. *verſ. ſed quod d. auth. f.* 75. Menoch. *præſumpt.* 189. *n.* 5. *verſ. & hoc & n.* 24. & *n.* 103. Peregr. *art.* 42. *nu.* 2. & 3. & 7. Ferret. *d. conſt. hac noſtra temp.* 3. *decl.* 1. *nu.* 59. & 61. *fol.* 563.

Tertio quia permiſſio † alienandi in d. Auth. contenta tantummodo manauit fauore dotiũ cõſtituendarum, in tantũ vt quam plures meritò dubitauerint, an reſpectu bonorũ patris, ad reſtitutionis cauſã extẽderetur, vt fuerunt Caſtr. *in d. auth. reſq; col. vlt.* quẽ tuetur contrarijs reſpondens Facch. *lib.* 4 *controuerſ. c.* 47. *f.* 451. Federic. *ſcot. reſp.* 27. *n.* 8. *lib.* 4. *t.* 1. & *reſp.* 4. *nu.* 36. *lib. p.* 2. Riminald. Iun. *conſ.* 23. *nu.* 326. *lib. p.* & alij penes Fuſar. *d. q.* 532. *nu.* 2. quos ipſe tamen non approbat, vulgares interpretes ſecutus.

Ea ratione mouentur Caſtrenſis, & ceteri quod Iuſtinianus nil de reſtitutione loquatur, in tantum vt dicat ſuper hoc aliam legẽ condidiſſe, quam non habemus; neſcimus an per eã permiſerit, vel vetauerit alienationem fieri, vt nota Facch. *in d. c.* 47. *reſpondeo Imperatorem lib.* 4. *f.* 451. vnde alibi petenda eſſe rationem alienandi ex cauſa reſtitutionis dotis affirmant, prout etiam nos infra *num.* 96.

Sed ſic eſt, quod nulla lex obligat extraneũ ad dotandum, ergo fortius non debent cenſeri obligata eius bona ad reſtitutionem dotium ab extraneo habitarũ.

Quarto pacta facta in præiudicium dotis iam à muliere habitę non tenent, quando mulierem impeditur nubere ſecundo, & tamen ſi ab extraneo ſuper re ſua apponantur tenent, vt diximus *num.* 37. directo priuando eam dote, ergo fortius per indirectum auferendo cautelam, quàm aliunde quærere poſſunt, vt infra dicam, quia ſi licet quod eſt plus, fortius licebit quod eſt minus ex vulgatis iuribus.

Quinto quia textus prædicti, vbi de alienatione fideicommiſſi rerum agitur, loquuntur in terminis aſcendentium, & deſcendentium, vt infra oſtendemus in reſponſione ad contraria.

66 Ex quibus hanc vltimam † tenuere Bart. *in Auth. reſque vbi* Angel. *col. p.* Curtius Iun. *nu.* 18. Padilla *nu.* 62. & *nu.* 114. Sicard. *num.* 32. Caſtr. *in l. filius fam.* §. *diui num.* 4. *vbi* Alex. *num.* 10. Ferdinand. Loaz *nu.* 141. *verſ. communis tamen* Crot. *nu.* 60. Opizo *n.* 145. *D. de legat. p.* Socc. Iun. *conſ.* 119. *col.* 2. & 3. *lib.* 2. & *conſ.* 89. *col.* 2. *lib.* 3. Ruin. *conſ.* 137. *num.* 17. & *ſeq. lib.* 2. Pariſ. *conſ.* 72. *num.* 40. *lib.* 2. Feder. Scot. *conſ.* 17. *in fine lib.* 4. *to.* 1. Honded. *conſ.* 76. *nu.* 12. *lib.* 1. Burſat. *conſ.* 189. *nu.* 58. *lib.* 2. Decian. *conſ.* 120. *vltim. dub. vol.* 3. Riminald. Iun. *conſil.* 777. *nu.* 6. Cephal. *conſ.* 474. *num.* 23. Regens de Ponte *conſ.* 45. *num.* 2. *vol. primo,* & *conſil.* 81. *vol.* 2. Rouit. *conſil.* 54. *ante nu.* 1. Menoch. *conſ.* 704. *num.* 23. *lib.* 8. & *lib.* 4. *præſumpt.* 189. *nu.* 39. & *ſeq.* Didac. *var. reſolu. cap.* 6. *nu.* 10. *verſ. ad primum* Petra *de fideicomm. quæſt.* 8. *n.* 412. Craſſ. §. *fideicommiſſum q.* 57. *n.* 5. Peregr. *d. tract. art.* 42. *n.* 49. Gallus *excep.* 4. *tit.* 2. *num.* 105. *p.* 3. Molin. *de primog. lib.* 4. *c.* 6. *numer.* 6. Coſta *de remed. ſubſid. remed.* 65. *numer.* 9. Reiger. *in Theſaur. iur. verbo alienatio* 128. Pinellus *in l. prima p.* 3. *n.* 102. *de bon. matern.* Petr. Pecch. *de teſtament. coniug. lib.* 1. *cap.* 6. *nu.* 3. Marta *de ſucceſ. p.* 4. *quæſt.* 1. *art.* 10. *num.* 25. & *ſeq.* Fuſar. *quæſt.* 531. *num.* 95. *fol.* 566. Saulius *de prohibit. alien. fideit. p.* 2. *num.* 262. Fontanell. *de pact. nupt. clauſ.* 6. *gl.* 1. *par.* 2. *num.* 6. *tom.* 2. & deciſũ iuxta hanc opinionem teſtantur Franch. *deciſ.* 241. Caualcan. *deciſ.* 81. *n.* 103. *lib.* 3. Lodou. *deciſ.* 28. *num.* 90 *in luceuſ.* Rota apud Farinaz. *deciſ.* 433. *in fine tom. vnico* Chatonda *lib.* 8. *reſp. capit.* 30. vbi bis deciſum in ampliſſimo Senatu Pariſienſi Theſaru. filius, ad patrem *deciſ.* 192. *nu.* 11. Maſſus *deciſ.* 108. *numer.* 8. Mainard. *deciſ.* 18. & 21. *lib.* 3. Anton. Faber *in C. lib.* 6. *tit.* 21. *definition.* 10. Peguer. *deciſ.* 116. & deciſum apud Claper *d. cauſa* 24. *quæſtion.* 4. licet ipſe repugnet, ex noſtris Intrigliol. *de ſubſtit. cent.* 3. *quæſt.* 73. *numer.* 229. & 214. Giurb. *de conſuetud. Meſſan. cap.* 16. *gloſ.* 7. *nu.* 9. *fol.* 739. D. Franc. Anton. Coſta *conſ.* 88. vbi deciſum, quæ fuit confirmata in M. C. Interueniente Domino Preſide de Blaſchis hoc anno 1630. & deciſum vidimus ſæpius, vt in cauſa inter Donnam Dianam Valguarnera, & illum de Diana, de qua ſcripſit Luna *d. loc. cit.* & pro Barone Biſarę contra D. Octau. Bugl. bis; ſuppoſita prohibitione in cauſam reſtitutionis dotis, alia refert additio ad Coſt. *d. loco n.* 13. & nos obtinuimus in cauſa pro Don Vincentio Liotta contra Franciſcum, & Belladamam Emanueli, de qua infra.

Horum doctorum termini ſunt, partim in fideicommiſſo inſtituto à tranſuerſali, partim in penitus extraneo; ceterum in meris terminis penitus extra-

neruin tamquam in casu penitus indubitato, alios adiungit Fusar. *d. q.531. num. 114.* & modernè Ferr. *in constit. hac nostra. temp. 3. declarat. 6. num. 63. fol. 566.* quibus etiam addas, quæ in terminis matris posui *hoc discursu 3. partic. 2. post medium vers. 3. sic.*

Supponunt etiam prædicti hæc locum habere, siue adsit expressa prohibitio, siue non; item siue dos præcesserit fideicommissum, siue sequatur; & demum siue fideicommissum sit conceptum cum mentione filiorum, vel eos dispositiue, vocando, vel in conditione ponendo cum qualitate legitimi matrimonij, siue pro dotatione siue pro restitutione dotium receptarum.

Nec mirum, quia in terminis patris quamplures non contemnendæ auctoritatis viri tenuerunt, supra
67 portionem legitimarum Authent. *resque* locum non
habere, fundantur super verbis Irnerij in dicta auth. ibi (*si portio legitima non sufficit*) & in corpore vnde sumitur ibi (*secundum quod adiectum legitimæ parti, dotem, aut ante nuptialem facis donationem*) Bald. in *Authentic. contra rogatus num. 7. Cod. ad treb.* Castr. *in d. auth. resque nu. 11. & Iason col. vltima limit. 14.* Castr. *cons. 80. quia per suprascripta libr. 1.* Soccin. Senc. *consil. 75. lib. 3.* Peregrin. *de fideicom. art. 42. num. 72.* Oddo *de fideic. quæst. 46. art. 5. num. 39.* Marta *de success. p. 4. q. 21. art. 10. num. 62. cum plur. seq.* vbi id non recipit in restitutione, qui omnes loquuntur quando legitima, & trebellianica fuissent consumpta per filium grauatum; & quando eas filij consumpsisset filius, quod non possit in præiudicium fideicõmissi suam filiã super eis dotare, per Paris. *cons. 63. num. 45. lib. 2.* & prædictos Grat. *cons. 17. lib. 2.* Honded. *cons. 76. numer. 11. lib. 1.* Menoch. *cons. 33. num. 31.* Peregr. *d. articul. 42. num. 7.* Ioseph Ramon. *cons. 1. ad finem.* post decisionem vbi concludere videtur, dictam Auth. non habe-
re locum vbi legitima † portio aliquo casu non debe-
68 retur, allegat Honded. & alios, quæ pro modo in
terminis descendentium firmare non expedit.

Quæ opinio est indubitata, & magis redditur ab-
sque difficultate, quando termini in quibus versamur
69 sunt in fideicommissis † factis in contractu donatio-
nis in quibus est indubitatum prohibitionem valere, etiam si fiat à patre; quando dispositio facta in vita per viam donationis, vel contractus est de re particulari, quæ non possit dici, habere vim supremi iudicij vt tenui in responso pro Donna Isabella de Franchis, & quintana contra Iuliam de Asero, & late discurrit Fusar. *q. 308. per tot. de fideic.* ea ratione, quia cum pater licitè possit in vita alienare bona sua in præiudicium legitimarum filiorum, vel dotium filiarum, tam primi gradus, quam subsequentium ex descendentibus, quando totum patrimonium, vel maiorem partem non consumit, & drodantem non excedit, etiam in lucratiuas causas; magis poterit vni ex filijs donare, sub hac prohibitione alienandi, etiam pro dote; supponẽdo quod in filij legitimam illud quod dederit non imputandum sit; vtor in hac opinione firmanda, omnibus doctoribus loquentibus in genere, de prohibitione facta in contractu, & primo ex gloss. *in l. nulla C. de iure dotium*, vbi Cinus & Bald. Alex. *in l. filius fam. §. Diui numer. 10. in fine, & Iason. num. 69. in 2. lectura num. 105.* Croz. *d. numer. 7.* Ruin. *num. 55.* Ferdinand. Loaz *num. 140. D. de legation. p.* Zanch. *in l. hæredes mei §. cum ita num. 133. D. ad trebell.* Iason *in auth. resque n. 25.* vbi Padilla *nu. 116.* Alex. *cons. 5. 103. col. 8. lib. 3.* Socc. Sen. *cons. 75. num. 9. libr. 1.* Riminald. Sen. *consil. 75. num. 9. lib. 1.* Socc. Iun. *cons. 119. n. 8. lib. 2.* Ayn. *cons. 19. in fi.* Alba 522. *num. 4.* Riminald. Iun. *cons. 514. num. 3.* Cephal. *cons. 574. n. 19.* Menoch. *lib. 4. præsumpt. 189. n. 186. & cons. 923. n. 2.* Fabian. *de emp. & vendit. p. 4. q. 12. n. 30.* Peregrin. *de fideic. art. 42. nu. 58.* Petr. *d. tract. q. 8. n. 439.* Oddo *de fideicom. ex proh. alien. q. 45. art. 4. nu. 62.* Intrigliol. *dicta cent. 3. q. 73. nu. 260.* Viuius *conclus. 663.* cum alijs per Fusar. *q. 531. num. 80.* Portoles in *repertorio verbo vidua nu. 54.* Ferret *in constit. impuberum gl. 1. n. 265.* licet ipse dubitet, Marta *de success. p. 4. q. 21. art. 10. nu. 57. fol. 283.* secũdum quam sæpiùs fuit decisum vt per Viuium *decis. 18. num. 9.* Seraph. *decis. 447. nu. 4. & decis. 449. in nonis p. 1.* Cumia *in c. si aliquem verbo antiquus nu. 494. vers. 2. limitat.* & in prohibitione facta per extraneum loquitur; Petra *d. q. 8. n. 442.* quem licet carpat Fontanell. qui contrariam opionem tenet: *de pact. nupt. claus. 5. gl. 1. p. 2. nu. 93.* dicens non esse disputabilem, imo sine fructu quæstionem quam ponit Petra Placẽtinus attamen si applicetur ad quæstionem, de qua agimus, satis superque apparebit, quã ad propositum faciat; nec est omnino sine fructu disputatio Petræ, vt existimat Fontanella, quia iam supra abunde demonstrauimus, quantos contradictores habeat, opinio de prohibita alienatione in causam dotis, per extraneũ facta: & de alienandis fideicommissis pro dote extraneorum, ideo potuit addere extentionem vt res magis indubitata redderetur quando in contractu ab extraneo facta esset, sicuti per nos factum est.

Ceterum licet quamplures teneant, nil contra dotes proficere expressam prohibitionem per patrem factam in contractu, nẽ dotis causa fideicommissum alienetur, quos refert Fusar. *dict. quæst. 531. num. 81. fol. 565.* & Fontanell. *ibid. num. 94. fol. 34.* attamen negandum non est, primam communiorem, & veriorẽ esse, atque omnino tenendam: maximè vbi mulier hoc sciat tempore dotis allatæ; atq; ideo fortius locum habere inter extraneos; non solum vni expresse dotis causa fuerit prohibita, sed vbi nil de dote dictũ sit solum tamen bona fuerint vinculata vel prohibita alienatio, tam si contineatur in lucratiuis contractibus quam in onerosis, siue mulier sciat siue minimè.

Restat respondere contrarijs fundamentis, & auctoritatibus.

Nam ad primum de voluntate respondet Fontanell *d. gl. 1. p. 2. nu. 7.* ex Mainardo *d. decisio. 21. num. 3.* quod ex consensu in matrimonium non bene infertur ad dotem, non solum quia potest dari matrimonium sine dote, sed etiam quia aliter caueri posse dotis repetitioni, extraneus vinculans putare potest, dum hæres grauatus posset habere in spe, vel in potentia bona propria vel paterna.

70 Item attendenda est expressa † voluntas, quæ inest
in fideicõmisso, & prohibitione, vt bona ad posteros integra perueniãt, nec diminuãtur, ex causa non afficiente disponẽtem, & non tacita, quæ potuit vel ne eũ mouere, ac ideo Bald. Surd. & Rouitus allegati loquũtur in terminis patris, supposito esset vera opinio illa, quam tenent quam plures, quod possit per eum causa

dotis

dotis expressè prohiberi, de qua supra dictum est; & tractat idem Surd. *ibi* & mille per Fusar. *d. quæst.* 531. *num.* 67. *fol.* 563. nam ex hoc censetur alienationi dispensasse, quia filios cum qualitate legitimitatis vocauit, quæ in extraneo locum non habent.

Secundum de potestate est leue nimis quia reuera Authentica Itnerij, & in corpore, expressè loquuntur in patre, & cæteris ascendentibus loquendo de dotis constitutione, & donatione propter nuptias, & licet addat rationem *ibi ea enim quæ communiter prosunt his, quæ specialiter quibusdam vtilia sunt præponimus*; attamen ratio non extendit dispositionem; ante enim legem illam conditam, nec patris bona restitutioni subiecta alienari poterant; quæ erat eorum priuata vtilitas, vt voluntas ipsorum seruaretur, ideoque est capienda & restringenda ad terminos illius casus, & non ad alios.

Et ad auctores, qui dictam opinionem tenuerunt, dic quod satis eo reprobat Fontanella ibidem *num.* 8. cui nil addendum est, solummodo legendus Ferr. qui videtur contrarium sentire in nouo opere *temp.* 3. *decl.* 6. *num.* 93. *fol.* 566. *ad constitut. hac nostra* ad Lunam

71 † vero dic quod eum in specie reprobat accuratissimus addens ad consilia Don Francisci Antonij Costa ad consilium 88. ad *numer.* 12. & contra eum vt diximus decisum fuit; strenue aduocante Vincentio Giorgentio insigni, & multiplicis lectionis viro. Casitus loquitur secundum foros Regni Aragoniæ, & mouentur ex Baldo qui loquitur in patre; decisiones huius Regni, quas habui à Luna *dict. cons.* 40. non vidi solum audini à maioribus meis, quod causæ prædictæ ex alijs coniecturis decisæ fuerunt, & non ex istis rationibus, nec si expressè ex hoc mori fuissent deberent attendi, contra tot patrum traditiones, & irrefragabilia fundamenta Molfesio autem satis feci infra loco suo, vbi de filijs naturalibus agitur.

Mastrilli verò lapsus est nimis patens, nam ex leui ratione sine alia auctoritate mouetur ad id tenendum conuenientibus oculis agnoscens, quantam in se haberet difficultatem extensio illa; dum tantum laboris consumpserat in terminis matris, poterat enim aduertere, quod mulieri potest esse aliter cautum, quando contrahit vel adhibendo fideiussores, vel petendo dotem in tuto collocari, vt in terminis respondet Facch. *d. lib.* 4. *capit.* 48. *in fin. fol.* 454.

Item non est verum, quod Auth. *res que* fundetur super vtilitate mulierum, quæ dotes afferunt, vt defendit ex pluribus Petra *de fideicom. quæst.* 8. *num.* 34. *fol.* 37. *à tergo.*

72 Sed an hæc quæ prædiximus procedant † in feudalibus non minus dubia est quæstio, quæ licet deberet referuari *in secunda tractatione* vbi de bonis agitur; breuiter tamen ne te suspensum diutius relinquam, forsan etiam hæc in primo hoc operis tomo intrare non poterunt respondeo distinguendo, quod aut feuda deueniunt a linea transuersali, nulla facta per transuersalem prohibitione alienationis, & in Regno communiter ita tenetur, vt alienari possint, tam si peruenjat à communi stipite, in quo casu res est magis indubia, quam si frater fratri acquirenti successerit, vel hæres extiterit ex testamento ita Petr. de Gregor. *de dote de parag. quæst.* 21. *in fine, & quæst.* 23. *per tot* vbi in vtroque casu hoc firmat, quam opinionem etiam tenuerunt Vbert. de Marino Prouinzalis Fider. Campixan. & Marianus de Iuliana, quos refert, & sequitur Intrigliol. conciuis meus *de feud. cent.* 1. *quæstion.* 51. *numer.* 239. *fol.* 416. vbi loquitur tam in feudo nouo, quam antiquo; & iterum ex professo *in secunda centuria quæstion.* 73. *numer.* 18. *& per totum fol.* 314. vbi dicit nam magis communiter tenere nostrates, & licet prædicti loquantur tantummodo in terminis dotis de paragio, sorori constituendæ, attamen idem esse in terminis restitutionis dotis receptæ asserit Cumia *in repetit. Cap. si aliquem verb. antiquis numer.* 543. *vers. idem etiam concludit fol.* 398. ea ratione, quod æquiparentur quo ad feudi alienationem, vt alibi diximus, & cum dicta opinione decisum fuit in causa Iarratanæ & nouissimè *de anno* 1603. *sub die* 18. *Decembris secund. Ind.* pro Donna Delia Sabia, & Spinello contra Donnam Belladamam Sabia & Spinello.

Et de Neapolitanis hoc idem tenuerunt Vincent. de Franch. *decis.* 73. vbi tradit decisum & Capiz. *decis.* 211. Capur. *ad consuetud. si moriatur parte* 2. §. 5. vbi limitat in dote danda nisi soror de bonis paternis tam viuo patre, quam eo vita functo iam dotata fuerit, & benè iudicio meo; quia obligatio fratris est in subsidium, vnde parum curandum est de Canneti *in cap. si aliquem vers. at pulchra & nodosa est quæstio num.* 16. *fol.* 316. nec de Blasco Lancea, & Cumia in *verbo maritata numer.* 458. *vers. & tenendo istam opinionem* quia eorum opinio non recipitur, nec fundamenta vera sunt, vt ostendit Marianus Iuliana loco per Intrigliolum citato.

73 Et re vera, supposito quod in Regno † Collateralis habeat successorem in feudo, vsque ad certum gradum vt per constit. *vt de successionibus* §. *ex Collateralis.* vbi latè Andreas de Isernia *col.* 2. quæ fuit innouata per Regni Cap. *si aliquem*, & constitutionem per quæ frater succedit fratri ab intestato in feudo nouo, in quacumque forma concesso, vsque ad trinepotem; non est dubium quod siue agamus de constitutione dotis, & quia fœmina excluditur, quæ alias succederet sicut masculus, etiam in feudo collateralis, debet dotari de paragio, aut vero agimus de restitutione, & quia feudum huiusmodi est redactum aptum comprehendere collateralem vt per Intrigliol. *cent.* 2. *quæst.* 3. *per totam* eodem modo afficitur oneribus personam afficientibus, quia ex lege dicitur prouenire, quę etiam obligat ad dotes receptas satisfaciendas.

Aut demum adest prouisio hominis super feudo, de quo collateralis disponere potest, tam quia nouum, tam quia tale cuius forma possit immutari propter quam immutationem nouum efficiatur respectu illius qualitatis, & tunc sine dubio non poterit pro dote alienari, si fuerit prohibitum; vt dicebant aduersarij in dicta causa Baroniæ Bisaræ respectu eius medietatis, quam Andreas senior emerat ab illis de Zingarello, secundum quam bis fuit sententiatum me reluctante, qui contrarium tuebar non quidem ex capite defectus potestatis, sed quia intendebam pro vt semper firmabo, quod testator non solum vetuerit, verum etiam perspicuis verbis permiserit alienationem, tam respectu descendentium quam etiam transuersalium, quod erat innegabile, si quedam particula testamenti vnitim legebatur, & non separatim, pro vt in scriptis meis in prædicta causa est videre,

quę

imprimentur Deo dante *decis.* siue *Oration.* 12. *cum sequenti*.

Diximus tam si viuo patre, quam si eò mortuo dotata fuerit, quia in vtroque casu à noua dotis petitione erit exclusa, siue contra patris bona, siue contra fratrem agat, semper enim apud me fuit indubitatum, quod pater possit se liberare ab obligatione, siue dicamus naturali debito legitimæ, media anticipata solutione in vita facienda, vt diximus *particula duodecima numer.* 9. 26. *&* 63. *&* *part.* 14. *per tota antecedentis discursus*.

Sed quia post eorum impressionem, antequam huic primæ tractationi finis imponeretur, audiui aduersus iam dicta in præcitatis locis, & doctrinas per me expensas nouum quid excitari; ideo non incongruum existimaui, alia breuiter superaddere, pro meæ opinionis roboratione, ne forte aliquid omisisse videar, quod poterat iam scriptis nocere.

Adducebatur enim in eorum euersionem decisio Seraphini 815. de qua nos quoque meminimus in *d. par.* 12. *num.* 69. qui dum affirmabat dotem locum legitimæ non sortire, nisi patris morte secuta, videbatur innuere, dotem tunc filiæ irreuocabiliter acquiri, quoties pater decedat ante filiam, quasi per antea, non debiti naturalis solutio, sed anticipata donatio videatur, ex quo inferebatur ad quæstionem de qua erat disceptatio, an videlicet Dos data in vita patris, esset onus feudi? quod minimè talis dici poterat; adeo vt si casu filia patri prædecedat, ad feudum reuerti debeat, nec ad filiæ hæredem, vel stipulatorem transmittatur, cum certum sit, sicuti, & nos firmauimus *in dicta part.* 14. *numer.* 23. *fol.* 424. nullam dari discrimen inter dotem de paragio, & legitimam; cum, & ipsa loco legitimæ detur filiæ feudatarij; & per hoc inferebatur Petrum de Gregorio *in tractat. de dote de paragio quæst.* 25. ita demum concessisse dotem hanc ad filios, vel hæredes filiæ transmitti, si ipsa patri superuixit, cui accedit Muta cum suis allegatis *decis.* 26. *num.* 28. *&* *decis.* 90. *num.* 55. & ratio desumi potest ex traditis per Cannetr. *in extrauagant. volentes vers. non erit otiosum fol.* 98. dicentis ideo dotem hanc ante nuptias filiæ transmitti, quia datur loco exclusionis à feudi portione, quæ cum sequatur mortuo patre, quando paratur successio, sequi videtur pet antea non deberi, & vti indebitam minimè transmitti, quem sequitur Caput. *ad consuetud. si moriatur par.* 2. §. 4. *fol.* 199. Rosentall. *de feud. cap.* 7. *conclusio.* 47. *numer.* 9. *in gloss. litt. L.* per quæ omnia inferebatur patrem non posse feudum onerare pro dote filiæ irreuocabiliter, sed tantum sub futura resolutione.

Quæ tamen non me mouent, quin persistam in priori sententia, tam in legitima, quam in hac dote de paragio, supposito quod quæstio eisdem medijs terminetur, nempe quod pater possit in vtroque casu solutionem præuenire, nec ex filiæ præmorientia retractari.

Primo quia supponendo, prout ex aduerso supponebatur dotem huiusmodi idem esse quod legitima, iam abunde, ni fallor, probatum est *in dicta part.* 14. *num.* 9. *fol.* 417. legitimam iure naturæ deberi, quod assumptum ad dotem hanc extendit Amat. Neapolitanus *consil.* 11. *numer.* 2. *fol.* 73. ex quo consequi videtur obligationem naturalem producere, quæ licet actionem non producat, quippe quia actiones tanquam iure ciuile introductæ obligationem ciuilem in matrem recognoscant, attamen retentionem operantur, vt ex textu *in l. naturalis* 10. *D. de act. & oblig.* alijsque iuribus fundatum est *in discursu primo, parte vnica num.* 134. *fol.* 46. per quod fit, vt pater per eius solutionem in vita factam liberatus, & filius satisfactus censeantur, adeo vt nec filius aliud mortuo patre petere poterit, nec pater recuperare si filius præmoriatur; nec facit negotium aggi modo de feudo, & non de bonis liberis, in quibus terminis loquebamur *in dicta part.* 14. quia nil prohibet eandem iuris dispositionem in eo militare supposito fitmum sit, dotes ad instar legitimæ in hoc Regno super feudalibus deberi, tam per patrem, quam per fratrem vt ex Afflicto Canner. & alijs firmat Rosentall. *de feud. cap.* 7. *conclus.* 47. *num.* 4. *& in gloss. lit. F.* loquens de Regno Neapolis cuius leges super hoc nobis communes sunt, & ad effectum de quo agitur non discrepat Petr. Gregor. *de dote de parag. quæst.* 36. *numer.* 3. *vers. in contrarium* dum affirmat dotem præmaturè solutam feudum afficere, secutus Iserniam, & licet in fine relinquat cogitandum, ex quo noua erat quæstio, attamen hanc videtur tenere, dum eam vltimo loco recitat, ad tradita per Felin. & Dec. *in capitulo, primo de constitut.* Cannett. *in capit. si aliquem vers. sed discutiendum est, num.* 11. *fol.* 301.

Secundò quia licet fateamur, dotem hanc loco legitimæ haberi, hoc tamen non esse perpetuo, & quo ad omnia, negare haud poterimus, vt tractant Neapodan. *in consuetud. si moriatur num.* 51. *cum pluribus sequentib. fol.* 97. Fab. Anu. Molfes. & alij per Didac. de Mari. ad Grammat. *decis.* 57. *numer.* 8. *&* 9. *fol.* 156. Vincenc. de Frauch. *decis.* 559. *numer.* 14. vndè in specie de qua quærimus, quod in hoc differat à legitima, quia hæc dos de paragio debetur viuente patre, voluere idem Neap. *loco citato num.* 53. ibi (dos autem de paragio debetur etiam in vita patris) *& in consuetud. si qui habet numer.* 6. vbi allegat pro se Isernia *in capit.* 1. *in addit. colum.* 2. *de natural. success. feud.* Camill. la Rata *cons.* 26. *numer.* 5. Staiban. *cons.* 11. *num.* 5. *&* 6. Molfes *ad cons. par.* 2. *quæst.* 7. *numer.* 8. *&* 20. *Mari. d. nu.* 9. de Franc. *decis.* 616. quem allegat Fontanel. *de pact. nupt. clausul.* 5. *gloss.* 1. *part.* 1. *ante numer.* 37. ducti ex text. *in leg. fin. C. de dot. promiss.* nec obgar Caput. *ad consuetudin. si moriatur par.* 2. §. 3. *numer.* 17. licet vocet tale paragium impropium, ex hoc, quia pater non cogitur dare integram dotem de paragio, sed tantum illam partem, cum qua inueniat virum, benè tamen poterit si volet, ad differentiam fratris qui tenetur, nec potest diffugere quin integram dotem assigner, vt diximus loco præcitato addimus Theod. *allegat.* 80. *numer.* 1. *&* 38. Athor. *in* 2. *par. comp. vers. pater*.

Quæ quidem dispositio procedit etiam respectu filiæ primogeniti, cui debetur dos etiam viuente auo, si pater aliunde non habeat Cannetius *in extrauag. volentes vers. sed pulchra fol.* 91. allegans textum prædictum *in leg. final.* pro certo constituens onus feudi esse quod ex alio non euenit nisi quia dotes deberi descendentibus agnouit quando nubunt, non circumscripto tempore mortis ad differentiam legiti-

mæ,

mæ, hinc disputatio illa, an debeatur ei, quæ ante nubilem ætatem decessit, de qua Minad. *in constit. in aliquibus fol.* 143. *nu.* 10. Cannet. *extranag. volentes vers. non esset ociosum quærere fol.*98.

Tertio quia si dos data viuente patre onus feudi non esset, ac eius esset mors expectanda, non operaretur vtique satisfactionem, & consequentes exclusionem a feudi successione fauore eius quæ est in capillo, cum tamen certum sit huiusmodi dotatas excludi, per expressam dispositionem *capit. si aliquem*, Regis Iacobi, de quo non dubitamus, quin procedat in successione paterna, & quod dos debeat esse de paragio pro exclusione sequenda Cannet. *in dicto cap. si aliquem vers. sed quantum sit fol.*313. *numer.*7. & nos *dict. part.* 14. *num.* 25. *fol.*425. Theod. *allegat.*80. *num.* 34. quæ quidem dotatio facta per patrem proficit fratri, vt pariter ab eius successione soror arceatur, vt post Gloss. *in constitut. vt de success. in verb. coniug.* Castr. Anchatan. Cornel. Alexand. Guglielm. de Perno Blasch. Lancellott. Petr. Greg. affirmat esse magis communem opinionem Cannet. *ibid. vers. sed discuttend. fol.*300. allegans pro se Andream, cui licet contradicat Cumia in verbo *maritata numer.* 380. *cum sequentib. fol.* 295. attamen prima magis arridet, ex quo infert Cannet. *ibi.* dotem hanc minus legitima esse non posse, quem multis stipatum authoribus secutus sum *in dict. par.* 14. *num.*25. *fol.*425. vbi præcipuè allegaui insignem locum Dom. Regent. Cotseti ad Patrem *consil.* 16.

Ex quorum dictis desumitur quod per hanc congruam dotationem feudum exhoneratur, adeo vt ad nihilum frater teneatur amplius, mortuo communi patente, ad quod effectum notanda esse duximus verba Laderch. *cons.*35. *num.*15. *vers. non obstat ergo*, dicentis qualitatem exclusionis inesse à principio dotationis, & si tempore mortis patris operetur effectum, ne filia aliud ex eius hæreditate consequatur vltra dotem, quæ omnia cessarent, nisi pro certo constitutum esset dotem filiæ viuente patre datam onus feudi esse; dum enim de dote loquuntur excludente filiam, de illa intelligimus, quæ super feudo data est, per quam in hoc Regno dotata à feudi successione arcetur, vt ex Petr. Greg. nostro Siculo deducit Amatus Neap. *cons.*12. *num.*28. & 29.

Quarto demum nè absurdum sequeretur quod mulier cuius pater non haberet nisi feudalia deberet expectare mortem patris, vt posset nuptui tradi, etiam si per centum annos viueret, adeò vt senio confecta, vel virum non inueniret, vel si inueniret parum de bonis matrimonij frueretur, fœmineum enim corpus, vt ait Euripides in Æolo apud Stobeum *sermone* 69. citius pubertate destituitur, inepta namque venus est, vbi vetula nubit, vt ex Leonide habemus in libro 2. epigrammatum Græcorum iuxta versionem Alciati.

Nupsit anus Inueni, vetulo tibi iuncta puella est.
O, nimium ex omni tempore inepta venus.
Aut alijs dulcis, sterili vel conseris agro.
Coniuge nec frueris: nec frueris sobole.

Et in sacris paginis Teopylactus enarràns Epistol. Diu. Paul. ad Hebr. vbi dixit, *honorabiles esse nuptias quo ad omnes, at, nuptias ætate prouectioribus minus conuenire.*

Licèt si naturam inspiciamus vetulæ magis magisq coitum expectant, quam iuuenes, vt Neuiz. affirmat *in sylua nupt. lib.* 2. *seni non est nubend.* ad quæ medenda consuluit Fontanell. *clausul.* 5. *gloss.* 1. *part.* 1. *numer.* 45. & 47. vt mulier nubat quandocunque inueniat virum dignum, ætate non inspecta, & postea petat dotem; otiolam existimans disquisitionem de nubili ætate, & de dote danda iure actionis, vel officio Iudicis, dum pater effugere nunquam poterit solutionem.

Ex quibus abundè ni fallor constat dotem hanc per patrem viuentem datam onus feudi esse.

Quamobrem superest contraria tollere, quæ reuera nullius videntur considerationis, dum enim dicebatur dotem de paragio loco legitimæ dari patet responsio, quod imò licèt in cæteris dos hæc cum legitima conueniant; in hoc tamen ex communi nostrorum calculo differunt, dum hæc debetur in vita patris, vt probatum est, si autem debetur, sequitur effici filiæ proprium patrimonium, etiam quod naturaliter deberetur; quia quò ad retentionem nil differunt solutum ex obligatione naturali, & ex ciuili, & si iam fundatum sit, patrem iure ciuili teneri, filiam dum viuit dotare, si ipsa in matrimonio digno viro se copulet, cui alios habes adiunctos per me *in tractat. hoc prim. discursu secundus particula* 12. *numer.* 67. *fol.* 380.

Et per hæc cum alias inter successores Principis Buteræ, & Comitem Raccudiæ fuisset dubitatum an potuisset Princeps dotem constituere Comitissæ in vita in præiudicium successoris, & creditorum, per binas sententias fuit pronunciatum pro validitate assignationis.

Nec facit quod Seraphinus de dote loquens, dicat nunquam locum legitimæ sortire, nisi patre mortuo; quia ipse non loquitur nisi respectu reiectionis oneris: super ea impositi, & in hoc eum secuti fuimus alias; quod vero stet reuocabiliter penes filiam non aperit; item non loquitur, quando statutum mandet dotari, cum subsequenti exclusione dotatæ; quam responsionem in sui parte videtur agnouisse Laderch. *cons.* 25. *num.*4. *vers. quinta est*; sequitur Fontanell. *clausul.* 5. *gloss.*8. *part.* 1. *num.*52.

Et licèt in terminis fideicommissi subiectorum nonnulli sint, qui teneant dotem reuerti ad fideicommissum, dotata præmoriente ante patrem vti sunt Peregr. *de fideicommiss. articul.*42. *numer.* 20. & *cons.*38. *num.* 13. *lib.*4. Menoch. *cons.* 33. *num.* 9. & *præsumpt.* 189. *num.* 187. *lib.*4. Fusar. *quæstio.* 531. *num.* 84. Ioseph. Ramon. *consil.* 1. *ad fin.* Intrigliol. ex nostris de *substitut. centur.* 3. *quæst.* 73. *numer.* 327. & nos *hoc tractat discursus secundus partic.* 12. *numer.*66. *versiculo attamen quoties fol.*380. vbi in fideicommisso, ex quo legitima non debetur id admisimus; attamen verior opinio est, quod vbi Dos datur ei, qui legitimam prætendere potest, vel in locum eius succedat, contraria opinio verior est, vt post Bald. Bartol. Castr. Soccin. Iason. Padill. Rip. Decia. Ruin. Fanuc. Bello Lup. & Viu. affirmat Merlin. *de legitim. lib.* 3. *tit.* 1. *quæst.*9. *num.*48. vbi respondet contrarijs, quibus addas Fontanell. *claus.*5. *gloss.*1. *part.*2. *num.*51. vbi decisum ex nostris Castill. *decisio.* 247. *num.* 4. & 52. nec mirum quia id etiam admisimus post mille in dote

data

causa quorumdam de Messana de anno 1614.
His tamen me non mouentibus contrarium verius
esse existimo.
Primo, repetendo omnia prædicta, quæ diximus
in terminis extranei, quibus standum est, dum nulla
particularis ratio assignatur; quæ faciat vt contra-
rium statuendum sit in filio naturali, cum sciamus
78 illum † in omnibus, & per omnia pro extraneo ha-
beri, extra alimentorum præstationem; quam lex
79 Canonum de æquitate induxit; extraneus † enim di-
citur quisquis de patris familia non est quasi extra fa-
miliam constitutus ad tradita Baez *de dote capitul.* 34.
num. 4. Azebed. *ad l. 3. titul. 8. de las herencias libr. 5.*
folio 252. filius verò naturalis de familia patris nõ est,
quia non est sub eius potestate, cum in potestate no-
stra tantummodo sint filij quos ex iustis nuptijs pro-
creauimus. §. 1. *institut. de patr. potestat.* & licèt hac
acceptione comprehenduntur etiam emancipati, quia
de patris familia non sunt, attamen patet responsum,
ex eo quod exæquati sunt hodie, quasi quo ad omnia,
respectu effectus, suis in potestate retentis; filij verò
80 naturales non solum † sunt extra familiam, sed etiam
peioris sunt conditionis, vt ita dicam quam alij extra-
nei, quia cum pater familias non prohibeatur de bo-
nis suis in quemcumque disponere, citra legitimam fi-
liorum attamen in naturales prohibetur liberalitatis
suæ compendium conferre, ita Tiraquell. qui in spe-
cie id notat *in leg. si vnquam verbo donatione largitus nu.*
295. *C. de reuocand. donation.* vnde extraneus adoptari
potest in filium, naturalis non item *l. legem 7. Cod. de*
natur. liber. §. & nos non latuit & §. generaliter Auth. quib.
mod. natur. eff. sui.
Secundò, quia cum naturalibus nulla debeatur le-
gitima, vt notum est, & Authent. *resque*, vt sæpius re-
petitum est procedat in personis, quibus legitima de-
betur, vt fundat optimè Alciat. *cons. 640. alias 164. li. 9.*
81 *tom. 2.* dicens quod † quoties filius extraneatur, vt ita
dicam, taliter quod ei legitima non debeatur, toties
neque habebit locum Authent. *resque*, sequitur Hon-
dedeus *consil. 76. num.* 11. quem refert, & sequitur Ra-
mon. *cons. 1. in fine*, & annuit Ferret. *in constitut. hac*
nostra temp. 3. declarat. 6. numer. 64. ex Bartol. &
Angelo *fol.* 566. sequitur in eis locum habere non
posse.
Tertio, quia cum legitimati quoad omnia legiti-
82 mis æquipararentur, attamen † etiam dubitatum quan-
doque fuit, si ob dotes ab eis receptas fideicommissa
alienari possent, & licet quæstio fuisset in eorum fa-
uorem resoluta, nimirum quia inter alias æquipara-
tiones non fuit exceptum illud priuilegium Authent.
resque, vt benè discurrit eruditissimus satis de iure no-
stro meritus Rouit. nunc verò Regiæ Cameræ summa-
riè integerrimus Præses *cons.* 53. *tomo* 1. quem sequi-
tur Marta *de success. part. 4. quæst.* 21. *artic.* 10. *num.* 29.
fol. 381. attamen hi duo viri doctissimi non ex eo mo-
uentur, quia in naturalibus locum habeat, Authent.
83 *resque*, sed quia legitimatus † ad imparia iudicari non
debeat cum legitimis; cum ex legitimatione effectus
fuerit de patris familia; & inter suos enumeretur
quando plenariè restitutus inuenitur, & non simplici-
ter dispensatus, vt, prædicta, & alia fortè meliora apud
Rouit. videri possunt.
Quarto demum, quia cessaret per indirectum, ra-
84 tio † mer adducta per contrarios, motiua alienatio-
nis inducendæ per Auth. *resque*, quæ est, vt matrimo-
nia facilius contrahantur, & Ciuitates liberis replean-
tur ex matrimonio ortis, ex hoc enim resultaret fauor
coitus illegitimi, dum pro dotibus ab eis recipiendis,
bona vinculata alienari possent, & homines ad illicitos
concubitus alicerentur; imò per indirectũ fieret fraus
legi, quæ ex hoc capite prohibuit aliquid filijs donari,
supra vnciam, existente legitima sobole, Authent.
licet Cod. de naturalibus §. consideremus, Auth. *detrient.*
& semiss. §. discretis quibus mod. natural. efficiantur sui,
dum ex immensæ dotis receptione posset omnis patris
substantia euacuari.
Et si replicaretur quid dicendum vbi filij non supe-
ressent, vel in bonis eidem filio donatis, vel iure re-
lictis, in quibus propriè cadit, quæstio, dico non
per hoc dubium cessare, quia patet hoc mo-
85 do † cogeretur dare vel relinquere aliquid filio
naturali liberum, vel subiectum alienationi, con-
tra eius voluntatem, dum ipse voluit in alios perueni-
re, quod idem est quod dispensare iuribus excludenti-
bus naturalem, ab omni spe super bonis patris contra
eius volun tatem, ad textus, & authenticas prædictas,
ex quibus ita antiquitus, retulit mihi fuisse decisum,
Spect. Marius Caribdyus egregius Iurisconsultus Mes-
sanensis. Regiusque Consiliarius, inter Don Alon-
sum Nugnes, & illos de Blascho, & ego ex prædi-
ctis obtinui in casu prædicto inter D. Vincentium la
Liotta, & Franciscum Manueli post hæc scripta de an-
no *1629.* sub die secundo Augusti per egregium me-
ritissimumq; Consiliarium, & eximium aduocatum
Baldassatem Maccagnone, Iudicem in causa.
Et respondendo ad contraria, iàm ad primum pa-
tet responsio, ex his quę scripsimus in præcedenti quę-
stione, in fundamentis, & responsionibus ad contraria
vt ibi videri potest.
Ad secundum respondetur primo, quod licèt pos-
86 sint alienari bona fideicommisso † subiecta pro dote
filiæ spuriæ, hoc tamen intelligitur iuxta modum ali-
mentorum, vz. vt dos correspondeat alimentis, quæ
in certos annos, quanti æstimaretur filiæ vita, datu-
rus esset pater *ad l. hæred.* 78. *D. ad leg. falcid.* adeo
quod in excessu alienatio non valeret, vt Amat. ait
consil. 82. *num.* 21. & tamen secus est in filio naturali,
cui tantum alimenta debentur annua, & non dos, nec
propter nuptias donatio, quorum alimentorum occa-
87 sione † ita demum bona alienari possunt, quoties tot
fructus non renascantur sufficientes ad alimenta, & ita
loquuntur Roder. Suar. *in l. fori libro p. tit. de tothome.*
fol. 645. Surdus *titul. 8. priuileg. 19. numer. 9.* Raudens.
decis. 32. *numer.* 270. & in genere de bonis omnibus,
super quibus alimenta petuntur Gomez. *in l. 9. tauri*
numer. 40. Surd. qui alios adducit *dicto tractat. quæst. 9.*
tit. 4. fol. 145. amplians etiam quod res esset pauci fru-
ctus, adeo vt vix sufficeret pro alimentis Pater Molin.
disputat. 168. vers. alimenta patrem fol. 706. tract. 2. de
iustit. & iur.
88 Item in terminis filię, frequentior † est opinio quod
si dos ex fideicommisso sit excepta, mortua filia spu-
ria ad eum redeat Bartol. *in leg. finali numer. 7. vers.*
idem dico in dote D. de his qui vt indign. Bald. Nicolaus
de Vbald. Bald. Nouell. Caualcan. Dec. Ruin. Paleot.
Crauett. Menoch. relati per Barbos. *in leg. 1. part. 4.*
num.

*num.*71. *verſ. neque obſtant*, qui dicit communem, & magis communem, & reprobat contrarios, maxime Berouin *dict. conſil.* 165. Bolognet. *in dicta leg. prima num.* 114. Surd. *dicto tractat. titul.* 5. *quæſt.* 7. *numer.* 3. Euerard. *numer.* 156. Gabr. *conſ.* 25. *numer.* 13. *vol. primo* Couar. *de ſponſal. part.* 2. *capit.* 8. §. 6. *numer.* 11. Corduba *in leg. ſi quis à liberis* §. *idem reſcripſit num.* 30. *C. de liber. agnoſcend.* Caball. *conſ.* 154. *numer.* 19. Cancerz. *in cap. ſi aliquem verbo ſed quæritur num.* 5. *& ſeq.* Intrigliol. *ſingul.* 97. *lib.* 1. & deciſum in Rota aſſerit Farinaz. *deciſ.* 395 *part.* 2. *volum.* 3. & apud Conſilium Neapolitan. vt per Anell. Amat. *conſil.* 82. *num.* 15. & in calce ipſius Caualcan. *deciſion.* 10. *num.* 28. *part.* 3. & in ſpecie de dote ex fideicommiſſo Coſta *de fact. ſcient. & ignorant. centur. prima diſtinct.* 61. *num.* 11. Simon de Pretis *lib.* 3. *fol.* 427. Intrigliol. *de ſubſtitution. centur.* 3. *quæſt.* 73. *num.* 371. Marius Giurba *ad conſuetud. Meſſan. capit.* 1. *gloſſ.* 3. *num.* 48. *in fine, verſicul. addit, & marito*, iuxta quæ in Regno fuit deciſum in cauſa illorum de la Cannita, intelligendo tamen vbi quid ſupra alimentorum metam datum eſt, reſpectu illius ſuperflui.

Secundo reſpondetur, quod quidquid ſit de dote filiæ, vbi adeſt intereſſe viri, & filiorum, propter quos videntur durare matrimonij onera, adhuc mortua muliere iuxta æquiorem opinionem quam pro modò ſequendam exiſtimo, argumento eorum quæ diximus in materia petendi ſupplementi in *ſecundo diſcurſu in partic.* 12. vbi de donatione propter legitimam facta agitur; hæc quæſtio in terminis filij eſt magis indubia quia cum eius alimenta morte finiantur, nec ad filios ſpurij vel naturalis extendantur; non poteſt tractari de reuerſione ad fideicommiſſum, cum etiam in
89 caſu † vbi filio pro alimentis aliquod fuerit prædium aſſignatum, illud eo defuncto ad patris hæredes tranſeat, Molin. Theolog. *dict. diſputat.* 168. *colum.* 708. *in principio*, vbi loquitur in terminis fundi liberi, & in terminis reſtitutioni ſubiectorum loquuntur Bald. in *l. eam quam nu.* 41. *C. de fideicomm.* Benintend. *deciſ.* 60. Surd. qui alios adducit *dicto titul.* 5. *quæſtion. ſeptima, fol.* 186. *à tergo.* Marta *de ſucceſſion. parte quarta quæſtion.* 18. *articul.* 7. *numer.* 35. *verſicul. item ſi quid fol.* 279.

Tertio reſpondetur, quod ſuppoſito agatur de filio naturali, cui pater iure permittente, puta quia nullos habebat filios reliquit bona fideicommiſſo ſubiecta, certum eſt quod dum habet omnes fructus ex bonis orientes, non eſt locus alienationi bonorum, quia deficit cauſa alimentorum, dum habet fructus ad ea ſuffecturos, nec poſſint in hoc caſu applicari concluſiones prædictæ.

Si verò agatur de vlterioribus deſcendentibus, ex naturali vel ſpurio prouenientibus, res eſt magis cla-
90 ra, quia † auus non obligatur ad alendum niſi in ſubſidium, cum nepotes etiam legitimi naſcantur in poteſtate filij naturalis, & de eius ſint familia, vt ex magis recepta opinione infra oſtendemus in allegationibus.

Ideo ceſſat difficultas de alienatione pro alimentis cum illa non debeantur.

Et in caſu, de quo agebatur ad vberiorem cautelam oſtendebatur, quod filius naturalis habebat aliunde, quo caſu, nec auus erga nepotem ex filio legitimo, &
91 naturali teneretur, tàm prima † obligatio eſt patris, vt ait Bald. *in authentic. reſque*, & mille per Surd. *dict. tractat. titul.* 1. *quæſtion.* 102. *à numer.* 6. *fol.* 81. *à ter-*
92 *go*, quam quia obligatio † alendi datur in ſubſidium, alimentario non habente aliunde vt poſt mille affirmat Surdus *dicto loco quæſtio.* 9. *titul.* 7. *fol.* 134. *à tergo* Honded. *conſ.* 93. *numer.* 33. *volum.* 1. Rand. *deciſ.* 29. *num.* 303. Ceual. *commun. contra commun. quæſt.* 757. *num.* 12. Anna filius *conſil.* 71. Franch. *deciſ.* 605. Theſaur. *deciſ.* 211. Pater Molfeſ. *ad conſuetudin. Neapolit. titul. de aliment. quæſtion.* 4. *numer.* 12. Marta *de ſucceſſ. legal. part.* 4. *quæſtion.* 18. *artic.* 7. *numer.* 3. Giurb. *ad conſuetud. cap.* 7. *gloſſ.* 3. *numer.* 31. poſt mille quos allegat.

Ad tertium de expenſis factis pro ſtudio, dic quod ſatis conſtat illas includi inter alimenta, ac ideo eiſdem iuris regulis terminari, vt ità demum permittatur alienatio, ſi fructus bonorum non ſufficiant; non enim recipit ſeparationem obligatio alendi ab onere manutenendi filium ad ſtudium, vt poſſit dici, quod pater vltra alimenta, debeat iſtas expenſas ſoluere, cum veniant appellatione alimentorum; vt loco ſuo diximus, vbi de donatione ex cauſa, ſtudij facta, actum eſt.

93 His ſtantibus parum curandum eſt † de Molfeſio, qui ſine lege, nec auctoritate contrarium firmauit ad meram aſſertionem eorum, qui ſibi id retulerunt, deciſum fuiſſe, de quo certè non poſſum non admirari, quomodo tàm facilis fuerit ad illa ſcribendum, æquiparando naturalem cum legitimo, dum ait quod taxatio non debeat excedere legitimam, & trebellianicam, quarum vna filio naturali non debetur, altera ex fideicommiſſo cenſetur prohibita, dum non ſumus in filijs primi gradus, imo dum ſumus in extraneo.

Et in quantum ad id, quod ait, quod dos data donationem propter nuptias meretur, debebat aduertere, quod nulla lex obligat patrem ad donandum propter nuptias filio naturali, cum ſatis dubitabile ſit, an teneatur illam facere legitimo, & naturali, vt conſtat ex eis quæ in *ſecunda tractatione* tradimus, & quæ ponit Facchin. *lib.* 4. *controuerſ. cap.* 47. *verſiculo quartum, & poſtremum.* Sicuti ergo non teneretur ſi viueret, ità eius bona pro tali cauſa alienari minimè poſſunt, valet enim hoc argumentum, vt ſupra dictum fuit.

Meritò ergò in dicta cauſa, nulla fuit habita ratio Molfeſij, nec allegatorum ab eo quia non loquuntur in terminis quæſtionis nec ſi loquerentur benè dicerent.

Quæ per nos hactenus in materia indifferenti ſunt traditæ, meritò extenduntur ab bona ſendalia, ſuper
94 quibus nec † vita, & militia filio naturali debetur, nec alimenta, ſi verum eſt, quod ait Maſtrill. *deciſ.* 85. *num.* 30. licèt ego reſpectu alimentorum aliter ſentiam, iuxta doctrinam Bambac. *de feud. in titul. ſi de feud. defunct. fuer. controuerſ. numer.* 172. Surd. *de aliment. titul.* 1. *quæſtion.* 9. *per totam*, *& quæſtion.* 15. *num.* 39. *& titul. vltim. quæſt.* 38. *num.* 7. *& priuil.* 35. *num.* 4. & videtur ſentire idem Maſtrill. *ibid. num.* 35. *& ſequentib.*

Et quia hæc ſcripſi, iuxta contingentiam facti in dicta cauſa de la Liotta, non grauabor etiam alia,

quæ

quæ in dicta causa affinia præsentibus contigerunt referre, etenim cum a dicta sententia fuisset reclamatum ad eundemmet Principem, & commissum negotium Tribunali M. R. C. vt referre deberet, erat non concedendum aliquod remedium aduersum eam, vnus ex Dominis mouebat, an ex eo quod testator in casu prædicto prouiderat de dote congrua descendentibus extranei instituti; censeri etiam debeat dispensasse circa dotis restitutionem, dicebat enim ipse, & subtiliter equidem, quod restitutio dotium super fideicommisso subiectis veniebat comprehensiuè, & extensiuè ad constitutionem: verum enim verò, vt alibi dictum est de huiusmodi causa Authent. resque, non loquitur ac ideo sicuti ex identitate rationis extendi-
95 tur authentica, ita † etiam videtur extendi posse dispositionem testatoris, vt permittendo vnum aliud permisisse censeatur maximè dum non aderat expressa prohibitio pro dote.

Respondebam primo, permissionem testatoris pro dotis constitutione, trahi non posse ad restitutionem, in casu vbi supponitur prohiberi potuisse, & ratio est euidens, dum enim ex hoc elicimus coniecturam voluntatis, potius resultat noua prohibitio, vt in illam
96 causam non fiat alienatio, quia excipiendo † vnam firmare voluit regulam in non exceptis, ad textum in cap. non nè de præsumpti. l. nàm quod liquida 4. §. fin. D. de penu legata. Alexand. vers. 125. viso titulo cons. præterea libr. 2. & cons. 106. visis libr. 5. Tusch. verbo exceptio conclus. 422. Surdus pulchrè decis. 241. numer. 2. poterat enim alium casum exprimere, & apertius dicere, quod quidem conuenit etiam dispositioni iuris communis, per quod potius censetur prohibita alienatio pro restitutione dotis, quam permissa; dum Iustinianus de ea loqui noluit, quod apertum fit inspiciendo verba textus in §. quamobrem Auth. de restitut. & ea quæ par, dum dicit quod super restitutione aliam tulit legem, quæ nobis non innotescit.

Quod si quæras vnde hodie alienatio in vtranque causam permittatur passim, respondebo aliunde hoc prouenire in restitutione, ex obligatione vz. quam supponunt inita in personam patris ad donandum propter nuptias, vel se obligandum pro dotis restitutione, quod facit vt eius bona non sint omnino immunia eo mortuo, sed eodem vinculo affecta Fulat. quæst. 532. nu. 2. ad fin. ac ideo dum alienantur, censetur procedere alienatio, quasi ex ære alieno testatoris, vt ex multis comprobauimus in hoc eodem discursu 3. p. 2. nu. 17. & hac particula numer. 65.

Item in dispositis à testatore non potest argui ex
97 identitate rationis, sed omissum † haberi pro omisso, quando suppleretur vel extenderetur ad id, in quo adest expressa voluntas in contrarium, ad tradita per Surd. cons. 88. num. 4. Becc. cons. 1. nu. 14. cum mille per eos allegatis, & per nos infra in allegat. nu. 103. in medio vers. & quod masculos.

Et ideo in dictis causis inter Don Octauium Buglio, & Baronem Bisaræ, non obstantibus prædictis ita fuerat decisum pro fideicommisso, nec dicatur non adesse prohibitionem ex causa dotis, quia dum fuit
98 prohibita omnis causa † etiam pia, per consequens etiam ex causa dotis censetur prohibitionem processisse, vt firmat, Surd. decis. 62. nu. 11.

Secundò dicebam hanc disputationem cessare, attenta facti serie, super qua erat quæstio, vbi nulla apparebat prouisio pro dote, nisi in casum deficientiæ masculorum, ex linea institutorum perueniendorũ, in cõtrario verò casu nulla adesset prouisio, quod satis apparebit ex verbis ipsius testamẽti, materna lingua prolatis, & per nos in latinũ fideliter relatis, nõ sine periculo notę grossioris locutionis, nè fortè sensus violaretur.

ALLEGATIONES

IN CAVSA D. VINCENTII LALIOTTA, CONTRA Franciscum Emanuelio per auctorem editæ, iuxta quas fuit decisum.

Iesus Maria Agata.

Verba testamenti Ioannis de la Liotta senioris, quæ proponuntur, ex materna lingua in latinã fideliter redacta nil addito, nec mutato hæc sunt.

Item quod absit dicti Nicolaus, & Antonellus morirentur sine hæredibus masculis, adessent tamen fęminæ; tam ex eo, quam ex suo hærede: quod dictæ maritari debeant ex dictis redditibus, & vinculationibus iuxta eorum gradum, & conditionem, & iuxta id quod ordinabitur per meos fideicommissarios, & ita de filijs fęminis alterius filij mei Antonelli.

Item si essent plusquam vna, tàm ex dicto Nicolao hęrede dictæ vinculationis, vel ex dicto Antonello filio meo quando eueniret, quod haberent plusquam vnam filiam fęminam, tam ex dicto Nicolao, quam Antonello meis filijs & hæredibus debeant, & possint tenere & habere omnes dictos redditus, & vinculationes per annos decem, quando casus eueniret, & ità volo de omnibus, qui sequentur, qui habebũt dicta bona vinculata, & hæc est mea intentio.

Item volo, & mando, quod si dicti mei benedicti filij morirentur vnum post alium sine hærede masculo, & quod bona per me relicta dicto Antonio, vti sũt bona stabilia morirentur sine filijs masculis, vel fęminis, quo casu dicta bona stabilia debeant vinculati vna cum alijs, & fiat vnum corpus, vti supra dictum est

Item quando prędictus Antonius haberet filios non

X masculos

regulis. Prima est, quod sensus, & nera intentio te-
100 statoris, est capienda † ex lectura totius scripturæ,
quando locutio est manca, vt docet Cicero libr. 2. re-
thor. capit. iuridiciali vers. ex ambiguo ibi (& eam ipsam
scripturam in qua inerit illud ambiguum, de quo quæritur
totam omnibus ex partibus per tentare) correspōdet text.
in l. ciuile 24. D. de legibus, & ibi Bald. & cons. 301. con-
stitutio colum. penult. uers. sed videndum lib. 2. Angel. in
leg. cum ex filio, in princip. circa medium D. de vulgar. &
pupillar.

Secunda est, quod una pars testamenti magis cer-
101 ta, † in specie, de qua agitur, declarat aliam par-
tem ambiguam, pro qua allegatur, text. in l. qui filiab.
17. in princ. D. de legat. primo, ubi Bartol. & alij notant
& in l. si seruus §. fin. D. vin. tritic. oleo legato, & in leg.
quæsitum §. papinianus, quoque, cum quampluribus alijs
iuribus, quæ allegat Simon. de Pret. de interpret. vlti-
mar. volunt. lib. 2. interpret. 3. dubio primo solut. 3. num.
65. & 68. folio 252. tom. 1. & quod ambigua scripta
in vna parte declarantur ex explicitis positis in alia
Mantica lib. 6. tit. 13. num. 10. fol. 131.

102 Et maximè si interpretatio † colligatur ex scrip-
turis vicinis nec longè vagandum sit, vt post Bald. d.
consil. 301. & Clar. §. testamentum quæstion. 76. vers. 3.
idem de Pretis dicto loco numer. 66. Mantica de
coniectur. libro 6. titulo 13. numer. 3. qui alios al-
legat.

103 Tertia est quod sensus † verborum alicuius parti-
culæ positæ in medio, obtinetur ex duobus extremis,
quæ eam claudunt l. quæsitum 76. §. 1. & leg. quisquis
93. & l. prædijs 89. in princip. & l. penult. etiam in princ.
de legat. 3. Castr. cons. 314. super eo col. fin. in princip. lib.
1. Capra cons. 32. colum. 2. & consil. 60. Aymon cons.
147. col. 2. nu. 7. Bald. ante eos in consil. 26. punctis infra-
scriptis col. 1. vers. præterea lib. 3. Natta cons. 235. num.
18. Simon de Pretis dict. lib. 2. fol. 252. num. 52. & 53.
vbi ait quod media declarantur per extrema, & extre-
ma per media.

Ideo applicando prædicta, dum in prima particu-
la loquitur de morte hæredum absque filijs masculis,
fœminis tantummodo relictis, & in secunda relinquit
decem annatas in casu vbi moriantur pluribus fœmi-
nis relictis, intelligendum est hoc relictum vbi istæ
plures fœminæ superstites essent nullis masculis
relictis, & si in secunda particula hoc non dicat.

Quod magis certum redditur ex subsequenti
particula, vbi relatiuè ad supradicta per hæc verba
(vt supradictum est) dicit, quod decem annatæ deben-
tur vbi nullus masculus superetit.

Et summa cum ratione, nam dum testator sem-
per prædilexerit masculos, eosque prætulerit fœminis
durum erat masculis superstitibus eis auferre fructus,
decem annorum, imo etiam alimentis dicto tempore
perdurante priuare.

Et quod masculos contemplauerit, & prædilexe-
rit patet, ex eo quod semper voluit fœminas exclude-
re, & in casu quo dimisit decem annatas, ob defe-
ctum masculorum ex filijs institutis, vocauit filios fra-
tris; excludendo fœminas a bonis vinculatis; quod
facit, vt hæc prouisio censeri debeat facta, in casu quo
ex hæredibus institutis, alijsque ex eis descendentibus
nullus masculus superesset, sed tantum fœminæ, sed
vbi casus eueniret, quod vltimus decedens; & ma-
sculos, & fœminas promiscue relinqueret, nulla fuit
facta dispositio vnde tamquam casus omissus rema-
net in terminis iuris communis, & non possunt deci-
di per prædicta Crot. in l. gallus §. & quid si tantum
num. 49. vers. pro complemento. D. de liber. & posthum.
Simon de Pretis loco citato folio 257. num. 141. cum
plurib. sequentib. vbi quod neque censetur inclusus ex
eo quod adesset maior ratio, cum mille, quos al-
legat Cardin. Mantic. de taciturn. & ambig. libro ter-
tio tit. 19. numer. 6. & alijs, qui allegari possent.

Cum ergo Ioannellus decesserit masculis, &
fœminis relictis, sequitur hanc dispositionem lo-
cum habere non posse, nec hoc legatum seu re-
lictum peti.

Nec replicetur, quod filij masculi superstites post
Ioannellum decesserunt absque filijs, & quod ex hoc
fœminę solæ remanserunt, quia respondetur hoc non
proficere, sufficit enim quod moriens masculos re-
liquerit, quia quid postea de eis contigisset ex ea
104 ratione, quod dispositio † relata ad tempus mor-
tis instituti, vel substituti; sufficit, vt dicto tempo-
re inspecto verificetur, ità loquitur textus in l. filiusfa-
milias 117. §. cum quis de legat. 1. ibi (conditio defecisse
videbitur si patri superuixerint liberi, nec quæritur &c.)
vnde statim deficiet etiam si filij statim post mortem
patris decedant Riminald. Iun. consil. 739. num. 2. li-
bro 7. Cephal. consil. 221. numer. 3. Bursat. cons. 51.
num. 7. Honded. consil. 60. num. 41. lib. 1. Mantic. de
coniectur. lib. 11. titul. 6. numer. 6. Menoch. præsumpt.
89. num. 113. lib. 4. Intrigliol. centur. 3. quæstion. 56.
de substitut. Fusar. mille referens quæst. 417. quidquid
esset, quando testator non se referret ad tempus mor-
tis, sed loqueretur per verba indefinita, vt puta
105 haberet, ratio est quia † in conditionibus, semper
spectantur initia primæ existentiæ, nullo habito respe-
ctu ad id, quod ex post facto succedit. Bald. in leg.
precibus numer. 6. C. de impuber. & alijs substitut. Alba
consil. 106. numer. 12. Menoch. cons. 566. num. 14. Fu-
sar. quæst. 318. num. 65. & in casu isto masculi super-
uixerunt, vsque quo dotauerunt has fœminas, cum
dote vnc. 500. pro qualibet, quæ est alicuius conside-
rationis respectu illius temporis; quod facit, vt nun-
quam venerit casus in quo mortuis masculis reman-
sissent fœminæ dotandæ.

Nec obijciatur, quod hoc modo fœminæ remane-
rent innuptæ, quia respondetur hoc casu intrare di-
spositionem legis, quæ mandat competenter dotari
de fructibus fideicommissi, ad modum alimentorum
Roder. Suarez. in l. quoniam in prioribus in declaratio-
ne legis regiæ limitat. 2. num. 10. Palacz. de maioratu par.
4. quæst. 28. num. 11. Menoch. consil. 704. num. 17. &
sequent. ac etiam consil. 852. num. 5. Regens de Ponte
consil. 74. num. 9. Seraphin. decisione 465. & decis. 481.
Fontanell. tom. 2. claus. 5. gloss. 1. par. 2. nu. 111. etenim
quādo instituitur fideicommissum, vel maioratus per-
petuò duraturus, dotes ex fructibus constituuntur, &
ratio est, quia si pro dotationibus proprietates vende-
rentur, vel in dotem darentur, facilè illa distraheren-
tur Guid. Pap. decis. 476. & 479. Boer. decis. 204. n.
14. Tiraquell. de primogenit. quæst. 5. nu. 2. Molin. de pri-
mog. lib. 1. cap. 11. numer. 29. Menoch. d. cons. 704. nu. 17.

pereffent masculi, sed tantummodo fœminæ, adeò, & taliter quòd essent debitæ decem annatæ, debe-rent diuidi inter omnes filias, vel debeantur vnicuique decem annatæ, quàm examinare non cito, quia non est casus noster, solum aduerto nullam dari probabilem dubitationem, dum illa verba (debeant, & possint tenere, & habere dictos redditus per annos decem) respiciunt omnes, non pro vt singulos, sed in vniuerso *l. si pluribus* 32. *in medio verf. si autem l. si quis testam.* 82. *D. de legat. & fideicom.* 1. per quæ probatur
111 † quod in legato duobus relicto certæ summæ, intelligitur legata medietas pro quolibet, Ias. post omnes in *d. l. si quis testamento*, & est text. in §. *si eadem res* 8. *institut. de legat.* Gratian. *latè discept.* 70. *num.* 1. & 2. vbi alios refert, & maximè Cardin. Mantic. *de coniect. lib.* 7. *tit.* 1. *num.* 17. & *lib.* 9. *tit.* 3. *num.* 28. nec aliter dicendum est, si cupimus absurdum vitare, quia aliter sequeretur, quod si essent sex, vel plures, deberet hæres priuari fructibus per annos sexaginta, vel centum.

Minus est dubitãdum has decem annatas fructuum, non deberi, nisi deductis oneribus, id quod superest,
112 quia in omni dispositione vbi agitur de fructibus † intelligitur deductis oneribus, & expensis late Mastril. *decisione* 112. *nu.* 25. *cum seq.* addens ad Olib. *de act. p.* 2. *lib.* 1. *capit.* 6. *nu.* 17. vbi multos adducit, inter quæ
113 veniunt alimenta † hæredis grauati absque vlla difficultate. Ad tradita per Molin. *discep.* 425. *nu.* 8. quæ scribo vbi casus in futurum eueniret, nàm hodie de hoc non disceptatur.

Accedo ad vltimam quæstionem an uz. hæc dos possit peti nomine sororis Mariæ, alias vocatæ Constantiæ, quæ non nupsit, sed fuit effecta monialis tertij ordinis, ex eis, quæ vulgo dicuntur Bizzocche, seu Begninæ, & apud Hispanos Beatæ.

Quæ quæstio potest resolui duobus medijs. Primo in terminis puri, & simplicis relicti pro maritagio. Secundo in terminis dotis detrahendæ de bonis vinculatis.

Primum est exprese decisum per Capic. *decision.*
114 204. tenentem has ad † legatum pro maritagio non admitti in *num.* 2. vbi Masul. *nu.* 2. Marquad. de Cælibatu *par.* 1. *c.* 9. *nu.* 7. Mantic. *de coniect. lib.* 11. *tit.* 22. *à nu.* 6. Grileuzon. *conf.* 164. *nu* 11. Menoch. *conf.* 196. *à nu.* 3. & in Regno decisum testantur Castill. *decision.* 88. Intrigliol. *decis.* 30. *nu.* 11. mille alios citat Giurb. *ad conf. Mess. cap.* 3. *glos.* 4. *à num.* 25. reprobans contrarios, quod autem hoc relictum sit pro maritagio, patet ex *part.* 5. ibi (quod habeant dictos annos decem retinendo bona, & dictas vinculationes pro eorum maritagio, vt supra dictum est)

Quæ opinio fortius procedit vbi legitima non de-
116 betur, nàm tunc legatum † est conditionale, & non debetur nisi nuptijs secutis Fontan. *de pact. nupt. clauf.* 6. *glos.* 3. *par.* 1. *per tot.* imò amitti triennij lapsu firmauere permulti quos adduxi in causa legati pro illa Domina de Mangnone contra filias Bonaccolti quicquid Fontanell. aduersetur cuntra quem bis obtinui in dicta causa, vt habes in speciali.

Secundum medium, per quod hæc quæstio deciditur, magis fauet votis nostris, etenim adhuc vt bona
117 fideicommissi alienentur † pro dotis constitutione, necesse est, vt mulier nubat, adeò, & taliter quod si virũ non duxerit, nec ipsa nec eius hęres alienationem bonorum fideicommisso subiectorum pro dote possent prætendere Gall. *de excep. tit.* 2. *excep.* 4. *nu.* 93. *par.* 3. vbi quod debent ostendi filiam nuptam fuisse, vt alienatio valeat, sequitur Fusa. *de substit. quæst.* 531. *num.* 175. quæ in tantum vera sunt, in quantum si mulieri
118 assignetur dos ex fideicommisso † subiectis, quæ postea minimè nubat, vtique non consequetur bona, neq; ad hæredes per ea institutos transmittit Peregr. *art.* 42. *nu.* 41. Caualcan. *decis.* 81. *nu.* 92. & *seq. par.* 3. quibus addantur Phanut. *de lucro dot. glos.* 10. *num.* 53. Rum. *conf.* 131. *num.* 10. *lib.* 4. superius per me adducti, ideoque pro clientis absolutione ex omnibus superius dictis iudicandum puto saluo saniori iudicio.

Don Marius Cutelli Catinensis.

Die 2. Iulij 1629. iuxta prædicta fuit decisum per Spectabilem de Maccagnone iudicem datum per suã Excellentiam de voluntate ambarum partium, à quo neque reclamari possit, quod videlicet condemnetur Don Vincentius ad vnitas mille septigentas pro dotibus, & fructibus Antonellæ Naone, & Honofriellæ San Martano, & à dotibus sororis Marię fuit liberatus, dictęque dotes dictarum Honofrię, & Antonellę ratioenaute ad quantum fuerunt dotatę, idest ad vntias 500. & non ratione decem annatarum nec fuit concessum supplementum, vt est videre apud Notarium Hieronymum Capuratum Magistrum notarium in dicta causa.

Penultimo quęro de quęstione non insubtili, super qua aliquando fui interrogatus, Andreas contraxit matrimonium cum Antonia, cui pater occasione matrimonij dotauit partem suam, quam super eius bonis habiturus esset, si tunc mori contigeret, hic cum haberet quamdam sororem in monasterio existentem, effecit occasione matrimonij prędicti sibi donare omnia eius iura super bonis paternis in eodem contractu dotali, pro se & filijs nasci turis, pręsente patre, quęrebatur, an hęc donatio importaret pactum de hęreditate viuentis & sic esset inualida, ex textu *in l. fin. C. de pact.*

Et pro nullitate faciebat textus prædictus vbi hęreditas viuentis non potest in pactum deduci, adeò, vt
118 neque iuramento † firmetur, quando maximè est conceptum affirmatiuè. Bald. & Cagnol. in *dicta l. fin.* primus *num.* 22. & secundus *numer.* 92. & 95. Alex. *conf.* 151. *numer.* 10. *lib.* 7. Ancharan. Geminian. *in c. quamuis pactum de pact. lib.* 6. Surd. post mille *conf* 480. *num.* 21. *lib.* 4. Rota coram Robusterio *Romana hæreditatis de Margants* 13. *Octobris* 1584. & *primo Aprilis* 1585. & *in asculana bonorum* coram Sacrato 13. *Iunij* 1618. cum alij per Molsef. *ad consuetudin. Neapol. par.* 5. *tit. de renunc. quæst.* 7. 8. & 9. latissimè, & in additionibus, vbi mille adducit Castill. Sotomaior *quotidianar. lib.* 3. *c.* 9. Molin. *de ritu nupt. lib.* 3. *quæstio.* 65. *cum alijs seq.* vbi Molsef. & Molin. exactè tractant quæstionem in terminis fratrum, & sororum, in quibus versamur; & nos per quam latè pro D. Bonauentura Garofalo contra illos de Maiorca.

Nec fauor matrimonij, & dotis operatur, quod pactum hoc omni iure improbatum sustineatur;

119 quia preponderat † odium pacti fauori matrimonij vt in terminis dicebant Bald. & Iaf. *in l. pacta nouissima C. de pact.* quos in dicta causa adduco; & considerauit illis tamen minime relatis Rota in dicta asculana bonorum, potest enim esse, vt ibi firmatur, quod fauor matrimonij roboret pactum negatiuum de non succedendo, sed affirmatiuum nunquam poterit roborare, cum neque iure iurando firmetur, vt dictum est, cuius maxima est auctoritas.

Et si replicaretur de præsentia patris, quę operatur consensum, per quod pactum huiusmodi efficitur validum, respondetur non sufficere, quia potuit credere pater, quod alia iura, & non ista tenunciasset, item in præiudicialibus, qui tacet non cōsentit, vt benè ait Pett. Pech. *in regula, qui tacet de reg. iur.* & Doctores *in cap. non nē 5. de præsumpt.*

Cæterum contraria sententia mihi placuit ex pluribus.

Primo quia nemo prohibetur à se abdicare per pa-
120 ctum † de non petendo omnem spem succedendi in futurum, super bonis alterius, ac talem spem subsequenter in alterum transferre, dummodo hoc faciat per pactum *l. 1. C. de pact.* vbi Bart. & alij, de quibus Dec. *numer. 26.* Roland. *de lucro dotis quæst. 39.* Fab. de Anu. *consil. 45. à num. 28.* Surd. *consil. 267. numer. 21. & consil. 398. numer. 25.* Molfes. *de renunciat. quæstio. 6. numer. 31.* & innumeri quos addqxi *in secundo discursu part. 6. num. 92. cum sequentib.* vbi de causa Marchionissæ luccæ fit mentio, vnde stipulatio, per quam, quis promittat, habere licere rem alterius, quandocunque ad eum etiam ex successione perueniat, valet, vt ait Cepolla *caut. 252. incipit promissio, seu pactum, quæ in alijs codicibus est 256.* quam approbat Gratian. *discept. 692. num. 61.* quidquid Scilellus dicat *in d. l. fin. num. 27. C. de pactis.*

121 Et licet hæreditas † quando non est in statu adeūdi, non possit renunciari *l. is qui hæres 13. C. de acquir. hæred.* & si renuncietur nil actum intelligitur, adeo quod renunciatione non obstante succedere possit Imola *in l. his potest C. de acquir. hæred.* cum alijs per Surd. citatis *d. consil. 398. num. 12.* ea ratione, quia incertum est an hæreditas deuoluatur, ac ideo neq; animo adiri possit, vt ait Oldrad. *consil. 132.* Arettin. *consil. 91. & consil. 162.* Dec. *consil. 71. num. 4.* Crauettin. *consil. 283.* Sola. *ad constitut. Sabaud. tit. de alienat. bonor. minor. gloss. 2. num. 13.* P. Molfes. *ad consuet. Neapolit. titul. de renunciat. quæst. 6. num. 32.* vbi alios addit attamen hæc est virtus pacti, vt obliget in futurum renunciantem ad acquirendum ad fauorem eius, qui renunciauit, delata, quod erit hæreditas, cum qua conditione censetur renunciatio facta, vt ait Bald. *consil. 433. col. 1.* Paris. *consil. 96. num. 63. volum. 3. post* Becc. Purpurat. & Cefal. Surd. *consil. 265. num. 44. volum 2. & consil. 332. num. 5. & consil. 355. num. 37. & consil. 398. numer. 34.* Præses Morot. *consil. 7. & consil. 22.* Molfes. *ibid. num. 38.* Gratian. *disceptat. 692. num. 5. tit. 4.* ita quod si-
122 cum effectu hæreditas deuoluatur, statim † censetur adita, & cessa, & acquisita donatarijs. Socin. *consil. 183. colum. 2. vers. sed tamen præmissis libr. 2.* Corneus *consil. 272. colum. 2. vers. placet etiam lib. 3.* Capic. *decis. 159.* Paris. *consil. 69. num. 63. lib. 3. & consil. 26. numer. 14. eodem lib.* Becc. *consil. 74. numer. 12. lib. primo* Surd. *decis. 14. numer. 1. cum sequent.* Gratian. *dict. discept. 692.* & diximus nos loco præcitato.

124 Secundo hoc pactum supponebatur † generale, de omnibus successionibus, paterna, & fraterna, & cæterorum, quo in casu propter incertitudinem sustinetur, nec potest dari votum captandæ mortis alicuius in specie, & sic cessat præsumptio posita *in d. l. fi. alias* vt explicat Salicet. *ibi num. 10.* Fulgos. & Iacobin. *numer. 40.* Curt. Iun. *num. 26.* Cagnol. *numer. 45.* Capic. *ibid. numer. 10.* Laderch. *consil. 133. num. 6.* & ratio est, quia hæreditas incerti hominis potest in pactum deduci Gloss. *in d. leg. fin.* verbo pacisci. quam sequuntur Butrigar. Alberic. Bart. & Cagnol. cum alijs per Cras. *in §. successio ab intestato quæstion. 9. numer. 16.* Albens *consil. 11. num. 16.* Fab. de Anna *consil. 45. numer. 33. libro 1.*

Et ad expressionem paternorum, respondet Grat. *dicta discept. 692. numer. 50.* quod renunciatio generalis per enumerationem specierum non desinit esse generalis, allegat Decian. *consil. 44. num. 97.* Rot. *in collect. diuers. decis. 369. numer. 17. part. 1.* quia genus per speciem non alteratur.

Tertio quia erat factum ex causa matrimonij, per fratrem contrahendi, & vt facilius contraheretur, quo in casu aderat interesse vxoris, quæ alias non contra-
125 xisset, ac ideo validum censeri debeat, quia † processit ex necessitate præcedentis contractus, vel etiam in eius consequentiam, quo in casu etiam hæreditas certi hominis potest in pactum deduci, ita Bartol. *in dicta leg. fin. numer. 17. C. de pact.* per quem ita in terminis nostris consuluit Staiban. *consil. 57.* super donatione paternę portionis factę per Cardinalem Iesualdum Principi Venusij eius fratri, occasione matrimonij, per eum contrahendi cum Isabella Borromea, ad quem nepos addit Boer. *decis. 204. & decis. 335.* idem Staiban. *consil. 81, numer. 53.* vbi alins citat, sequitur Molin. *de primogenit. lib. 2. cap. 10. numer. 17.* & Gratian. *dicta discept. 692. numer. 2. 3. 4. & vsque 13.* vbi post multos affirmat valere fauore matrimonij, & quamplures alios in simili casu allegat Molfes. *dicto titul. quæstion. 7. numer. 14. cum duobus sequentibus* Molin. *de ritu nuptiar. lib. 3. cap. quæstio. 2. num. 41. & seq.* Fontanella *de pact. nupt. claus. 4. gloss. 9. part. 4. numer. 16. & 17. fol. 169.* quidquid sit quando donatio esset omnium bonorum, vt distinguit idem Fontanel. *claus. 11. gloss. vnica numer. 42. cum seq.*

Non obstant contraria, quia ex prædictis patet responsum, & limitatio ad regulam, quibus addimus consensum patris de cuius successione agebatur, satis
126 adfuisse dum fuit † Præsens donationi, quam fecit filia eius fratri, quo casu censetur consensisse, vt in puncto post Decium *consil. 31. num. 4. column. secunda vers. præterea posset dici*, firmat Staiban. *dict. consil. 57. numer. 3.*

127 Sed an talis soror renuncians † fauore patris excludatur ab hæreditate fratris intestato defuncti post communem parentem? tam vbi remaneat alter, in eodem gradu quam si non adsit, nisi tantum remotior, aut extraneus?

In hac quæstione in qua nostrates non adeo apertè, iuxta mei capacitatem, loquuntur, plures sunt attendendi casus quotum vnusquisque diuersam recipit determi-

terminationem; ideo non mirum si aliquantulum me extendam, etenim aut renunciatio fit ad fauorem solius patris, vel certarum personarum, puta masculorum, quam personalem vocant, quod tunc euenit quoties certæ tantum personæ contemplantur, aut ad fauorem patris, & suorum hæredum, & bonorum, ita vt realis dici possit. Iterum aut fit per nubere volentem in seculo, aut per eam, quæ aliquod monasterium ingreditur, & profitetur.

Demum aut Pater præmoritur cæteris filijs, aut filij præmoriuntur, patre, & renunciante superstitibus.

In primo ergò casu quando renunciatio est personalis, communis schola tenet, quod si personæ contemplatæ deficiunt patre superstite, qui post modo intestatus decedat renuncians ei succedat, quasi cesset tunc causa, per quam se ipsam proprio exclnserat pacto Couarruuias *in capit. quamuis pactum p. 3. §. 3. num. 4 versic. 9.* Depont. *consil. 39.* Molfes. *consil. 39. 48. & 49.* Cancer. *libr. tertio variar. titul. de renunc. num. 17.* Genuens. *practic. quæstion. Eccles. quæst. 211.* Francisc. Molin. *de ritu, nuptiar. cap. 92. numer. 36.* Nouar. *quæst. forens. 67. numer. 5.* Faber. *Cod. de pact. conuent. definit. 12. folio 157. & de pact. defin. 22. tom. secundo*, quorum plures vti sunt Couarruuias, & Molin. loquuntur in renunciatione monialis, & si in hoc contradicat Vasquez, & nil decidat Guttierez citati per Molin.

Hic casus est declarandus, vbi renunciatio fit facta stante dote recepta, quia cessantibus personis contemplatis non cessat vtique dotis habitæ causa Roman. *consil. 22. col. secunda* Corn. *cons. 291. colum. 3. lib. 4* Socr. Iun. *cons. 34. num. 4. lib. 5.* Paris. *consil. 36. numer. 44. libr. primo* Roland. *cons. 11 numer. 32. libr. 1.* Côuarr. *ibid. vers. decimo est* Menoch. *consil. 6. numer. 17.* quam opinionem licet impugnet Molin. *ibid. num. 54.* attamen ipse fatetur communiorem, & quod ab ea recedi in praxi minimè possit.

Sin verò pater præmoriatur filiæ renuncianti, ac cæteris, nemo dubitat quin per fratres excludatur, adeo vt perpetuo exclusa remaneat Vrsill. ad Afflict. *decis. 161. versic. circa secundum dubium* Capriol. *de successione ab intest. lib. primo num. 508.* Paul. Gallerat. *de renunciatione libro secundo capit. quinto numero 26.* Anton. Quett. *consil. 29. num. sexto sequntt* Maltr. noster *decision. 65. num. 17.* Sancez *in præcepta decalog. libro septimo cap. septimo num. 17. & 31.* Gallus *consil. 64. num. 3. 6. & 7.*

Hi omnes tenent pro perpetua exclusione etiam quod patre defuncto subsequatur mors aliorum, quasi mortuo parente relictis alijs filijs, omnis spes eius quæ renunciauit extinguatur.

Quibus, & si nonulli aduersentur, tenentes rem vltra progredi; attamen conueniunt, si in renunciationem eileur renunciata iura successionis fraternæ vt sæpiùs vidi, ita Capriol. *ibi numer. 504.* Afflict. *dict. decis. 181.* vbi Vrsill. Crass. §. *successio ab intestato quæstion. 10. in fin.* Anton. Quett. *dicto cons. 29.* vbi quod hoc euenit, quia renunciatio facta de fraterna successione censetur semper realis, quia cessat præsumpta affectio, quæ consideratur in patre Gallerat. vbi *supra num. 27. vers. cautela igitur Caput. ad consuetud. si moriatur part. 3. §. 8. numer. 11. fol. 321.* Rouit. *consil 42. vol. 1.*

Sin autem renunciatio esset realis, puta quia pater prædilexerit hæredes extraneos, filiæ, stipulando pro eis, vel fecerit quietare sibi bona, ne ad illa amplius habeat regressum tunc filia censetur exclusa peruenientes ab intestato, etiam remotiores; habetur enim pro mortua Afflict. *decis. 161.* Patisius *cons. 26. vol. 3.* Menoch. *consil. 6.* Surd. *cons. 244. vol. secundo*, Apont. *cons. 4. numer. 11. lib. 1.* Carol. Puteus *inter consil.* Oddo *num....* Marta *de success. part. prima quæst. 14. artic. 1. numer. 11.* Costa *de port. rat. quæst. 166. num. 7.* Paschal. *de vir. patr. potest. part. 3. cap. 7. numer. 48. & 57.*

Et hoc etiam procedit, si renunciatio fiat per profitere volentem, non secuta professione; imo fortius monasterium non poterit ex persona monialis, vel monachi venire exclusis succedentibus ab intestato Vincent. de Franch. *decis. 375. Molin. disput. 579. tom. 3. part. prima*, Fabius Anna *consil. 45. tom. 1.* Sancez *in præcept. decalogi libr. 7. cap. 7. numer. 28. Caput. ad consuetud. si moriatur par. 3. §. 8. num. 12. folio 322.* Facchin. *controuers. libr. 3. capit. 22.* vers. ad alterum, Præses Rouit. *cons. 42. 43. & 44. tom. 1.* vbi decisum contra monasterium Maltrill. *decis. 65.* Rota per Farinaz. *decis. 587. part. 1. tom. 2.*

Nec poterit monasterium sub prætextu læsionis refricare inualiditatem renunciationis, vel eam rescindi petere, siuè principaliter siue incidenter Couarr. *in d. cap. quamuis p. 3. §. 2. numer. 5 fol. 367.* Molin. *de primogen. libr. 2. capit. 3. num. 27. & 33.* Franch. *decis. 375. num. 15.* Maltrill. *decis. 65. num. 12.* Fontanella *claus. 9. glos. vnica num. 68. par prima* ratio potest esse; quia ad hoc ne ingressura dicatur læsa, sufficit quod fuerit consecuta dotem necessariam pro monacatu, receptum enim est minorem dotem sufficere pro spiritualibus nuptijs, illa quæ datur pro carnalibus Mantic. *de tacitur. & ambig. libr. 12. titul. 21. num. 30.* Rot. *decis. 249. num. 7. in fin. part. 2. in recentioribus & decis. 480. part. prim. ibid.* Ludouis. *decis. 63.* Fontanell. *claus. 5. glos. 8. part. 1. num. 56.*

Ideo quoties adepta fit statum religiosum, & effecta sit incapax alterius acquisitionis, toties nullam potest allegare lesionem, respectu earum quæ sibi non sunt profutura, inspecto fine desiderato, omne enim agens agit propter finem.

Ex quo Don Rouitus summæ apud me authoritatis in dicto *cons. 44. num. 14.* affirmat renunciationem factam per ingressurã, eo animo semper factam videri, vt monasterio nil vltra dotem quæratur in futurum quæ causa fuit decisa iunctis Dominis trium aulatum ad fauorem Agnatorum contra Monasterium, facit Sances in *præcepta decalogi lib. 7. cap. 7. num. 28.* Lel. Caput. *part. 3. §. 8. num. 16. ad consuetudin. si moriatur folio 323.*

Nec læsionis intuitu renunciatio rescinditur, etiam per dotatam in seculo, nisi quo ad legitimam Carol. Put. *in consil.* Odd. *cons. vnico numer. 67.* estque originalis doctrina Couarruuias *loco citato §. 4. part. 3. conclus. 11. fol. 374.* Merlin. *de legitim. libr. 1. titul. 2. quæst. 15. num. 3.* Fontanell. *dict. claus. 9. gloss. vnica num. 21. & 25. par. 1.* vbi ait se pluries obtinuisse, contra

tra parentes rescissionem, obstenso quod dos data tempore constitutionis fuit congrua, quod, & nos firmauimus *in tract. prim. discurs. 2. partic. 14. per tot.* congrua vero satis dicitur hoc casu illa, quæ solet dari similibus ingressis, vt ex prædictis authoribus inspici potest; intelligendo quando pater testatus decedat Fontanell. *claus. 9. glossa vnica numer. 41. cum allegatis per eum p. 1. fol. 597.*

Hæc in terminis simplicis renunciationis, cæterum si proponeretur fuisse processum ad donationem, actumque translatiuum iurium prætensorum, nemo dubitat quin dotata, & ingressa vnà cum monasterio excludatur, tunc enim supposito quod sit locus successioni, debet vtique succedere is in quem donatio, atque iurium translatio facta est, Afflictus *decision. 161. in fin.* Molfes. qui ponit differentiam inter translatiuam, & extinctiuam *de renunciat. quæst. 6. ad consuet. Neapol.* cum alijs infra statim *versic. per prædicta.*

Hinc illa ardua quæstio inter frater renunciaotis, & patrem, cui fuit facta renunciatio maternorum, an vz. vtilitas ex renunciatione oriens acquiratur fratribus, vel patri, adeo vt participare habeant filij alterius matrimonij, quam post Boerius *decision. 184.* mouet Guttierrez *in capit. quamuis pactum numer. 62.* & eruditè formant, & resoluunt Surd. *cons. 224.* ex vna, & alia Molin. *de ritu nupt. lib. 3. cap. 85. à numer. 10. vsque fin.* quam habuerunt ex Aretino *consil. 91.* viso themate, & ex Alex. *cons. 149. libr. 7.* nullo efficaciori medio dissoluitur, nisi quando constare possit filiam donare voluisse, vbi etenim donationis verba adessent, cessaret quæstio, quam vt verum fatear semper habui pro dubitabili contra Alexandrum; in dubio verò renuncians ex causa ingressus censetur potius donasse, quam ad tempus se de medio abstulisse, vt ex præfatis colligitur, & docet ipsamet causa ingressus, quæ est finali Gratianus *disceptation. 568. num. 10.*

Per prædicta etiam deciditur vltimus casus, quando videlicet cæteri filij præmortui essent, superstitibus renunciante, & patre, qui postea moriatur intestatus, qui supposito quod renunciatio sit realis, & translatiua ex donatione quæ interuenit, hæredes cæteri patris, etiam remotiores excludunt monasterium vt probatur ex allatis supra *versi. sin autem renunciatio.*

Stipulatio enim illa pro hæredibus, non includit eum, qui renunciauit, ideo monasterium nil habet, quod capiat ex persona eius, qui repræsentatur per aliam personam, receptum enim est monasterium excludi quoties adest antecedens renunciatio, vel institutio Gallus *de successione. titul. 4. exception. 27. parte secunda num. 250.* Caualcan. *decis. 77. num. 40. part. 3.* Gamma *decision. 316.* Peregrin. *artic. 28. num. 65.* Intrigliol. *centur. 3. quæst. 63. numer. 67.* Fusar. *quæst. 429. num. 66.*

Renunciatio verò facta per ingredientem semper censetur realis Mastrill. *d. decis. 65. num. 12.* Gratian. *dict. discept. 971. num. 11. tom. 5. fol. 497.* Fontanella *claus. 9. gloss. vnica part. prima. num. 67. folio 600.* in colonniensibus.

Diximus actionem rescissoriam monasterio non competere ex capite læsionis, quidquid secus sit ex capite metus, in quo casu ita demum putant agi posse, vt quod metus causa gestum sit rescindatur, si decennium non sit elapsum à die renunciationis Viu. *decis. 507. numer. 16. & sequentib. libr. 3.* Fontanella *claus. 9. gloss. vnic. part. prima numer. 31. cum sequentib.* quod ego intelligerem, vbi renunciatio sit facta in domo paterna ante ingressum, haud enim admittere possum metum cadentem in constantem mulierem in ea, quæ manet in monasterio intus cancellos ferreos, vt ità dicam, vnde si ibi fuerit facta renunciatio, puto non subiacere huic edicto, cum mulier dicatur manere in sua libertate plenissima, argumento eorum quæ traduntur in matrimonio, ac explorata voluntate *capitul. accedens de procurator. capitul. cum locum de sponsal.* Rot. *in vna Neapolitana professionis 26. Iunij 1598.* coram Orano &, coram Ludouisio *decis. 391. num. 6 fol. 325.*

Demum quæro, an hic donans extraneus conuen-
128 tus à donatario, † possit opponere quod non tenetur nisi in quantum facere potest, & pro negatiua facit, quod hoc priuilegium non conceditur donanti extraneo, ea ratione quia nulla ei debetur reuerentia, vt voluit Gloss. *in leg. nesciunius verbo insolidum Digestis, de re iudicata,* cum alijs per Marant. *cons. 30.* mille Giurb. *ad consuetudin. capit. 13. glos. 6. num. 40.*

Sed contra est veritas, quòd imò gaudeat hoc beneficio, cum certum sit donantem vltra id, quod facere potest non teneri *leg. diuus Pius 29. D. de regul. iur.* vbi Diuus Pius iussit eos, qui ex liberalitate sua conuenientur in id quod facere possunt conueniendos *Lexhæredatum §. final. cum leg. sequentibus D. de re iudicat.* Rolandus *consil. 37. num. 19.* Tuschus *verbo donator conclus. 715. numer. 3.* Maranta *dicto consil. 30.* Costa *de remed. subsidiar. rem. 28. numer. 11.* Caual. canus *de brachio regio par. 6. fragm. 97.* Coler. *decision. 14. numer. 8.* Giurb. noster *decis. 45. num. 11.* Fontanell. *de pactu nuptial. clausul. 7. glossa 3. p. 11. n. 98.* vbi dederit distinctionem illam de extraneo dotante, quod habeat hoc beneficium vti donans, & non vti dotans, quod potuit excusare, haud enim superfluum est, quod sciatur ex qua causa concedatur ei hoc priuilegium, cum termini sint diuersi, licet effectu conueniant, dum scire est, rem propter causam cognoscere, & non ex solo effectu, imò si credimus Ferrerio virò certè erudito, & perspicaci super *constitutionem hac nostra tempor. tertio declarat. prima, a numero 255. vsque 263.* & maximè *numero 258.* potest dari casus, vt à marito possit insolidum vrgeri, quando ei dos pariter non donatur, sed tantum mulieri, ipseque cessionarius sit dotis, non pariter donatarius, quasi tunc cesset ratio quare ei parcendum sit, sicut nos alibi diximus de cessionario vxoris agente insolidum, & personali contra maritum *tractat. 1. discurs. 2. partic. 10. num. 72. & 73. fol. 314.*

Hanc exceptionem poterit opponere donans, etiam in iudicio executiuo, & ante implementum, non obstante quod vulgo iactetur nullam exceptionem

tione ritum impedire, ideſt executionem ex ritu faciendam. Maſtrill. *deciſion.69, num,* 11. & in dies practicari, videmus, vt mitius agatur cum eo, qui ex propria liberalitate conuenitur, etiam antè realem executionem vt loquitur Oſaſc. *deciſ.*153. *num.* 2. in Pedemontanis.

Et per hæc ſit finis primæ tractationis huius noſtri operis, quę ius perſonarum continet quam diuiſimus in tres diſcurſus in quibus habes primo definitionem huius donationis & an ſit contractus. & an nominatus,

Secundo habes enarratas omnes ſpecies donationum, quæ celebrari poſſunt inter patrem, & filium in poteſtate, vel à principio validè, vel quæ poſtea confirmantur, & quando iam confirmatæ ex aliquo euentu poſſint retractari, multa de ingreſſu, & exitu à religionibus, cum recuperatione bonorum renunciatorum eius cauſa, ac etiam multa de Principis poteſtate, de legitima, de ſtudio, de Patrimonio ex cauſa clericatus, remunerationis de emancipatione liberorum, de virtute iuramenti, de donationibus factis per matres, & de illis, quæ per extraneos fiunt, materiam, *leg. hac edictali, & leg. fæmin. Cod. de ſecund. nupt.* dotium ab extraneis datarum, renunciationum, fideicommiſſorum, & alienationem earum ex permultis cauſis, & alia prædictis affinia, quæ dicta ſint in Dei Omnipotentis gloriam, & honorem Sanctæ Mariæ Deiparæ Virginis, cuius glorioſiſſimæ Natiuitatis Feſtum hodie colimus die 8. Septembris 1629. & Beatæ Agathæ Patronæ, & compatriotæ meæ, omnia ſub correctione Sanctæ Matris Eccleſiæ, eiuſquè miniſtrorum.

F I N I S.

GLORIA TOTA DEO,

qui nobis hæc otia fecit.

IESVS

IESVS MRIA AGATHA

INDEX EXATISSIMVS

PRIMI HVIVS VOLVMINIS
In quo D. discursum, P. Particulam, N. numerum ostendunt.

A

Anto-

B

postea

D

con-

valor

E

&

auxi-

G

qui

de

tenet

M

.I N D E X.

18. cum

Z 3 facit

tius

Q

R

I N D E X.

Sum-

LAVS DEO.